BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
80
NAPOLI

Digitized by Google

DON LEONARDI

GUTIERREZ

DE LA HUERTA

TRACTATUS

DE

COMPENSATIONIBUS

OCCULTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

605197

DON LEONARDI
GUTIERREZ
DE LA HUERTA
HISPANI
Utriuſque Juris Doctoris, ac Juriſconſulti
Villacarriedenſis,
Vulgò de Villacarriedo en las Montañas de Burgos.

TRACTATUS
DE
COMPENSATIONIBUS
OCCULTIS

Si ſit utilis, doctus, eruditus, & Confeſſariis, Moraliſtis, cæteriſque omnibus in foro conſcientiæ verſantibus neceſſarius. Divinarum, humanarumque literarum cultoribus gratus, non Author, ſed ipſe tantùm reſpondeat.

Cum quatruplici Indice; primo Quæſtionum, ſecundo Rerum, verborum, atque Sententiarum omnium uberrimo: tertio Doctorum, qui laudantur, ac confutantur; quarto denique Authorum omnium, qui in tribus Tomis citantur, & ex quibus Opus univerſum excerptum fuit.

TOMUS TERTIUS.



NEAPOLI.
In Nova Typographia Dominici Antonii Parrino.
Anno Jubilei M. DCC.
SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Plinius lib. 1. Epiſtol. 3.

Effinge aliquid, & excude, quod ſit perpetuò tuum. Nam cum reliqua rerum tuarum poſſe alium, atque alium dominum ſortientur, hoc numquam tuum deſinet eſſe.

Idem Plinius lib. 3. Epiſtol. 7.

Et quatenus nobis denegatur diu vivere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO

D. FEDERICO

DE TOLEDO, ET OSSORIO

Marchioni de Villafranca, Villanova de Valduetia, Duci Fernandinæ, Principi Montis Albani, Comiti de Peñaramiri, Domino Cabreræ, Riveræ, & Balboæ, Vallis de Loſſada, & Matillæ: Commendatario Valdericote Ordinis Equeſtris Divi Jacobi, Cubiculario Suæ Catholicæ Majeſtatis, Conſilii Status Conſiliario, & Supremi Italiæ Senatus Præſidi.

POſtquam ſtrenuò Marte, Alcides, terrigenum compreſſit Antæũ:[1] EXCELLENTISSIME PRINCEPS, poſtque ingentes fuit paſſus labores (cum ejus facinora perſępè nomen vindicentur laborum)[2] bellica palęſtra feſſus, umbroſę Pini tegumini clavam appendit, audacẽ manum eam aſſequuturam muſſitans: ni tam validę arbori inhæreret.[3] Mihi ipſi Herculem æmulanti, obtigit idem, dum poſt mentis, ac corporis laſſitudinem improbam, portum requiei cõcupiens, Tertiũ mearum Compenſationum Tomum, ac univerſi Operis complementum, tui magnitudinis arboris umbrę, veluti tutelaris numinis templo devoveo, ut tanti delubri munimine, tantique Herois auſpicio, in poſterùm equidèm tutum evadat, & ut tot compenſationum, æquam compenſationem aſſequi valeam, utque me benevo-

(2) Lucanus lib. 4. Vittoria Theatr. Deor. gentilitat. lib. 2. cap. 17. Bocacius lib. 1. Genealog. *Deor.*

(2) Seneca in Agamenn. act. 4. Cicero lib. 2. Tuſculan. Vitoria ubi ſupra lib. 2. cap. 3.

[3] Brocẽſis ad Alciatum Emblem. 58

volentiæ ramis foveas, ac faveas. Quem, licèt undequaque colluſtrem, ex noſtratibus Dynaſtis apud Clementiſſimum Carolum Regem noſtrum chariorem appetam Mecœnatem? quem politicarum, bellicarumque rerum peritiorem conquiram? quem longiori rerum experientia imbutum accerſam? quem vetuſtiori nobilitate pollentem depoſcam? Quippe ſi de natalium claritate ſciſcitetur interdum, celſiores Europę domus, nobilitatis nexu amplexari aſpiciemus [4]. Si de bellicis rebus percuntetur; ſi de politicis ſermo exhibeatur? utraque Sicilia reſpondeat. Trinacria verùm loquatur, quã ſumma gloria, in tot frangentibus belli ſtrenuè thryetheryde moderatus fuiſti [5]. Poſtquam Triremium Neapolis, Generalis Præfecti munere functus fuiſti, & ubi Parthenopem, quamvis breviori curriculo temporis, non minori fama rexiſti. [6] Hic nuſquam temporis reluctante curſu; nunc laudes audire tuas, ut lęteris cõmemoro, quod in mirandum tuæ humanitatis ſignum ſedulò meditandum reor, cum laudabile ſit apud exteros propria encomia invenire [7]. *Sed illud eſt omnibus ſingulare, in extranea gente laudes proprias invenire.* Aſt nè pręclaram tui ingenii integritatẽ oblivioni relinquam, &

(4) Soſa in Genealog. Marchion. Villafranc. part. 2

(5) Soſa Genealog. Marchionis Villafrancæ p. 1. fol. 44.

(6) Theatr. Politic. Proreg. Regn. Neapol fol. 279. & Soſa ubi ſupra.

(7) Caſſiodorus lib. 10. epiſtol. 19.

& ut tot virtutũ,quibus ornaris partem ſaltem rependam;ſine ut cum Peluſiota fatear[8] *Moderationis delubrum, domicilium prudentiæ, fortitudinis arx,metropolis juſtitiæ,humanitatis penu, manſuetudinis ſacrarium: uno verbo virtutum omnium theſaurus.* Cęterum ſi quidquam celſitudini tuę deſit, ex uberrima ſcriptorum penu ſuppleatur, quia in arduis,conatus tantùm laudantur[9]

(8) Iſidorus Peluſiota lib. 2 epiſtol. 151.

(9) Propertius lib. 2. eleg. 11.

Quid ſi deficiant vires: audacia certè
Laus erit: in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Hoc porrò de tanto Toparca tetigiſſe ſufficiat. Quid ſi cui progenitoris D.Petri de Toledo trophea repetã? quid ſi ejus memoria reſurgat?obiit,ſed adhuc hic in viis,ædificiisque revivit. Vir omnibus ſeculis immortalis, & in curandis operibus publicis Cæſaris imitator. Parthenope, ejus magnificentia renovata, veteri deformitate depulſa, pulchriorem formam aſſumpſit[10]. Ideoque quam de inſtauratione Romæ gloriam Martialis Domitiano aſcivit canendo[11]

(10) Summont. Hiſtor. Regn. Neapol. lib. 9. cap. 1.

(11) Martialis lib. 5. Epigramm. 7.

Qualiter Aſſyrios renovant incendia nidos,
Una decem quoties ſecula vixit avis:
Taliter exuta eſt veterem nova forma ſenectam,

Et

Et ſumpſit vultum præſidis ipſa ſui.

Juſtiori fretus ratione D.Petro de Toledo arrogabo, cum certè poterit uti jactatione Cæſaris, de novatione Urbis, ut gloriabatur il-
(12) Suetonius Trãquillus in Cæſar. Auguſt.cap. 28. le [12] *Urbem neque pro majeſtate Imperii ornatam, & innundationibus, incendiiſque obnoxiam, excoluit adeo ut verè ſit gloriatus, marmoream ſe relinquere, quàm lateritiam accepiſſet*. Illius ſanè gloriam non ſolùm adamuſſim imitatus fuiſti: verùm eum prçcelluiſti, ut poſſim te Platonẽ çquare dicẽ-
(13) Apulejus de Habitudin. doctrin. Platon. Philoſoph. do [13] *Talis igitur, ac de talibus Plato, non ſolùm heroum virtutibus præſtitit: verùm etiam æquiparavit Divum poteſtates*. Unde ſi tam excelſæ arbori meos dicavi labores, fac ut ejus umbra tegantur. Et ſi tibi, non ut
(14) Theofraſt. vitis fructus exhibeam; ſaltem ut Terebinthus [14] juventutis flores, ſine ut ſacrem, eoſque accipe, & digna compenſatione fove: dum utor Sulmonenſis precatione [15]

(15) Ovidius lib. 1. Faſtor.

Excipe pacato, Cæſar, Germanici vultu
Hoc opus.

(16) lib. 13. Lection. antiquaſ. cap. 16. Quia ut ait Cçlius Rhodiginius: *Eſſe animi prçcelſi, ac prorſum regii munuſcula, vel ab infimæ fortunæ hominibus collata, communicatave non aſpernari, verum erugata, & renidẽte fronte potius excipere, quum ple-*

pleriſque ſapientium documentis ; *tum exemplo ingenti abundè inſtruimur commonemurque*. Quoniam tibi prout bonarum artium altori hujus operis complementum nuncupandum auſpicatus sũ, quia te Plinium alloquutũ fuiſſe auguror, quũ affatur [17] *Scio quantoperè bonis artibus faveas, quantumque gaudii capias, ſi nobiles juvenes dignum aliquid faciant* Et ſi finis, ut vulgò traditur coronat opus, quod tibi exhibeo à te præmio coronandum haud incaſſum ſpero [18] *Si denique precibus meis, tu potiſſimus adjutor acceſſeris, cujus Senatus, & ſuffragio libentiſſimè indulgeat, & teſtimonium plurimum credat*. Quia ſi precibus meis apud potentiſſimum Regem noſtrum Catholicum, tu adjutor acceſſeris, certè præcinam, tali fine hoc opus, æqua compenſatione coronatur. Vale.

(17) Plinius lib. 5. epiſtol. 17.

(18) Plinius lib 4. epiſtol. 15

Excellentiæ Veſtræ

Addictiſſimus, atque obſequentiſſimus Servus
Don Leonardus Gutierrez dela Huerta.

Excellentiſſimis , Illuſtriſſimiſque Italicarum rerum
Supremi Conſilii

SENATORIBUS

Excellentiſsimo MARCHIONI DE LEGANES Magno Theſaurario. Illuſtriſsimis Don PETRO GUERRERO Decano . Don ANTONINO JURADO. Don JOANNI FRANCISCO MARCIANO. Don PETRO JACOBO RUBINO . Don VINCENTIO PEREZ ARAZIEL , & RADA . Don IGNATIO LOPEZ DE ZARATE, Equiti Ordinis Divi Jacobi, & Marchioni Villænovæ, Regentibus. Excellentiſſimo Don FRANCISCO MOLES Equeſtris Ordinis Calatravenſis, Ducique Pareti , Conſervatori Generali. Don JOSEPHO DE LEYZA, & ERASSO Viridantis Alcantarenſis Ordinis inſignito trabeâ, ac Comiti Villæ Regalis , Fiſcali.

Don Leonardus Gutierrez dela Huerta F. P.

MAGNO, Supremi Senatus veſtri Præſidi tertium, ac poſtremum, meorum laborum, nuncupans tomum; rationi conſonum erat (SENATORES ORNATISSIMI) *veſtrum quoque patrocinium ergà me, meumque Tractatum peroptare. Eſtis namque illius capitis integrum corpus. Et quiſnam hos, Compenſationis nardus, Parthenope ditioni veſtræ ſubjectâ, excultos, vobis haud vovendos, commendandoſque abnegabit? nemo quia* (1) Æquùm erat vos non ſolùm omnia mea facta, dictaque, verum etiam conſilia cognoſcere. *Senatui veſtro, meos rectè dicandos partus nuſquam incaſſùm hariolatus fui; qui ſemper, & præcipuè ad*

(1) Plinius lib. 1. epiſtol. 5.

pre-

preſens, tot Senatoribus literatiſſimis, omnique virtutum genere ornatiſſimis, veris juſtitiæ patribus, cultoribus, legumque magiſtris decoratur. Vos tutelares invoco, voſque favitores opperior. Difficillimum facinus ſpe compenſationis ferè deſtitutus adortus, tandemque ad finem perductus ſum. Et inſpectis meis viribus, demirandum eſt, me equidèm nulla hac ſeculi noſtri tempeſtate, præmii cupidine allectum, rem tot, tantiſque ambagibus complicatam lucubraſſe. Summa ævi hujus erubeſcentia, nè compenſatio inſequatur laborē. Ideo ſit fas mihi cum Tullio queręri[2] O tempora! ò mores! Senatus hoc intelligit, & conſul videt. *Obvenit perſępè, ingenti literatorum mærore, quoſdam Juriſprudentię, non ſolùm nuſquam penetralibus imbutos, verum ejus elementorum jejunos, ad dignitates euectos intueri. Quod ſi hujus operis inſectandi pruriginem, in me hoc cogitante refrixiſſe fatear, haud mentiar, quia ut ajebat Cicero*[3] Honos alit artes, omneſque incēduntur ad ſtudia gloria. *Cum uirtus orbata prę̨mio langueſcat, gratiſque laborare pigeat, ac tędeat teſte lepido Sulmonenſi*[4]

Nec facilè invenies multis è millibus unū,

(2) Cicero Oration. 19. in Catilin.

(3) Tullius lib. 1. Tuſculan. quæſt.

(4) Ovidius lib. 2. de Pont. epiſtol. 3. ad Maxim.

Virtutum pretium, qui putet eſse ſui,
Ipſe decor recti, facta ſi præmia deſint,
Non movet,& gratis pœnitet eſse probũ.

Quò reſpexiſſe Severinum auſpicari jam liceat hocce modo obloquentem.[5] Conqueſtus eſt non æqua meritis premia penſare. *Hinc magnum Reipublicæ comminatur malum, cum literatis, nullum laborum ſperantibus præmium deſeratur.*[6] *Themiſtoclis, ac Pauſaniæ exemplis quoque monemur, ferè tyrannidem eſſe, eximios viros poſt res plæclarè geſtas nequaquàm remunerari, indeque deſperatione potitos in Reipublicæ perniciem conſilia vertere,*[7] Ergo niſi illorum virtus compenſetur, juſtoque præmio ab iis, quibus benefecerunt donetur, conſilia cũ hoſtibus ſæpè capiunt, Reipublicæ cui benefecerunt noxia. *Quid magis naturæ conſonum, rationi conſentaneum, omnique juri congruum, quàm laborantibus condignã mercedem pendere? Hoc integerrimum Senatum veſtrum*, CLARISSIMI SENATORES, *ſummoperè decet, cum viros optimè de juriſprudentia meritos noſcere, eiſque munera labori æquantia largiri adſoleat, ac debeat. Imitamini quidèm veterum Romanorum Senatum; & queſo, quanta liberalitate,*

merita

(5) Boëtius, lib. 1. de Conſolat. philoſoph. metr. 5.

(6) Cornel. Tacitus in Dialog. de Orator.

(7) Lambertus Danæus in Sylv. aphoriſm. politic. ex Thucydid. lib. 1.

merita,pro bono communi angētium, compenſabat, inſpicito.[8] *Ad quid tot voluminum paginas evolvere? ad quid legali in pelago aſſiduè periclitari? ad quid ſalutis jacturam in lucubrando, pecuniæ in typis perhibendo effundere: ſi nulla tot vigiliarū ſit aſſequenda merces? Nullus adeo infelix cernitur operarius, qui adhuc laboris ſui aliquod augmen non capiat. Mortalium ſanè conditio eò tendit, ut poſt ſalebroſam ęquoris navigationem, portus tranquillitate pergaudeat. Hominum eò diriguntur conatus, ac curę, ut poſt anxietatis turbines, poſtque improbi ſtudii moleſtias, ſuavitate, ac prędmii dulcedine recreētur.*[9] Humanum genus ideo militat, ut peractis ſudoribus conquieſcat. *Priſcorum illum Senatum, ęmulari adhortarer, ni mihi abundè cū vos pręſtitiſſe liqueret: dū tanta animi integritate Senatorio munere fungimini. Ad quem indicandam, Thebanos Senatorum præciſis manibus effigies pinxiſſe traditur.*[10] *Scopum certè veſtrūm ad diſtributivæ juſtitiæ trutinam pergere nitet. Cum uniuſcujuſque, meritis penſitatis, reſpondentia præmia largiamini, nimio literatorum plauſu, ſummoque Italiæ incre-*

(8) Tisus Livius lib. 2. ab Urb. cond. cap.40. Valerius Maximus lib. 5. dictor. memorabil c.2. de Gratitud.

(9) Caſſiodorus lib. 11. Epiſtol. 36.

(10) Plutarchus in lib. de Iſid & Oſirid. Alciatus emblem. 144.

mento, quę veſtro nutu felici habena regitur, ut teſter cum Tullio [11] Qui non ſolùm conſiliis ſuis, ſed etiam ſpecie ipſa dignitatem Reipublicæ ſuſtinent. *Veſtra ſolertia, Regalis Clementiſſimi Regis noſtri cura nititur, quem à tot negotiorum mole, veſtro cōnſilio levatis. Quocirca fœlicem eum, fœlicioreſque vos rebor, qui tanto inſervitis Regi. Sinatis precor, ideoque, ut quod de Magni Alexandri Miniſtris retulit Curtius, idipſum vobis nunc juſtiſſimè adſtipuler aſſerendo* [12] Et ſi verè æſtimare Macedonas, qui tunc erant volumus, fatebimur, & Regem talibus Miniſtris, & illos tanto Rege fuiſſe digniſſimos. *Igitur juſtùm exiſtimo, ultimum ingenii partum, poſt decennii ingentes in eum compingendo literarias anguſtias, vobis offerre, ut hujus ſterilis olim materiæ, nō gloriæ tantùm; ſed commodi quoque compenſationem referam, quia* [13] Nemo in bellis ſtrenuus unquam concupivit, ſolius laudis gratia, ſed & commodi. *Id aſſequuturum nequaquā præſtolarer: niſi vos Mecœnates aſciverim; cū pluries inſcios ad dignitates pergere obtuear, ac ferè evolare proſpiciā; non meritorum, nec doctrinæ nixatos alis; ſed favore, pecunia, commēdationęve fulcitos,*

(11) Marc. Tull. Cicer. in Orat. pro dom ſua ad Pontific.

(12) Quint. Curtius de reb. Magn. Alex. cap. 4. in fin.

(13) Lambertus Danæus in Sylv. aphoriſm. politic. ex Xenoph. lib. 1. de Cyroped.

tos, ideoque ſpem exilem habere deberem, cum me utriſque deſtitutum intuear. (*Digna eſt uenia querimonia: nam hic juſtus eſtquerulus dolor; quoniam ut aſſaturCicero*[14] Invident homines maximè paribus; aut inferioribus cum ſe relictos ſentiunt; illos autem dolent evolaſſe.) *Aſt his haud reluctantibus, ſi qui, nec penetralia juris deguſtarunt arcana, tantoperè evehuntur: Juſtiùs ego à puerilibus annis in legali jã naufragans ponto, munificentiam Regiam, Vobis tamen intercedentibus, haud quaquam nãciſcendã deſpero. Quippe turpe eſſet me inter compenſationes diù angentem; & tandem abſque tot compenſationũ lucubratarum, cõpenſatione deluſum manere. An compenſationem: an gratuitum poſtulem donum, judicare reluctor; ſed nè pendula indagatio permaneat, Theodoricum Regem conſulite, qui ſic ambiguitatemvos alloquens, reſolvit*[15]. Dignitas Patres conſcripti, dum ad incognitum venit donum eſt: cum ad expertum, compenſatio meritorum, quorum alter debitor judicii: alter obnoxius eſt favori. Hos enim æſtimatione ſubvehimus; alios gratia promovemus. *Nec id munerationis cupiditati aſciſcamini, ſi-*

(14) Tullius lib. 2. de Orat.

(15) Caſſiodorus lib. 1. epiſtol. 13.

qui-

quidèm cum Oratorum Principe reſpon- (16) Cicero lib. 15. epiſtol. 6.
deo [16]. Spero autem illum ordinem pro meis ob Rempublicam ſuſceptis laboribus, me non indignum honore exiſtimaturum. *Nollem ut id audaciæ porro adſcribatis, cũ tantùm honoris, dignitatiſque compenſativæ candidatum haberi aveam, ut cum* (17) Plinius in Panegyr. ad Trajanum in fin.
Panegyriſta aſſeverem [17]. Ego reverentiæ veſtræ ſic ſemper inſerviam, non ut me Conſulem, & mox Conſularem, ſed ut candidatũ Conſulatus putem. *Hoc expectandum, tantorum Virorum integritas impellit, ut po-* (18) Caſſiodorus lib. 6. formul. 4.
ſtea poſſim aſſerere [18]. Senatus mirabili opinione glorioſus. *De veſtro inclyto Senatu, ac de adeò integerrimis Senatoribus, me potius quàm loqui, ſilere decet; Alii majora promant; cum mihi ut mei memores* (19) Martialis lib. 9. Epigramm. 1.
eſto ſuperſit [19].

Majores majora ſonent: mihi pauca locuto
Sufficit in veſtras ſæpè redire manus.

Tandem valetudini incumbite, vobis, nobiſque diu vivite, cum literatorum vigiliæ, tunc partam præmii compenſationem conſequantur: dum tanti Regentes optima (20) Caſſiodorus lib. 2. epiſtol. 41.
ualetudine pollent, quia [20] Veſtra ſalus noſtra gloria eſt, & toties proficere judicamus, quoties de vobis læta cognoſcimus. *Valete Kalendis Aprilis M.DCC.*

SERAPHINVS
BISCARDUS
LECTORI.

MIraberis fortè, Lector Humanissime, cur tot,tantiſque mei muneris diſtrictus moleſtiis, tantum ipſe ocii nactus ſim, ut tecum alloquar, & veluti in veſtibulo te paucis detineam, ſed mirari ſtatim deſines,ſi conſilii mei rationem expoſuero. Factum id à me ſanè libenter, & oblatam mihi occaſionem ſtatim arripui.Cum omnium melioris notæ virorum ſermonibus celebraretur abſolutiſſimus de Compenſationibus Tractatus nuper editus, quem primi nominis Juriſconſultus, præclaræ indolis, & præmaturæ virtutis Adoleſcens in ipſo juventutis flore confecerat,expoliverat,divulgarat; opus omnium votis expetitum, & laudibus non vulgaribus decantatum; magno illius ſtudio excitati ſumus, ut quamprimum poſſemus ſubſicivis temporibus evolveremus. Ubi autem illud percurrere nobis datum eſt nihil unquam libentius legimus quocunque inciderimus: novimus juvenem Juriſprudentiæ bono natum, & quod magis mirum eſt, opus hoc luculentiſſimum,ſi ætatem Auctoris ſpectes,nimis feſtinanter editum dixeris: ſin verò rerum momenta, & materiæ dignitatem, & amplitudinem, conſumatum conjeceris id præſe-

ferre Juriſperitum. Quis enim adeò iniquus erit cenſor, qui doctiſſimas has lucubrationes tot vigiliis elaboratas, primas adoleſcentiæ curas, primoſque juvenilium laborum conatus exiſtimarit? Ità namque quod arduum, ac perdifficile opus aggreſſus eſt, feliciter abſolvit, ut, quod paucis anteà contigit, perfecti Juriſconſulti munus expleverit. Cumque miraremur ingenii acumen, Judicii maturitatem, doctrinæ copiam, nihil antiquius habuimus, quàm, ut illum quantum in nobis eſſet, ornaremus, & quid de illius ſtudiis ipſi ſenſerimus, aperiremus. At verò licet is hujus ſit operis auctor, cujus doctrina, ingeniũ, & eruditio neque noſtrum, neque alterius cujuſquam teſtimonium deſideret; eò tamen potiſſimum ſpectavimus, ut aliquod noſtrum extaret de ſcriptis tanti Viri judicium, quod Poſteris conteſtatum relinqueremus. Et ſanè præter opinionem id accidit: nàm odimus ferè ſemper Scriptores noſtri temporis, & illis jure meritò ſæpè ſuccenſuimus. Novimus enim, quàm in difficili verſetur loco eorum labor, & induſtria, qui hac noſtra tempeſtate de quæſtionibus ad jus pertinentibus ſcribere quippiam tentaverint. Jamdiù nãque de numero, & varietate librorum Juris civilis aſſiduæ hominũ querelæ ubique pervagatæ ſunt, quòd ſtudioſos onerare, magis, quàm juvare videatur: Jamdiù poſt prima illa Juriſprudentiæ decora, Accurſios, Bartolos, & ſimile Heroum genus prodiit turba ſcribentium, quæ, ſylveſcentibus commentariis, locis juris noſtri obſcurioribus tenebras potiùs offudit, quàm præbuit lucem: inviſa muſis natio, & barbarum hominum genus ſordido ſcribendi genere aſſuetum. Quouſquè tandem viris aliquot egregiis, & ad ſummam laudem contẽdentibus divinitus è Cœlo delapſis, ea nobis affulſit lux, quæ non modò jus noſtrum, quod diù latuit in occulto mirificè quidèm illuſtravit, verum etiam veterem hujus ſcientiæ ſanctitatem, turpitèr, nè dicam nefariè retroactis temporibus violatam profectò reſtituit. Verùm noſtrorum ignavia factum eſt, ut, cum ab eorum veſtigiis longiùs abſuerint, & ab illis elegantioribus ſtudiis excolendis diù ceſſaverint, mutata rerum facie, ſqualore obſitum jaceat jus noſtrum, cum denuò emerſerit rude quoddam agmen Interpetrum, & omnis politioris doctrinæ expers, cum quibus, tanquàm cum monſtris nobis iterum pugnandum fuit. Sed in tanta rerum perturbatione neminem eſſe arbitramur, qui inficias ire poſſit, innumeros ex Hiſpaniis prodiiſſe doctiſſimos Juriſconſultos? quis enim eſt hodiè inacceſſus in terris locus, quò non Illuſtrium horum Juriſconſultorum fama pervaſerit. Tulit fœlix illa Regio, & noſtra, & Patrum noſtrorum memoria, tulit

illa

illa plures incomparabili ingenio viros, & mentis acie præſtantiſſimos. Emicuere ſanè complures, iique clarius illuxiſſent, niſi iis facem jamdiù præripuiſſent ingentia illa Juriſprudentiæ lumina. Admiranda tamen eſt, & utiliſſima præ cæteris omnibus æſtimanda ſemper erit eorum induſtria, quam in noſtris ſtudiis excolendis inſumpſerint: quamcunque enim rem tractandam aggrediuntur, illam nimiâ diligentiâ ſuſpiciunt, acri quodam judicio, ac ingenii ſubtilitate difficillimas juris quæſtiones excutiũt, & miro quodam nexu quæſtiones, quæ ad theoricam pertinent, cum fori concertationibus ſummâ legẽtium utilitate conjungunt: Horum inſiſtens, veſtigiis doctiſſimus hujus operis Auctor novâ quâdam methodo ſpartam, quam ſuſcepit feliciſſimè ornavit: opus paucis ab hinc annis inchoatum, tàm brevi temporis ſpatio ad exitum perduxit opus quidem omnibus optatiſſimum; iis præſertim, qui in Foro verſantur; in quo judicii maturitatem, impenſam diligentiam, ſolidam Juriſprudentiæ doctrinam invenies: plenus civilis ſapientiæ liber, quæſtiones omnes, quæ ad hujuſmodi Tractatum pertinent perſpicuo quodam ordine, & ſtylo admodum eleganti complexus eſt: veterum Juriſconſultorum reſponſa, ubi occaſio tulerit fœliciſſimè explicat, difficillimos nodos mirâ facilitate diſſolvit. Habent Forenſes, ubi ſe exerceant, & quibus contentiones ſuas dirimant: habent Eruditi, ubi otium literarium inſumant, & ſumma animi voluptate expatientur: habent juris profeſſores, ubi ex ſuis diſputationibus argumenta contorqueant: locupletiſſima univerſæ Juriſprudẽtiæ penus: latiſſimus ſanè campus, ubi fæcundiſſimam, & vigentem omnis frugiis bonæ ubertatem intuearis, juris noſtri amœnitates, & flores, frugiferam, & ampliſſimam doctrinæ ſegetem, lacteos elegantiæ fontes, & rivulos, qui leniter fluant: heic nullum offenderis ſenticetum, quod vites, nihil aridum, quod interſeces, nihil infœlix, quod velles. Plura vellem, ſed avocant me occupationes, quibus detineor: nec is ego ſum, qui tantum mihi tribuam, ut in hujus Auctoris laudes velim excurrere. Quis autèm ad ſcribendum hoc opus præclariſſimum Auctorẽ impulerit, ſi neſcis, HUMANISSIME LECTOR, ille fuit ornatiſſimus Eques, & Senator omni laude cumulatus Don ANDREAS GUERRERIUS: Vir ille ad Supremi Senatorii ordinis gradum meritò evectus, probus ille vir, acerrimus ingeniorum æſtimator, verique cultor. Sub his auſpiciis, his auxiliis Auctor in hoc opere perficiendo uſus eſt. Hujus domus illi fuit, veluti tanti operis officina digni ſanè, ut ex præclariſſimis laribus Viri omnium virtutum genere præſtantiſſimi

or-

promeretur.Quin etiam talem, tantumque Virum is ſuorum laborum hortatorem habuit, & ducem egregium, qui illum excitaret,moneret, impelleret; qui ſuis præceptis informaret, & erudiret, ſuo ipſius exemplo confirmaret, ac tam, præclara foveret ſtudia, & tutaretur. quid plura? Vir ſũmus,quamvis graviſſima rerum onera ſuſtineret, tamen amore hujus operis ſic itèm erat incenſus, ut quidquid ocii à maximis negociis habuerit, id omne ad has lucubrationes lagendas contulerit. Quo effuſus gaudio lectiſſimum juvenem, & auctorem colit, miratur, & ſuſcipit? quâ letitiâ perfuſus teneram adhuc arborem intuetur,ut quæ non dum ad juſtam ſeſe proceritatem extulerit, domi ſuæ culta uberrimos, & præcoces ſolidæ doctrinæ dederit fructus. Si te igitùr his oblectabis, CANDIDE LECTOR,meliora ejuſdẽ ingenii ſpecimina expecta: multa meditatur, molitur, ac premit; quibus non interituræ laudis gloriam nomini ſuo comparabit. Si tu hæc probaveris fidem, quã obſtrinxit,citò liberabit, & quæ ipſe pollicitus eſt, operosâ celeritate perſolvet. Interìm jucundiſſimis his laboribus fruere, vale, & plaude.

REVE-

REVER. PATR. MAG.

FR. DIDACI A LOYA

AUGUSTINIANI HISPANI

Quondàm in Regio Conventu Crucifixi Burgorum Cathedræ Philoſophiæ Anteceſſoris; in Salmantina Academia per triennium Cathedræ Durandi Subſtituti Moderatoris; in Auguſtiniano Salmanticenſi Convẽtu Cathedræ primæ Theologię Regentis; in Imperiali Auguſto Complutenſi Collegio primæ Cathedræ Theologiæ Moderatoris Præſcripti. Nũc autem Neapoli in Cõventu Sanctæ Spei Auguſtinienſium Hiſpanorum ſemel, & iterum Generalis Vicarii.

EPISTOLA AD LECTOREM.

TOT in hoc Opere (Benevole, & Amice Lector) redolent ſapientiæ flores, vernant ingenii germina, halant juriſprudentię roſæ, pubeſcunt reſolutionum carmina jam POETICO colore picta, jam JURIDICO culta, jam RETHORICO amœna, jam MORALI lucida, denique per omnis doctrinæ lata quacumque colores, ſimul cum ſalutaris ſapientiæ aqua per linearum ducta canales, ut in HORTUM omni florum, & divitiarum terræ varietate fœcundum, undique aqua ſapientiæ ſalutaris irriguum me intraſſe feliciter celebrem, totoque libens mihi pectore grater.

Extitêre celebres apud Poëtas Heſperidum HORTI, quorum arbores ferebant aurea poma, quæ cuſtodiebat Draco inſomnis; nobilis extitit fama Phæacum Regio, in qua fructiferi, & amœni ita HORTI vigebant, ut vix primi fructus ad maturitatem devenirent, quando uberiores, & novos offerebat humus largiflua dextra. Viridarium tamen rationale hujus operis ita locuples eminet, ut floridiora ante id ſuas proſternant coronas, & Cognomen de la HUERTA, quo Author illuſtratur, luceſcat in opere, quod imprimitur. Rav. Text. in Offic.

In Viridario libri reſplendet HORTUS ingenii, & amœnitas florum, quibus opus ſcintillat, arguit ubertatem doctrinæ, qua fluminis inſtar ingenium Authoris feliciter redundat.

Flores omnis ſcientiæ nitent in Viridario operis non ad tempus ridentes, & breviter expirantes; non inſtar eorum, quos

modo animat aura, & breviter tragico ludibrio diſſlatos crudeliter exanimat, ſed durabile jucunditate mulcentes, & jucunda duratione conſpicui; quia ſunt flores ſapientiæ,cujus lumen ſicut eſt inextinguibile, ita viror non patitur brevem fabulam fugitivi veris.

Ecce in ſalutarem aëris uſuram prodit Rosa, & coronatæ frontis jactans incendia induta purpura Regiam ſuſtinet perſonam; tamquam ex Throno Reipublicæ florum dat jura;prodit obvallata frondibus, ſepta vepribus, ſicut ſpinoſis militibus,qui armis ſpinarum cuſtodiunt Reginam;flavum criſpat verticem; purpureum caput extollit;ardet pudica hortorum Venus, parva ſtellarum ſoror, floridus terræ cruor, Floræ inclyta regia, veris theatrum, Charitum lætitia, victoris Maji principale trophæum; hæc tamen, quæ toto igne Comarum ardenter rutilat, raptim (collapſis foliis) breviter palleſcit! Quis non mirabitur celerem fugitiva ætate rapinam, vixque roſam naſci, quando jam conſeneſcere, itaut idem Sol,qui eam vidit ſurgentem,poſſit plorare morientem! heu illa, quæ erat invidioſa aſtris, Auroræ lumen, Olympi gloria, cæſaries terræ, veris honos, humi purpura, colorum pompa, brevi vertitur floris cadaver, ventorum ludibrium, calcantium pedum opprobrium! vix aperit primi obeliſci faſtigia, vix ardet purpura, quando jacet raptim in urna!

Non ſic ſunt fatales hujus viridarii flores, quia flores ſapientiæ ſunt immortales; flores ſunt, quorum odore & juvenes ſeneſcunt, & ſenes juveneſcunt, & feliciter; juvenes ſeneſcunt maturitate doctrinę, ſenes juveneſcut ubertate dicendi. Flores hos Author ſpinoſo propugnaculo non obvallat, ſed veluti roſas ſine ſpinis, ut tibi offerat, placidos in manipulos centuriat.

Ad hos flores lumina ſi vertas, procul ite, dices, Horti, quorum inter folia reſonat avium minurientium cantus, tritillantium alitum concentus, trutilantium volatilium chorus,ubi aquarum bellè cadentium indulget admurmuratio, ubi loquaces rivuli, ubi familia copioſa Zephyri, ubi lacteſcunt lilia, niveſcunt narciſſi, nigreſcunt vaccinia, rubeſcunt roſæ, aureſcunt hiacynthi, aurâque omni ex parte placidiſſimè adſpirante, clementi brachiorum motu dulces ſuſurros arbores obſibilant; procul ite, dices,quia pulchriores flores apparent in libri viridario, quorum odorem adhuc nec Panchaja tulit, nec tota ad nos miſit Arabia. Author inter libri flores, & hujus rationalis arboris folia avis Philomela cantat, & juriſprudētię arcana harmonico modulamine explicat. Gutture Palladeo vocat ad Hortum, & ad Juſtiniani florida arbuſta trahit Juriſperitorum ingenia. Ita tamen diverſitas ſonat vocum in diverſitate literarum, & [illegible]

ita

ita dulciter reſonat, ut ei aptius poſſit dari illud Ovidianum avis Philomelę encomium:

Tu Philomela potes vocum diſcrimina mille,
Mille potes varios ipſa referre modos;
Nam quamvis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla poteſt modulis æquivalere tuis.

Redole ergo (Lector) flores, quorum delectatio indeſinens, quorum jucunditas durabilis, quorum fragrantia inſatiabilis, quorum aſpectus amœnus, quos nec ventorum furiæ exolvunt, nec Solis ardor comburit, nec glacies temporis congelat: Cujuslibet facultatis ſis profeſſor, ſiſte; move greſſus mentis per operis folia, ſicut per angulos quadrati vireti; adhibe curam, & flores tuæ facultatis ſcitè diſtinctos feliciter invenies; dicam tibi cum Platone: *Nihil eſt, quod diſcere velis, quod ipſe (liber) docere non poſſit.* Plato

Quæſtiones Archimedico problemate magis inextricabiles ità exponit, ut nullus appareat ſcrupulus, quominus & tu eidem ſubſcribas ſententiæ. Omnia quæcumque aut pro inſtituti ratione, aut obiter in hoc opere Author pertractat, nedum ad incerniculum, verum etiam ad cribrum revocat. Doctrinas continet, in quarum exitium licèt totis artubus digladientur inimica agmina, aſſequentur ſudorem, non triumphum?

Quando expedit, Author rem [illegible] verborum pompa exornat; quando expedit, refert nudè, quia veritatis pulchritudo nullo eget linguæ pigmento, nullo indiget colorari eloquentiæ fuco.

Si ſapiens ſpumantes fluctus declinat, dolos fallaces evitat, noxia fugit, palmas immarceſcibiles aſſequitur; hæc omnia cantamus Authori, cujus fama fortunæ nulla deliramenta formidat, à ſua ſede non exturbatur, nullave calamitate infringitur: *Voluminibus* (ſtat teſtimonium Plinii junioris) *authoritatem quamdam, & pulchritudinem adjicit magnitudo.* Librum vides Plinius Iun. lib.1.ep.20. undique plenum, quia undequaque magnum.

Viretum eſt opus, cui laus pro cenſura; immo potius admirer, quàm laudem; quod enim laudari poteſt magnum nō eſt.

Laudatore alieno non eget, quia in eo quot folia, tot præconia; quot lineę tot tubę; quot literæ tot linguæ; quot apices, tot voces.

Laudatore non eget Sol, quia claritas, qua illuſtratur, eſt lingua, qua extollitur; tot habet prædicatores, quot radios; quot effundit luces, tot ſpargit lucidæ proſapiæ teſtes.

Nihil invenies puerile in verbis, immò dicam cum Arnobio: Arnobius. *Verborum dignitas rerum majeſtati reſpondet, & ſibi invicem quaſi concentum quodam res, & verba concurrunt.*

Nihil invenies immoderatum in dictis; nihil petulantiæ

in vocibus; nihil inefficax in ſententiis; nihil poteſt ommitti ut VULGARE; omne poſtulat eligi ut EXIMIUM; immò ita omnia, quæ continet, EXIMIA ſunt, ut de majori dignitate ſi certet, lateat, quæ præferenda putem! Sed quid mirum omnia ſint EXIMIA? eſt ſane ingenium Authoris ex illis, de quibus Caſſiodorus: *Neſcit indè aliquid naſci mediocre*.

Caſſiodor. lib. 3.

Munera boni Scriptoris cantat opus; nam in eo miſcetur utile dulci, clarum profundo, amœnum fructuoſo.

Hoc agnoſco; nihil eſt, quod virga cenſoria corrigat; nihil, quod cenſuræ ſpongia fugat; nihil, quod contradictionem patiatur, ſed omnia communem plauſum tamquam vinculum hæreditatis requirunt.

Nullam (ajebat Clemens Alexandrinus) *exiſtimo ſcripturam adeo fortunatam procedere, cui nullus omninò contradicat; ſed illam exiſtimandum eſt eſſe rationi conſentaneam, cui nemo jure contradicat.* Quis autem JURE contradicet doctrinis, quas continet liber? Quis audebit dicere: *Non benè olet iſte flos in hoc* HORTO? Quis dicere: *Non benè cultus exiſtit?* Quis *Non benè diſtinctus floret?* Verè pro Authore Juſtinianus clamat, Juriſprudentia vociferat, Theologorum moralium lucidus exercitus, ut acriter defendat, ſe ſe ſua ſponte invitat.

Clem. Alex. lib. 1. Strom.

Sed hoc præcipuè in admirationem vocat, quod cum hæc materia ad THEOLOGIAM MORALEM prǽſertim attineat, ita Author in ea ſe explicat profundum, ita argutum, ità rationum pondera librat, & tela adverſantia illudit, ut totus in hac facultate videatur fuiſſe à pueritia, cum tamen ex ſcientiis ſpecialem ſponſam ſibi adamaverit JURISPRUDENTIAM!

Qui perlegerit alia duo opera de FORO EXTERIORI ab eodem jam edita, & ſummâ ipſius laude diffuſa (quia inoffenſo euntia pede) & nunc iſtud TERTIUM de FORO INTERIORI percurrat, in UTROQUE FORO æquè laudabilem oſtendet Authorem, & de eo utraque dextera, ſcilicet THEOLOGICA, & JURIDICA utente dicet, quod ſacra pagina narrat de illo Magno Duce Populi Dei Aod: *Utraque manu pro dextera utebatur*. Et quia quando dicebat *Divinus Plato*, dicere videbatur *Philon Hebræus*, & è converſò, quando dicebat *Philon Hebræus*, dicere videbatur *Divinus Plato*, & in uno lucebat doctrinâ etiam alterius, apud Græcos in proverbium abiit: *Aut Philo Platonizat, aut Plato Philonizat*; ita ego, cum video hoc opus jam JURIDICIS documentis refertum, jam THEOLOGICIS diſciplinis fœcundum, ignoro an ſit JURIDICUM, vel THEOLOGICUM; ſed cum utriuſque facultatis ſubſtãtiam conſpicio, in admirationem raptus erumpo, & clamo: *Aut Juſtinianus theologizat, aut Theologus juſtinianizat*.

Apud Ducem Salmantinum. Auſtin. Doct. in quodam Paneg.

Si Satyricus Juvenalis legiſſet hoc opus, intuliſſet JURIS-

PRU-

PRUDENTIAM, & THEOLOGIAM in pectore Authoris, & ſe abſtinuiſſet ab illo aſſerto

Pectora noſtra duas non admittentia curas Juvenal. Satyr. 7.

Sed hinc admiratio creſcit, quod vix Author Aprilem ætatis attigerat, quando ex fœcunda arbore mentis hęc aurea poma ingenioſitatis eduxerat! vix ſalutarat florem ætatis, quando jam fuderat hos fructus maturitatis! vix vigeſimum quartum annum à limine viderat, quando cum hoc TRIA Opera ſcripſerat, quæ ſunt FUNICULUS TRIPLEX, qui DIFFICILE RUMPITUR, licèt contra ejus aſſerta labores! Mons juriſprudentiæ eminet in juventutis vere, perſperſus tamen cana ſenectutis nive.

Si Authorem, & ejuſdem opus non agnoſcerem, mihi Authorem negaret opus; liber explicat fructum maturum, Author ita creſcebat adhuc corpore viridis, ut non oſtenderet ętatis florem! Quis vidit maturitatem in viriditate? quis fructum ante florem? in Authore videtur: *Ergo vel natura vices mutavit, vel Author peregrinum naturæ monſtrum mirabiliter exiſtit!*

Huc pulſat P. Auguſtinus: *In corpore non poteſt eſſe ſimul juventus, & ſenectus; in animo autem poteſt.* Et inſuper: *Quoniam juniores nonnullos ſenioribus pleriſque Magiſtris induſtrios, atque ſtrenuos videmus, non video cur putanda ſint ſpatia temporis in ætatibus incrementa, ut corpori, ſic animis dare.* P. Aug. lib. 1. Retract. cap. 6. tom. 1. Et de Quantitat. animæ cap. 17. tom. 1

Cum quilibet eruditus liber ſit triumphus ex ignorantia, & Author JUVENIS ediderit tres æquivalentes pluribus, dicat cum juvene Alexandro: *Vixi ſatis, quia non annos, ſed triumphos numero; metior me non ætate, ſed perennitate.* Alex. apud Radau. pag. 243.

Sit Operis de COMPENSATIONIBUS præmium, quo COMPENSETUR (inter alia) illa vox Pindari: *E laboribus, qui in juventute peraguntur juſtè, comparatur ſenectuti tempus tranquillum.* Et iterum: *Juvenum cura, quæ verſantur cum laboribus gloriam inveniunt; tempore autem reſplendent facta in Æthere illuſtrata.* Pind. ode 9. Nemeorum. Pind. apud Clem. lib. 4. Strom.

Patria lucet in filio; quare cum Marineo Siculo cantare non eſt diſſonum; Eſt Author ille, Mar. Sic. lib. 1. Carm.

Patria, cui tantùm debet, me judice, quantum
Corduva Lucano, Mantua Virgilio.

Sed ad rem pollice feſtivo cithara Claudiana adeſt. Claud. de Serena.

Quid dignum memorare tuis, Hiſpania, terris,
Vox humana valet?
Hæc generant, qui cuncta regant.

Nec extra rem inflatur Alexandri Donati fiſtula: Alex. Donat. lib. 2. cap. 16.

Hiſpanis Auguſta plagis, venerata per Orbem,
Aula ingens, Regumque altrix, decorumque creatrix:
Quid memoras geminos effundere jura per axes?
Et patere tuis utroque ab littore gentes?
Legibus?

An

Digitized by Google

An rem non probat eventus? Hiſpaniam effundere leges, & jura probat opus; leges, & jura dat Author. Ergo novo Sole luceat Hiſpania; novo pignore gaudeat mater ingeniorum fœcunda. *Cui* (procul ab adulatrici aura) *uni quidquid ubique laudatur, aſſurgit. Hæc* (ſcilicet Hiſpania) *duriſſimos milites; hæc expertiſſimos duces; hæc facundiſſimos Oratores; hæc clariſſimos vates parit; hæc Principum eſt mater; hæc Judicum genitrix*, proclamabat Pacatus; ergo quæ tot Judices producit, labores filii compenſet.

Pacat. apud Biblioth. Hiſpan. in Præfatione ad lect.

Pallas adorabatur Athenis modo Peplum induta, modo Togam, modo Clamydem, modo Loricam; hoc Palladeum opus Authori non LORICAM, ſed TOGAM omnium acclamatione peroptat, qua fraudari iniquum equidèm eſſet; nam Princeps, quod Literatis communis plauſus exhibet, abnegare non debet.

Ergo Author HUERTA Hiſpanicè, quod latinè vertitur HORTUS (ſi non cohiberetur à modeſtia) poſſet uti illis aureis verbis ex Canticis, & dicere: *Veni Auſter, perſla* HORTUM *meum, & fluent aromata*. Eſt dicere: Veni Rex AUSTER, veni Rex AUSTRIACE, perſla HORTUM MEUM aura benigna Togæ, & fluant in Tribunalia AROMATA JUSTITIÆ.

Cant. 4. v. 16.

Tandem ſint elogii, & meæ ſententiæ corona illa verba Plinii in ſimili (ſi [illegible] præceſſit opus) *Eſt opus pulchrum, validum, acre, ſublime, varium, elegans, purum, figuratum, ſpacioſum etiam*. Et ne me (quia amicum amantem Authoris) recuſes, ut ſuſpectum judicem, accipe ex Plinio: *Amo quidem fusè, judico tamen, & quidem tantò acrius, quantò magis amo*.

Plinius lib. 4. Epiſt. pag. mihi 113.

Plin. in Panegyr.

Tu autem, ò Lector, quando hunc demirandum LIBRUM, rationale animę viridarium videtis; dic Authori cum Seneca: *Ede plurimos, quamceleri rimè, ut & tuo nomini celebritas, & tuis temporibus claritas, & ſtudioſis omnibus utilitas pariatur*.

Senec. apud Gue. in Mar. tom. 1.

EPI-

EPISTOLA AUTHORIS
Ad Illuſtriſsimum Dominum Marchionem
LÆLIUM BOSCOLUM
Ducalem Conſiliarium, & à Secretis Status Sereniſsimi Ducis Parmæ, & Placentiæ &c.

ILLUSTRISSIME DOMINE:

SEcundum mei Tractatus de Compenſationibus Tomum, Sereniſſimo Duci Parmenſi noſtro vovens, veſtigia ſectari veterum conſonum rebar. Quos Jovi Panomphæo litantes, Mercurium eorum litaminibus adeſſe, ut de ſacrificantium affectu, Deorum dominatorem certiorem rederet, efflagitare fertur. Hinc eſt, ut Ego priſcorum morem æmulari coner: dum ſecundum meorum laborum fœtum dicans, Farneſio Numini expedit mihi alterum invenire Mercurium, qui Sereniſſimo Mecœnati, hoc perennis clientelæ monimentum commonſtraret. Quò circa Tibi, Illuſtriſſime Marchio, qui Forenſium, politicarumque rerum nimiâ es imbutus peritia; tamquam Legalis Scientiæ Mercurio, hos ingenii informes partus expoliendos arbitratus ſum commendare: utque Jovi Parmæ, ac Placentiæ parvulum libamen, meo nomine offerre digneris. Nemini hance committendam curam, quàm Tibi ſummo jure ſum ratus. Tum ob familiaritatem, qua amplexu jungeris Jovi: tum ob doctrinam, qua te præditum Fama Mundivaga promit. Hujuſce quidèm rei teſtimonium perhibeat doctiſſima, elegantiſſimaque feudalis controverſia, quæ in primo tomo Operum Cardinalis de Luca legitur, quamque ſæpiùs miratus ſum, cum ibi Legalis Minerva, ſtylique eloquentia affabrè contendant, ac certent. Eandem ſapientiam noſcimus ex celebri tuo reſponſo, quod Innocentii XI. ſanctitate præſtituente, inter celeberrimos Europæ Juriſperitos doctiori calamo lucubraſti; cum cæteris legalibus operibus, quæ ob brevitatem omitto; & latè memorat Comes Fontana in ſua Bibliotheca Legali part. 1. fol. mihi 182. verbo Boſcolus. *Ergo ſi tanta Pallade polles, æquum erat tanti Viri correctioni meos libros corrigendos ſubjicere, ut eximiæ Juriſprudentiæ luminis lima eorum ſcobes collimentur. Unde ſi tot negotiorum moles, qua premeris neutiquam obnitatur, ipſorum lectioni vaca, Epiſtolamque Serenitatis Tutelaris noſtræ, gratis oculis perlege, & aſpice, qua Parmenſium Ducum facinora, Regibus noſtris Hiſpaniæ præſtita raptim, obiterque pertingo, quod ut Excelſo Duci pernarres enixiſſimis animi votis rogo, ac exoro, quod tanto Viro ductore nanciſcendum præſtolor. Vale diù, ut patrocinium Sereniſſimi Ducis uberè mihi impertiri queas. Neapoli 7. Julii 1699.*

Illuſtriſſimæ Dominationis Veſtræ

Addictiſſimus, & obſequentiſſimus Servus
Don Leonardus Gutierrez de la Huerta.

RESPON-

Digitized by Google

RESPONSIO MARCHIONIS.
Ad Authorem.

ILLUSTRISSIME DOMINE.

ITa eſt, Vir Clariſſime, Sacrum feciſti noſtro Jovi, Jovi benefico, Jovi ſcientiarum Numini, Jovi virtutum omnium ſupremo moderatori: Et delector, quòd à te Panomphæi ſub aſpectu cernatur, quandoquidem ſi Jupiter ſic nuncupatus, eò quòd omnium voces audiret, vota tua proprio Marte nullo egens Mercurio jam repoſuiſti ſuper Ara, de qua Poëta canebat 11. *Metamorphoſeos.*

Ara Panomphæo vetus eſt ſacrata Tonanti.

Victimam manuducens optimam acceſſiſti ad Altare. Victimam quidèm doctis in Voluminibus pretioſis ſudoribus alitam, doctrinæ pinguedine ſaginatam, atque eruditiſſimis floribus redimitam. Optarem ad tuum ſenſum eſſe Mercurium, ut novam Lyram invenirem Apollini, à quo Caduceo donatus eſſem eo omine, ut idem Luminis Deus, ac Parens ipſius Lyræ ſplendidas fides ſcitè caneret tui Nominis in encomium, & ego Caduceum ſculperem tuorum in fronte Voluminum, in quibus amico fœdere Jura Civilia cum Pontificis, Moralia cum profanis, Catbolica cùm Politicis ad præſentis ævi ſtuporem, & gloriam conciliaſti. Ad bujus, iterùm dico, ſæculi cadentis ornamentum, ac prateritorum invidiam, & verecundiã, cum ex noſtris quotquot fuerunt in Legali Paleſtra Profeſſores, qui materiam Compenſationis pertractarunt, opuſcula edidērint, in quibus ſi omnia etiàm conjungerentur in unum, nec ad mediam viam pervenirent, quam tu inoffenſo pede percurriſti. Submitterent proindè faſces, ſi adeſſent, antiquus Tyndarus, Sebaſtianus de Medicis, Belloius, Beroa, Habnius Coppelius, ſeu Keppelius, Daoyz, Georgius Locamerus, Borcbolten, Freyers, Diegus, Mæſtertius, Scbroderus, Zamoranus, & ſiqui alii materiam banc deguſtarunt, qui naviculati ſunt quaſi exiguo in ſtagno, cùm Tu mare magnum, & ſpatioſum navigaveris. Verùm pro tuorum operum dono dato quid ego reddam? Reddam encomia tuæ benevolentiæ; Reddam grates Amori erga me tuo; Reddam obſequia tuis promeritis: tuis reddam obedientiam juſſionibus: Has peto; pro bis rogo; bas debes. Cautum eſt in lege 6. C. de Compenſationibus *ab Imperatore Alexandro, quòd ſi petitur id, quod non debetur, objicitur exceptio intentionis, & ſi id, quod debetur, opponitur exceptio compenſationis. Appellavi ad Compenſationis Tribunal, quod tuis coruſcat ingenii luminibus, eo animo, ut juſſis tuis jus mibi reddatur. Vale; diu vale, in ævum vale ad Juriſprudentiæ decus, atque ornamentum. Parmæ Idibus Auguſti* 1699.

Dominationis Veſtræ Illuſtriſsimæ

Addictiſsimus Servus
Lælius Boſcolus.
Don

DON ANDREÆ GUERRERO DE TORRES

Alcantarenſis Ordinis Equitis, à Conſiliis Suæ Catholicæ Majeſtatis, & in Supremo Collaterali Conſilio Regni Neapolis Regiam Cancellariam Regentis.

LEONARDUS GUTIERREZ.

Anagramma mutato Z in E.

LEGES ORNARE VIDETUR.

In Anagramma Diſtichon.

Ecce patet quanto ingenio LEONARDUS abundat
Legibus exceltis quod decus addat, habet.

Ejuſdem ad Authorem

OCTODECASTICHON.

QUiſque ſtupet, LEONARDE, libros, quibus inſtruis Orbem,
Tradere cuique ſuum, parque referre pari.
Te tamen ipſe, aliis etſi ſcripſiſſe videris
Cuncta, hoc (pace tua) præteriiſſe noto:
Quod retices, debet cum gratia digna referri,
Atque honor exolvi, qua ratione queat.
Per hos, per mores, quos tam devincis, & ornas,
Debita quanta tibi eſt gratia, quantus honos!
O utinam, reliquis ut COMPENSANDA recenſes,
Sic quoque præciperes retribuenda tibi.
Aſt quænam grates, quænam præconia laudum
Non eſſent meritis inferiora tuis?
Ergo nullo pretio non COMPENSATUS abibis?
Haud equidem, & reddi denique noſce vicem.
Si tua, teque dicas nobis, tibi noſtra dicamus
Noſque petit ſic jus, & ſocialis amor.
Quin ſi æterna doces penſandi jura, quod edis,
Nomine perpetuo Fama rependit opus.

e DON LEO-

DON LEONARDO GUTIERREZ DE LA HUERTA.

J.C.Hiſpano Amico Eruditiſſimo.

D.Odoardi Jacobini Sereniſſimi Ducis Parmæ, Miniſtri Reſidentis in Civitate Neapolis.

EPIGRAMMA.

An Patriæ, vel Auſoniæ magis debeat Author diſſeritur.

QUod cunas fælix tibi finxit Iberia, magnos
  Edere de gremio divite ſueta viros,
Pars eſt iſta tuæ, fateor, non infima laudis;
  Multa polo debent germina, multa ſolo:
Quod primos inter Sophiæ numereris alumnos
  Heroum nutrix contulit Auſonia,
Iſta tuas dictis ſapientibus imbuit aures,
  Eximiiſque animum pavit imaginibus
Hæc tribuit primo vernantem flore juventæ,
  Autumnum ingenio præcocè ferre operum;
Iſta tuis celeres calamis famæ addidit alas,
  Mentis, & excelſæ vexit ad Aſtra decus;
Te foliis docuit totum volitare per Orbem
  Aſtreæque ingens addere poſſe jubar:
Auſoniæ, an Patriæ debes majora referre?
  Hæc dedit, ut vivas, illa dat ut ſapias.

Ad

Ad Eruditiſſimum Dominum
DON LEONARDUM GUTIERREZ
DE LA HUERTA
Juriſconſultum Hiſpanum
Ob ſuum Tractatum de *Compenſationibus*.

HEXASTICHON.

Antonii Carnovale J.C. & Advocati Neapolitani.

INvida quid vocitat ſapientum Docta ſenectus?
Geſta juventutis dum potiora videt?
Nunquid ſcire Senum eſt? Nunquid ſcit ſola ſenectus?
At magis interdum clara juventa ſapit.
En Juvenis Sapiens, hoc conſultiſſimus Ævo,
Qui veterum Norma eſt, Is LEONARDUS adeſt.

A L I U D.

HEſperidum liber hic eſt fragans floribus HORTUS,
Germina odora fovens, aurea poma ferens.
Germina ſunt Leges, ſunt juris dogmata flores,
Fructus Conſilium, Sanaque Deciſio.
Quàm benè jus pandit, quàm rectè jurgia ſolvit
Conſultis lepidus, proficuuſque foro.

Reverendi Patris Ludovici de Anna Societatis Jeſu Ad laudem Authoris.

EPIGRAMMA.

O Quem te memorem Themidis Divine Sacerdos!
Aucta novo per te lumine Jura nitent.
Nam dum te Major non ulli dicta priorum
Jura doces, famâ celſior ipſe tuâ es.
Conſilio ingenium, ingenio præverteris annos;
Scilicet in magnum ſurgis & auſpicium:
In te quæ propero Themis immigrat aurea cenſu,
Imperium & lances deſtinat illa ſuas.

*R.*P. *D.* Hieronymi della Marra Clerici Regularis Ad Authorem.

EPIGRAMMA.

DEteris & vitam, & florentes pervigil annos,
Dum penſanda novo fœdere jura doces.
At auges famæ, ſi vitæ ſubtrahis, ævum;
Et pro flore tibi laurea multa venit.
Scilicet hæc Equitis laus eſt, & gloria Iberi:
Ante ævum famâ præcoce poſſe frui.

SONETTO.

Figlio d'Iberia, à cui cadendo il Sole
Diè nell' oro del crin pegno di fede;
E de ſuoi lumi (ciò ch' unqua non ſuole)
Fè l' alta mente univerſal erede.
O quali à fori, o quali aprí à le ſcuole
Teoremi d' Aſtrea!. O quanta or vede
Sotto di biondo crin canuta mole
Di ſenſi il mondo! e quaſi à ſe nol crede.
Nella tua verde età, qual gia ſolea,
Per opra tua nel tempo in ſu le ruote
Trionfa omai ringiovenita Aſtrea.
E ben confeſsa alle tue dotte note
Dettate intorno al Compensàr, che rea
Ciò ſol, fallita Compensar non puote.

IN-

INDEX
QUÆSTIONUM
Quæ in hoc Tertio Tomo continentur.
EX LIBRO PRIMO.

Quæſtio I.
Utrùm Compenſatio Occulta in foro conſcientiæ ſit licita? fol.4.
Quæſtio II.
Utrùm in Reſtitutione famæ locum habeat compenſatio? fol.17.
Quæſtio III.
Utrùm quando Fama in genere reſtitui non poteſt, debeat cum Pecunia compenſari? fol.26.
Quæſtio IV.
Utrùm Debitum ex Juſtitia, compenſari poſſit cum debito ex Voluntate, vel ex Charitate, vel ex Gratitudine? fol.35.
Quæſtio V.
Utrùm per Compenſationem legitimè factam, transferatur in compenſationem Dominium rei hoc titulo acceptæ? fol45.
Quæſtio VI.
Utrùm Compenſatio occulta locum habeat ob non acceptum juſtum pretium in contractu Emptionis, & Venditionis? fol.51.
Quæſtio VII.
Utrùm ob mutua Conjugum Adulteria fieri debeat ſeparatio Thori, vel admittatur Adulteriorum compenſatio? fol.56.
Quæſtio VIII.
Utrùm occulta Compenſatio locum habere poſſit ob damnum datum per proprium Animal, vel Servum, abſque culpa Domini? fol.70.
Quæſtio IX.
Utrùm in Decimis, quando ſunt alteri locatæ admittatur compenſatio? fol.74.
Quæſtio X.
Utrùm Excommunicatio lata adversùs eos, qui aliena acceperunt, liget eos, qui aliena accipientes debiti compenſationem fecerunt? fol.84.
Quæſtio XI.
Utrùm Filiusfamilias plus laborans in augenda, vel adminiſtranda re familiari patris, aut matris; poſſit facere occultam compenſationem ſubripiendo aliquid ultra legitimam. fol.103.
Quæſtio XII.
Utrùm in foro Conſcientiæ detur locus occultæ Compenſationi ob Relicta in Teſtamento minus Solemni? fol.108.
Quæſtio XIII.
Utrùm Compenſatio occulta indifferenter in omnibus Rebus Debitoris fieri poſſit, vel debeat aliquis ordo in ipſis rebus ſervari? fol.115.
Quæſtio XIV.
Utrùm ſi lata Divortii Sententia, contingat innocentem in Adulte-

te-

terium iterum labi, illa mutua Adulteria compenſari queant? fol.119.

Quæſtio XV.

Utrùm ad licitam Compenſationem requiratur, quod Creditor nequeat alia via Debitum ſuum commodè recuperare? fol.126.

Quæſtio XVI.

Utrùm liceat Mandatario facere compenſationem pro exequutione Mandati ſibi injuncti, præcipuè ſi Mandans credebat id fieri gratis? fol.133.

Quæſtio XVII.

Utrùm Chriſtiani, qui injuſtè detinentur captivi apud infideles, poſſint illis in injuſtæ ſervitutis compenſationem aliquid licitè ſubripere? fol.143.

Quæſtio XVIII.

Utrùm detur locus occultæ compenſationi propter ſolutum Indebitum? fol.160.

Quæſtio XIX.

Utrùm in Depoſito locum ſibi vindicet compenſatio? fol.162.

Quæſtio XX.

Utrùm quoties Hæres compellitur ſolvere Debita, aut Legata ultra hæreditatis vires, ob non confectum inventarium, vel propter non repudiatam expreſsè hæreditatem intra tempus ei conceſſum ad deliberandum: detur locus occultæ compenſationi? fol. 167.

Quæſtio XXI.

Utrùm liceat facere occultam compenſationem pro Debito futuro in ſpe, ſeu in potentia? fol.173.

Quæſtio XXII

Utrùm ſit licita compenſatio in re debitoris, donata abſenti; ſed non accepta, præſertim ſi per ipſum compenſationem mittatur? fol.179.

Quæſtio XXIII.

Utrùm propter violatam à domino Fidem circa Manumiſſionem, poſſit Servus via compenſationis ſe ſubtrahere propria authoritate à dominio Domini, vel ab ejus ſervitio? fol 184.

Quæſtio XXIV.

Utrùm Sacerdos, qui aliter debitum nequit recuperari, poteſt in ſui debiti compenſationem retinere Miſſarum ſtipendium ſibi traditum ab ipſius debitore? fol. 189.

Quæſtio XXV.

Utrùm Reſtituens, quoniam credebat aliquem contractum eſſe uſurarium, de quo ſunt opiniones, minimè reſtituturus, ſi tunc ſciret non eſſe uſurarium, ſecundum aliquam opinionem probabilem, occultam compenſationem facere poſſit? fol. 196.

EX.

EX LIBRO SECUNDO.

Quæſtio I.
Utrùm Juramentum per compenſationem impediatur? fol. 210.
Quæſtio II.
Utrùm liceat facere occultam compenſationem in re aliena uſu conſumptibili depoſita apud debitorem compenſantis? fol. 244.
Quæſtio III.
Utrùm Compenſatio juſta poſſit fieri in aliis rebus, quam proprii debitoris? fol. 246.
Quæſtio IV.
Utrùm liceat facere Compenſationem occultam in re fidejuſſoris mei debitoris. Et an injuriatus pro injuria, & offenſa ſumptis præcisè à damno dato, poſſit in foro conſcientiæ authoritate privata facere occultam compenſationem? fol. 251.
Quæſtio V.
Utrùm detur locus occultæ compenſationi contra impedientem juſtam condemnationem quoties non agitur ad pœnam, ſed ad repetitionem lucri, vel ad reſciſſionem alicujus contractus? fol. 255.
Quæſtio VI.
Utrùm propter extorta vi, aut metu detur locus occultæ compenſationi? fol. 261.
Quæſtio VII.
Utrùm compenſatio occulta facta in debito Debitoris mei poſſit aliquo caſu eſſe juſta, ac licita? fol. 265.
Quæſtio VIII.
Utrùm Famulus, qui ab Hero ſuo juridicè ob potentiam ſalarium recuperare nequit; poſſit de bonis Domini ſibi ſatisfacere faciendo occultam compenſationem? fol 274.
Quæſtio IX.
Utrùm ob rationabiliter præſumptam Teſtatoris voluntatem, volentis ſuo ſecreto debitori aliquid relinquere, & non fecit, quoniam debitor animo compenſandi hoc debitum ei feriò perſuaſit, ut ſibi nequaquam relinqueret, detur locus occultæ compenſation-? fol. 294.
Quæſtio X.
Utrùm Adulterium ſpirituale cum Adulterio Carnali compenſari poſſit? fol. 298.
Quæſtio XI.
Utrùm propter accepta per errorem, dolum, vel mendacium ſit locus occultæ compenſationi? fol. 306.
Quæſtio XII.
Utrùm compenſatio occulta ſit licita in præjudicium creditorum anteriorum? fol. 310.
Quæſtio XIII.
Utrùm compenſatio occulta fieri poſſit, in re aliena, quæ extat apud debitorem compenſantis permixta, aut confuſa cum alia re illius. fol. 317.
Quæſtio XIV.
Utrùm aliquando poſſint compenſari debita ex juſtitia, cum beneficiis gratuitis, largitionibus, ſeu obſequiis gratis præſtitis. fol. 321.
Quæſtio XV.
Utrùm Fiſcus poſſit facere occultam compenſationem in bonis delinquentis ante ſententiam Judicis, quando bona ipſo jure manent confiſcata ob delictum habens in jure annexam confiſcationem? fol. 327.

Quæ-

Quæſtio XVI.
Utrùm non obſtante Tranſactione inter aliquos facta, poſſit alter ex tranſigentibus contra alterum uti occulta compenſatione? fol.332.
Quæſtio XVII.
Utrùm detur locus occultæ compenſationi adversùs illum, qui alterum voluntariè impedit à conſequendo aliquo bono, de quo habet certam, vel ſaltem probabilem ſpem? fol.338.
Quæſtio XVIII
Utrùm creditor Principis non potens alia via creditum ſuum recuperare poſſit facere occultam compenſationem defraudando vectigalia aliis locata? fol.343.
Quæſtio XIX.
Utrùm Reus pænam pecuniariam meritus, ſi juridicè interrogatus neget verum crimen, ob quod ea pæna juſtè erat plectendus, teneatur in foro conſcientiæ illam ei reſtituere, cui erat applicanda: ita ut hic poſſit uti occulta compenſatione? fol.356.
Quæſtio XX.
Utrùm ad faciendam compenſationem occultam ſufficiat debitum dumtaxàt eſſe probabile? fol.363.
Quæſtio XXI.
Utrùm ſit compenſandum damnum, quod alicui Tertio obvenit ex eo, quod per errorem illi imputetur crimen, quod ipſe delinquens tunc verè commiſit? Et de ordine ſervando in rebus, in quibus ſit occulta compenſatio? fol: 381.
Quæſtio XXII.
Utrùm Legatatii, quandò hæredes Falcidiam detrahunt, poſſint facere occultam compenſationem. fol.387.
Quæſtio XXIII.
Utrùm poſſint compenſari debita ex juſtitia, conferendo creditori aliquod officium, vel beneficium, vel gerendo utiliter ejus Negotia? fol.386.
Quæſtio XXIV.
Utrùm Miniſter, qui ob Salarii tenuitatem, juxta dignitatis ſplendorem vivere nequit, aliquid in congrui, ac competentis ſalarii compenſationem accipere queat? Et quid de Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis? Et Milites an ultra ſtipendium eis aſſignatum in compenſationem aliquid aliud ſubripere poſſint? fol.403.
Quæſtio XXV.
Utrùm Princeps teneatur compenſare Meritum cum præmio? Quid ſi concurrant duo Benemeriti, quorum unus libros compoſuit, alter verò non: quis eorum hac Compenſatione præferatur? Improbatur corruptela vendendi, emendique Magiſtratus. Immortalitas, utilitas, ac gloria Scriptorum oſtenditur. fol.437.

DON

DON LEONARDI GUTIERREZ DE LA HUERTA HISPANI

TRACTATUS DE COMPENSATIONIBUS OCCULTIS

LIBER PRIMUS.

SUMMARIUM.

1 *Hæc quæſtio magnam continet difficultatem.*
2 *Exponitur, ac refertur caſus diſputationis.*
3 *Creditor an poſſit prætextu occultæ compenſationis rem ſuam ſubripere ab injuſto detentore.*
4 *Injuria injuriam privata authoritate propulſare non licet.*
5 *Creditor qui propria authoritate capit rem ſuam, quam aliquis injuſto titulo retinet peccat peccato furti, & ad reſtitutionem tenetur.*
6 *Poſſidens habens aliquod jus ſuper re ſpoliari non poteſt.*
7 *Creditori, ſi liceret authoritate propria, rem ſuam capere, eſſet in contemptum poteſtatis publicæ.*
8 *Judex in cauſa propria nemo eſſe poteſt.*
9 *Subripiens rem exiſtentem apud inju-*

juſtum detentorem, quamvis ſi ſit creditor ad reſtitutionem non teneatur, attamen peccatum committit.

10 *Subripiens rem propriam exiſtentem apud furem contra commutativam juſtitiam peccat, quoniam rei ſuæ judicium ſibi juris ordine prætermiſſo uſurpat.*

11 *Creditor, qui alia via debitũ ſibi recuperare non poteſt, clam via compenſationis poteſt ſubripere æquivalens ex bonis ſui debitoris*, & referuntur Doctores hãc opinionem inſequentes.

12 *Occulta compenſatio facta à creditore, qui alia via debitum ſibi conſequi nequit, non eſt injuria, ſed juſta ab injuria defenſio.*

13 Henricus reprehenditur à Vaſquez, *quia à communi opinione diſceſſit.*

14 *Vindicatio injuriæ conſiſtit in hoc, ut alicui tantum inferatur malum, quantum intulit.*

15 *Jure naturali quilibet ad tuendam ſuam indemnitatem, quando ei aliud remedium non ſupereſt, licitè quiſquis uti poteſt.*

16 *Creditor, qui prætextu compenſationis aliquid ex bonis ſui debitoris accipit, injuria injuriam non vindicat, ſed propriæ indemnitati conſulit.*

17 *Peccatum non committitur à creditore ſubripiente id quod verè ſibi debetur, quando aliter recuperare non poteſt.*

18 *Creditor rem ſuam juſto titulo apud debitorem exiſtentem ſubripiendo furtum non committit.*

19 *Creditor per occultam compenſationem ſubripiendo rem exiſtentem apud debitorem non fit judex in cauſa propria; ſed tantum ipſiuſmet juris exequutor.*

20 *Conditiones, quæ concurrere debent ad hoc ut ſit licita, ac tutè fieri poſſit occulta compenſatio.*

21 *Compenſatio occulta ad hoc ut licitè fieri poſſit, debitum debet eſſe moraliter certum, liquidum, ac indubitatum; itaut debitor in conſcientia ad debitum explendum teneatur; & abſque peccato prætermittere nequeat.*

22 *Compenſatio adhoc ut fieri poſſit certè de debito debet conſtare.*

23 *Accipiens aliquid in compenſationem cujuſvis incerti debiti peccat contra juſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem.*

24 *Accipiens aliquid à poſſidẽte, eo invito, contra juſtitiam peccat.*

25 *Compenſatio occulta ad hoc ut licitè fieri poſſit debet fieri in re debita ex juſtitia lata.*

26 *Compenſatio occulta, juxta* Navarram, *fieri poteſt in debito ex lege, ſeu præcepto, ſive ſit charitatis, ſive religionis.*

27 *Compenſatio occulta, ſecundum* Navarram, *fieri poteſt in re debita tantùm ex gratitudine.*

28 *Conditio tertia adhoc ut licitè fieri poſſit compenſatio debet eſſe, ut alia via rem ſuam, vel ſibi debitam commodè, & abſque magnis impenſis creditor recuperare non poſſit.*

29 *Creditor, ex quibus cauſis contingere poteſt, ut debitum ſibi non poſſit conſequi.*

30 *Creditor poteſt facere occultam compenſationem, quando judex ob ignorantiam decidere cauſam recuſat.*

31 *Creditor quando commodè rem ſibi furto ſublatam recuperare poteſt per judicem, & nihilominus*

clam

elàm ſubripit, committit peccatum contra legalem juſtitiam.

32 *Scandalum quando non adeſt, & creditor via compenſationis rem occultè ſubripit, non committit peccatum læthale.*

33 *Creditor quando ob Reipublicæ injuſtitiam ſuum conſequi nequit, poteſt armis, ac cum violentia in ſuum ſe reſtituere, dummodo ad vindictam hæc reſtitutio non pergat.*

34 *Scandalum quando abeſt in compenſatione occulta, poteſt quis clam rem ſuam auferre, licèt abſque peculiari incommodo per magiſtratum eam conſequi queat, quia tunc munus judicis non uſurpatur.*

35 *Quæ aſſertio non placet Authori.*

36 Diana *refellitur, quoniam opiniones laxiores fuit amplexatus, & totus Eccleſiaſticæ juriſdictionis incremēto in ſæcularis juriſdictionis diminutionē intentus videtur.*

37 *Conditio quarta, quæ requiritur ad hoc ut compenſatio occulta ſit licita, eſt, quod creditor non capiat plus, quàm ipſi debetur.*

38 *Conditio quinta ad licitam compenſationem eſt, ut debitum ſit actu, non potentia.*

39 *Conditio ſexta eſt, ut ex tali compenſatione aliorum ſcandalum non ſequatur, vel detrimentum alterius, cui adſcribi poſſit.*

40 *Conditio ſeptima, quod compenſans non ſit in erronea conſcientia.*

41 *Octava conditio, quod compenſatio fiat abſque gravamine alterius.*

42 *Conditio nona eſt, ut conſulat ſaluti ſpirituali ejus, à quo id in compenſationem accipit, oſtendendo illi jam amplius ad illud debitum non teneri.*

43 *Conditio decima licitæ Compenſationis eſt, ut vitetur periculum ſpirituale, & temporale debitoris.*

44 *Conditio undecima occultæ compēſationis eſt, quod fiat clam ſine vi, quæ moraliter loquendo poſſit eſſe moralis occaſio rixarum, ſcādali, vel tumultus.*

45 *Conditio duodecima licitæ compenſationis eſt, quod ſit creditori veroſimile, quod ad debitum recuperandum nihil ſibi proderit id à debitore petere.*

46 *Conditio decima tertia, quod compenſatio non fiat in re alterius, ſed propria debitoris, vel in re ipſius creditoris exiſtēte apud debitorem nolentem eam reſtituere.*

47 *Conditio decima quarta eſt, ut res quæ in compenſationem ſumitur non ſit data creditori in depoſito.*

48 *Conditio decima quinta, ut compenſatio fiat in rebus conſumptibilibus, & ejuſdem ſpeciei cum ea, quæ debebatur.*

49 *Conditio decima ſexta, ut cautè admoneat debitorem, vel ejus hæredes debitum jam eſſe ſolutum.*

50 *Compenſatio concurrentibus conditionibus ſupra relatis; licitè fieri poteſt à creditore; quia tunc non fit injuria Reipublicæ.*

51 *Compenſans quando deeſt aliqua conditio requiſita ad licitam compenſationem, violat juſtitiam legale judicium, rem propriā ſibi uſurpando juris ordine prætermiſſo.*

52 *Compenſatio occulta quamvis ex defectu alicujus cōditionis illicita ſit; tamen injuſta non dicitur.*

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Utrùm Compenſatio Occulta in foro conſcientiæ ſit licita?

QUÆSTIO I.

1 PERICULOSAM admodum hæſitationem hanc, ut ex præjacto themate enitet, perabundè concerno, eamque miro in modo complicatam obtueor. Sed conſultus ſalebroſiora ſtatim exhibui, ut quidquid inſuave conſpicitur, paulatim detumens, pronior ſit proſequutio: nec ulteriora ſcandere rearis, ſed labi: & compulſus methodo ipsâ, ni fallor, excuſsè expetente. Summum juvenilibus annis onus quidèm impono. Quod quiſquam forſan temeritati, ac ſtultitiæ arrogabit, cum juxta Sylvium in notis ad Propertium *lib. 3. eleg.* 9. Temeritatis, & ſtultitiæ ſit ſupra vires niti, quia ut dixit Propertius *dict. lib. 3. eleg.* 9.

Turpe eſt quod nequeas, capiti committere pondus,
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.

Sed hoc parum mihi obnitente, famæ cogitans perennitatem, quam pro gloria impenſæ curæ immortalitas adſolet auſpicari; opus licèt viribus impar adoriri nõ renui, quia, ut dixit Iſócr. in *Orat.* ad *Philipp.* *Cogites velim mortale corpus omnes nos habere, ſed gloria laudibus famæ perpetuitatè fieri cõpotes, immortalitas, cujus cupiditate omnes vires exercendæ, nulli labores, nulla pericula recuſanda.* Unde forſan Venuſini præcepto quemque me abuti opinari timeſco, dũ jubet Horatius *de Arte Poëtic.*

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus: & verſata diu, quid ferre recuſent
Quid valeant humeri.

Quoniam haudquaquam ignoro calami mei navi minora conveniri vela; ut cecinit Ovidius *lib. 3. de Arte amand.*

Conveniunt Cymbæ vela minora meæ.

At licèt hic labor, tam ætati, quàm ingenio reluctetur: quid è pauperrima Minerva depromã, compangere conabor & angar: nec me nova lucubraſſe fatebor, quia nihil ſub ſole novum; ut habetur Eccleſiaſtes *cap.* 1. *verſ.* 10. *Nihil ſub ſole novum; nec valet quiſquam dicere: ecce hoc recens eſt: jã enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos.* Sed inſtar laborioſe, ac pererrantis apis, quod progero ex veterũ ſcriptis decerpſi, & per ferè innumeros Authores percurrens diſperſa digeſſi. Unde nimioperè mihi favent verba Plinii *lib. 3. epiſt.* 5. Ubi hujuſmodi obloquitur: *Æſtate ſi quid otii jacebat in Sole liber legebatur, adnotabat, excerpebatque, nihil enim legit, quod non excerperit.* Hoc eximiæ laudis eſſe neminẽ diffiteri cõjicio. Quamobrem Tribunitiam, Senatoriamq; dignitatem adeptus fuit Gnæus Flavius Libertini filius tandem ad Ædilitatis munus evectus, ut atteſtatur Pom-

Digitized by Google

Pomponius in *l. Neceſſarium* 2. *§.Poſtea.ff.Orig. jur.* ibi: *Poſtea cum Appius Claudius compoſuiſſet, & ad formam redegiſſet has actiones, Gnæus Flavius Scriba ejus Libertini filius ſurreptũ librũ Populo tradidit, & adeo gratũ fuit hoc munus Populo, ut Tribunus fieret & Senator, & Ædilis curilis.* Quippe ut canit Horatius *de Art.Poëtic.*

Converſis ſtudiis, ætas animuſque virilis
Quærit opes, & amicitias, inſervit honori:
Commiſiſſe cavet, quod mox mutare laboret.

Paulò quidem inferius in eodem textu Pomponius ſubdidit: *Nam nec Gnęus Flavius de ſuo quicquam adjecit libro.*

Rem ſanè obſtruſã aggredior; ſed qui hucuſque opẽ tulit, deinceps auſpicatius ipſius præſidiu præſtolabor, ſi precationibus, quibus Manilius auxilium Cæſaris ambit, Ego Solitudinis Deiparæ tutamen efflagitem exclamãs cũ eodẽ Manilio *lib* 1. *Aſtronomicon.*

Nunc mihi, tu, Cæſar patriæ, princepſque, paterque
Qui regis auguſtis parentem legibus Orbem,
Conceſſumque patri mundum Deus ipſe mereris,
Das animum, vireſque facis ad tanta canendum.

2 Sed ut adortã hypotheſi, difficultatis cardinem actutum occipere valeam, sẽſum diſputationis oportet proponere, quod profectò aſſequemur, ſi fingatur, Sempronium creditorem eſſe Titii in centum. Poſtea Sempronius creditor viâ compenſationis rem Titii, quæ apud eum erat retinere optat, ſive clam æquivalens ſubripere expetit privatâ authoritate. Quod poteſt porrigi ad quemcumque creditorem, qui rem ſuam, vel ex qualibet aliâ causâ ſibi debitam prętextu compenſationis accipit: an ne creditor æquivalentem rẽ in compenſationem ejus, quod ſibi debetur ſubripiens ſit tutus in foro conſcientiæ? & utrùm hujuſcemodi compenſatio occulta facta à creditore juſta dici poſſit? Cui namque percunctationi 3 negativè primò aditu apparet reſpondendum, nimirum haudquaquam fas eſſe huic creditori occultâ compenſatione uti, ſive creditor ab injuſto detentore rem propriam ſubripiat, ſive ab alio, qui eam aliquo titulo juſto, nempe pignoris, ſalarii, locationis, depoſiti, commodati, &c. poſſideat clam, ſeu palam auferat.

Hujus aſſertionis ratio eſt, 4 quia ſi eſſet licitum rem debitoris anthoritate privatâ ſubripere, etiam liceret authoritate privatâ injuriam injuriâ propellere; ſed hoc nemini privato licèt. Ergo nec rem debitoris privatâ authoritate capere, ut tradit Henric. *Quodlibet.7.quęſt.*27.

Secunda, quia creditor pro- 5 priâ authoritate accipiendo rem ſuam, quam aliquis juſto titulo retinet peccat peccato furti, & ad reſtitutionem tenetur, ita Leſſius *de Juſtit.& jur.lib.*2. *cap.*12.*dub.*10.*num.*56. Molina *de Juſtit. & jur. tractat.*2. *diſputat.*690. *num.*1. Trullench.in *Præcept. Decalog.lib.*7.*cap.*5.*dub.*5.*num.*1. Sayr. *Clav.Reg.lib.*9. *cap.*14. *num.*3. Azor. *Inſtitut.moral.part.*4. *lib.*5. *cap.* 15.

15. *verſic.In hac.*Et meliusDivus Thomas 2.2.*quæſt.66.artic.5. ad* 3.
6 Ubi docet, accipientem furtim rem apud alium depoſitam, gravare depoſitarium,& peccare,tenerique ad relevandum gravamen depoſitarii; & hoc maximâ ratione innititur, quippe cum debitor quoddã jus habeat ſuper re, iniquè ſpoliaretur ab illo, ut benè tradunt Trullench. in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num.2.* Leſſius. *de Juſtit.& jur. lib.2, cap.12. dub.19.num.56.* Azor.*loc.cit.* Molina. *de Juſtit.& jur.tract.2. diſput.* 690.*num.2*
7 Quoad primam partem, ideſt quod peccet, probari poteſt ex eo, quod authoritate propriâ rem debitoris accipiendo, jus ſibi facit in publicæ juſtitiæ contemptum, ideoque poteſtati publicę, quæ ad hoc inſtituta eſt, ut ſingulis jus tribuat, fit injuria. Text. in *princip. Inſtitut.de Juſtit. & jur.* Divus Thomas.2.2.*quæſt.* 67.*art.1. ad* 2. Leſſ. *de Juſtit. & jur.lib.2.cap.12.dub.10.num.59.verſic. Altera pars.* Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.7.dub.5.num.1. in fin.*
8 Nam in re propria iniquum admodum eſſet alicui licentiam tribuere ſententiæ Text.in *l.Unic.C.Ne quis in ſua cauſa judicet.* Quod noſtris in terminis notavit Filguera. *Summ.in 7.Præcept.Decalog.tractat.29.cap.1.art.3.* Quia nemini conceſſum eſt Judicis officium uſurpare Nam ſi hæc licerent Reſpublica furtis, ac latrociniis impleretur, & nullus tutè vivere poſſet. Unde quereretur debitor rem ſibi haud præmonito auferri, ut ponderavit Caſtropal.*Oper.moral.tract.32. diſputat.1.punct.16.§.3.num.5. verſic. nihilominus.* Quo verò ad ſecundam,hoc eſt, quod ad reſtitutionem teneatur,docentSayr.*Clav. Reg.lib.9.cap.14.num.3.* Molina.*de Juſtit. & jur. tractat.2. diſput.*690. *num.2.*Ubi aſſerit, quod ſi res ſubrepta ad certum tempus, commodata, ſeu locata erat, debet reſtituere ei uſum illius rei, quo injuſtè eum privavit,ſeu ejus valorem ſi uſũ reſtituere nequit; & quoque lucrum ceſſans debet reſtituere, aut damnum emergens.

Hîc quod dictum eſt procedit in juſto detentore; at quando res exiſtens apud injuſtum detentorem ſubripitur clam, quamquam ad reſtitutionem creditor non teneatur: tamen peccatum committit, ut refert Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2.cap. 12.dub.10. num.* 57. Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.* 5. *num.* 1. 9
Quippe ſi quis rem ſuam, apud 10 furem exiſtentem ſubripiat adversùs commutativam juſtitiam peccat, quoniam rei ſuæ judicium ſibi,juris ordine prætermiſſo, uſurpat, ideoque debet Deo ſatisfacere, & operam navare, ne proximi ſcandalum (ſi inde oriatur) detegatur; ſed id ſedare tenetur,unde læthaliter peccare autumat Sayr.*Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 3. Quamvis contrarium amplectantur Azor. *Inſtit. moral.part.3.lib.5.cap.15. verſic. in hac re.* Molina. *de Juſtit. & jur. tract.2.diſput.*690.*num.*1.

His omnibus minimè refragantibus,contraria opinio eſt tenenda,videlicet,quod liceat creditori, qui aliâ viâ debitum ſibi recuperare non poteſt,clam, ſive 11
pa-

palam viâ compenſationis accipere æquivalens ex bonis ſui debitoris, quam ſententiam amplectuntur Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap.* 15. Vazquez. *de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub. 8. num.* 40. Sot. *de Juſtit. & jur. lib. 5. cap. 3. quæſt.* 3. Sayr. *clau. Reg. lib. 9. cap.* 14. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 12. dub.* 10. Bañez. *quæſt. 66. concl.* 2. Molina *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſput.* 691. *num.* 1. Aragon. *de Reſtit. quæſt.* 62. *artic.* 8. *verſ. quarta cauſa.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub.* 5. *num.* 3. Alex. *conſil.* 135. *num.* 1. *vol.* 1. Rebuff. *ad Leg. Galliæ. proæm. gloſſ.* 1. *num.* 48. Afflict. in *conſt. lib.* 1. *rub.* 8. *num.* 36. Caldas. *de Empt. & vendit. cap* 24. *num.* 63. Chaſſan. in *Conſtit. Burgund. tit. des Juſtices. verbo. s' il n' agrace. num.* 32. Clar. *lib.* 5. *Recept. ſent. §. Furtum. num.* 16. *verſ. Excuſatur.* Archid. in *cap. Non ſanè. num.* 4. *quæſt.* 5. Florian. in *l. Itaque num.* 6. *ff. ad leg. Aquil.* Jaſo in *l.* 1. *num.* 7. *C. de Teſtament.* Sylva. *de Sala. quæſt.* 50. *num.* 8. Dueñas. *regul.* 506. Cepol. *conſil.* 26. *num.* 2. Padilla. in *l. Cum quis. num.* 17. *C. de Jur. & fact. ign.* Muta. *ad Conſuet. Panor. cap.* 19. *num.* 9. D. Anton. *part.* 2. *Summ. tit.* 2. *cap.* 14. Sylveſt. *Summ. verb. Furtum. quæſt.* 13. *num.* 17. Lugo. *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 5. *num.* 86. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 1. *num.* 3. Balmaſeda. *de Collect. quæſt.* 110. *num.* 18. Conrrad. *de Cōtract. quæſt.* 32. *concl.* 2. Farinac. *de Furt. quæſt.* 174. *num.* 20. Adrian. *Quodlibet. q.* 6. *artic.* 1. *in fine*. Gloſſa in *cap. Jus gentium. diſtinct.* 1. Caſtropal. *Oper. moral. tractat.* 6. *diſput.* 3. *punct.* 14. *num.* 5. Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad vener. part.* 2. *quæſt.* 3. §. 3. *num.* 2. Nevizan. 3. *Sylv. nupt. verbo. Monitoria. num.* 43. Sanchez. *lib.* 6. *Conſil. moral. cap.* 2. *dub.* 24. *num.* 1. Barboſa. *de Offic. Epiſcop. part.* 3. *allegat.* 96. *num.* 72. Toledus. *Sūm. lib.* 5. *cap.* 71. *num.* 3. Plotus. in *l. Si quando. num.* 874. *C. Unde vi.* Suarez. in *Theſaur. verbo. Furtum. num.* 399. Oñat. *de Contract. tom.* 2. *tractat.* 11. *diſput.* 29. *ſect.* 8. *num.* 115. Zacch. *de Salar. quæſt.* 68. *num.* 48. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 6. *cap.* 1. *num.* 2. *in fine.* Medina. *de Reſtitut. quæſt.* 11. Ledeſma *de Juſtit. commut. tract.* 8. *cap.* 20. *dub. ultim.* Innocent. in *cap. Cum olim. num.* 8. *de Reſtitut. ſpoliat.* Navarrus in *Manual. cap.* 17. *num.* 112. Felin. in *cap. Quoniam* 13. *de Summ.* Cordova. *Summ. quæſt.* 111. Covarruv. *Variar. Reſolut. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 15. Filliucius *de Reſtit. tractat.* 32. *cap.* 5. *num.* 150. Rodriguez. *part.* 2. *Summ. cap.* 49. *num.* 1. Lopez. *Inſtruct. conſcient. cap.* 158. Navarra. *lib.* 3. *de Reſtit. cap.* 1. *num.* 383. Lazarius. *qq. Canonic. ſect.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 3. Layman. *part.* 1. *tractat.* 3. *cap.* 1. *lib.* 3. *num.* 9. Rebell. *de Obligat. juſtit. lib.* 2. *quæſt.* 18. Bonacina. *de Reſtitut. diſputat.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſt.* 2. *num.* 10. Sà. *verbo. Depoſitum. num.* 4. Villalobos *Summ. tom.* 2. *tractat.* 29. *difficult.* 5. *num.* 2. Comitol. *Reſponſ. moral. lib.* 3. *quæſt.* 39. Arias de Meſa. *Variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 23. Fagundez. *in* 7. *Præcept. Decalog. cap.* 30. *num.* 1. Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 16. Baſsęus *verbo Compenſatio. num.* 2. Machad. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 22. *docum.* 5. Sabelli. *Summ. diverſ. tract. §. Compenſatio: num.* 25. *verſ. Quod in foro conſcientiæ.* Stephan. de Neapol. *de Reſtit. lib.* 1.

cap. 6.

*cap.6.num.*42.Filguera.*Summ.tom.* 2. *in* 7. *præcept. Decalog. tract.* 29. *cap.*1.*art.*3.*ad fin.verſ.Con todo eſo* Paludan.in 4.*diſtinct.* 15. *quæſt.* 8. *art.*2.Cajetan.2.2.*quæſt.* 66. *art.* 5. *ad* 3.Mendus *Epitom. opinion. moral.verbo.Compenſatio.num.*1.

12 Non obnituntur adducta ab Henric.*quodlibet.6.q.*27.Quippe hic author ſingularis fuit inter omnes, ut notavit Vazquez. *de Reſtit.cap.*5.§.1.*dub.*8.*num.* 38. In noſtra facti ſpecie, compenſatio non eſt injuria,ut ipſe Henricus ſuſpicatur, ſed juſta ab injuria defenſio, quia creditor vexatur à debitore nolente ſolvere debitum Lugo.*de Juſtit. & jur.tom.*1. *diſputat.*15.*cap.*5. *num.*86. Idcirco Henricus objurgatur à Vazquez *de Reſtit. cap.*5.§. 1. *dub.* 8. *num.*
13 39.Eò quia inmeritò à communi opinione diſceſſerit, quia jus accipiendi de alieno, non eſt injuriam vindicandi; quippè injuriæ vindicatio conſiſtit in hoc,
14 quod alicui tantum inferatur malum , quantum intulit; ſed eſt jus naturale defenſionis rerum ſuarum,ut ipſe Vazquez *loc.*
15 *cit.* dixit, quo jure quilibet privatus, ad tuendam ſuam indemnitatem, quotieſcumque aliud remedium ei non ſupereſt, licitè uti poteſt , ut benè Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*2.*cap.*1. *num.*2. Igitur ſicuti quilibet ab initio, ne in re familiari damnum patiatur,ſe defendere poteſt, rem illius,qui damnum inferre contendit, deteriorando; ejuſmodi poſt quam res ablata eſt ab eo, & minimè reſtituitur, poteſt jus ſuum tueri, debitoris rem ſubripiendo, quando alio modo indemnem ſe nequit ſervare;Unde qui viâ cõ- 16
pēſationis aliquid ex ſui debitoris bonis accipit,injuriâ injuriam non vindicat, ut adversùs Henricū aſſerit Lugo. *de Juſtit.& jur. tom.*1.*diſput.*15.*ſect.* 5. *num.* 86. & Vazquez.*de Reſtit.cap.*5.§.1. *dub.* 8. *num.* 39. Nec malum aliquod debitori infert, ſed indemnitati propriæ ſolummodò conſulit, ut docet Zamoran.*de Compenſat. diſputat.*2.*cap.*1.*num.*2.

Nec etiam obeſt ſecunda ra- 17
tio pro adversâ ſententiâ allata videlicet, quod accipiens clam rem ſuam apud alium juſto titulo exiſtentem,furtum committat, ac peccet. Nam reſpondetur contrarium eſſe verius, hoc eſt non peccare, quando quis ſubripit id, quod ſibi verè debetur, quotieſcumque aliàs illud recuperare non poteſt,ut docent Navarrus in *Manual. cap.* 17. *num.* 112.Vazquez *de Reſtit.cap.*5.§. 1. *dub.*8.*n.*40. Et ferè omnes Theologi,ac Moraliſtæ,dummodò adſint conditiones, de quibus inferius; & omnibus expreſſiùs D. Thom.2.2.*quæſt* 66.*art.*5. ubi ait: quod ille qui accipit rem ſuam, nõ videtur peccare,cum nõ agat contra juſtitiam , cujus æquitatem non tollit.

Nec creditor rem ſuam, juſto 18
titulo apud debitorem exiſtentem ſubripiendo furtum committit, ut adnotavit Sayr. *Clav. Reg.lib.*9.*cap.*14.*num.*3. Quod clarè dixit Ulpian. *lib.*3. ex Minicio in *l.Si is qui rem* 61 *ff.de Furt.*Cujus verba hæc ſunt: *Si is qui rem commodaſſet, eam clàm abſtuliſſet, furti cum eo agi non poteſt:quia ſuum recepiſſet; & ille commodati liberatus eſt.* Et

19 Et quamvis creditor, propriâ authoritate, rem ſuam ſubripiat, & in cauſa propria judicem ſe conſtituat, juxta ſupra ponderata; tamen hujuſmodi objectio nequaquam opinionem noſtram oppugnat. Quippe licèt quis occultè quod ſuum eſt, vel ſibi debetur accipiat; tamen non eſt judex in cauſa ſua; ſed ipſiuſmet juris exequutor, ut tradit Filguera. *tom.2. Summ.in 7. præcept. Decalog. tract.29. cap.1.art.3. verſic.Y aunque es verdad. in fine.*

20 Hæc autem concluſio noſtra, non debet abſolutè intelligi, quia eſſet parùm tuta, ſed eam ſequere dumtaxat concurrentibus pluribus conditionibus, quæ referendæ veniunt.

21 Prima conditio eſt, quod debitum ſit moraliter certum, liquidum, ac indubitatum, itaut debitor in conſcientia ad debitum explendum teneatur, ita ut ſine peccato prætermittere nequeat. Bonacin. *de Reſtit.diſput. 1. quæſt.ult.punct.2.propoſit.2.num. 12.* Mendo. *Epitom.opinion.moral. verbo Compenſatio.num.1.* Diana. *tom. 6.Oper.moral.tractat.3.reſolut.148.* §.1. Molina. *de Juſtit.& jur. tract. 2.diſput.691.verſ.prima.* Caſtropal. *Oper.moral.tract.32.diſput.1.punct. 16.§.3.num.6.* Fagundez.in *7.præcept.Decalog.cap.30.num.2.* Sotus. *de Juſtit.& jur.lib.5. quæſt.3. artic.3.* Trullench. in *7.Præcept.Decalog. lib.7.cap.5.dub.5.num. 4.* Guzman. *Veritat.jur.verit.16.num.17.* Zamoran. *de Compenſat.diſputat.2.cap.2. num.2.* Vazquez. *de Reſtit.cap.5.§. 1.dub.8.num.40.* Sylveſter. *Summ. verbo furtum.quæſt.13.num.17.* Lugo. *de Juſtit.& jur. diſput. 16. ſect. 5.num.87.* Rodriguez. *Summ.part. 2.cap.49.num.1.& cap.147.num. 2. concl.1.ad fin.* Filguera. *Summ. tractat.29.cap.1.artic. 3. in fine.* Azor. *part.3.Inſtit.moral.lib.5.cap.15.verſ. Deinde.* Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib. 2. cap. 12. dub. 10. num.58.* Nam 22 compenſatio de liquido ad illiquidum locum habere non poteſt Text.in *l. Final. C. de Compenſat.* Et quotieſcumque dubitatur, an aliquid alicui debeatur, non licet compenſationem occultam facere, quia ad hoc, ut juſtè fieri poſſit compenſatio, certè de debito debet conſtare. Quippe ſi quis, dubiâ conſcientiâ, cujuſvis incerti debiti, aliquid in compenſationem ſubripiat, 23 contra juſtitiam peccat, & ad reſtitutionem tenetur, ut tradit Molina. *de Juſtit.& jur.tractat.2. diſputat. 691. num 1.* Et ratio eſt, quia in dubio melior eſt conditio poſſidentis, ut tradunt Doctores ſupra relati. Unde ſicut is, 24 qui id poſſidet, minimè dare tenetur, nec totum, nec partem cujus, quod totum poſſidet: ſic contra juſtitiam peccat, qui id clam ab eo invito ſumit Molina *de Juſtit.& jur.tractat. 2. diſputat. 691.num. 1. verſ. Prima.* Bonacin. *de Reſtit.diſput.1.quæſt.ultim.punct. 2. propoſit. 2. num. 12.* Vazquez. *de Reſtit.cap.5.§.1.num.41.dub.8.*

Secunda, ut compenſatio fiat 25 in re ſibi debitâ ex juſtitiâ latâ Trullēch.in *7.Decalog.lib.7.dub.5. cap.5.n.3.* Bonac. *de Reſtit.diſput.1. qu.ultim.punct.2 propoſit.2.n.13.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2.cap. 2.num.3.* Sayr. *Clav.Reg. lib. 9. cap. 14.*

14. Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2. in fine.* Diana. *Oper. moral. tom. 6. tractat. 3. reſolut. 152. §. 2.* Machad. *tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 23. document. 5. num.* 5. Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad vener. part. 2. quæſt. 3. §. 3. num.* 18. Navarrus in *Manual. cap. 17. num.* 113. Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſ. Secundò quæritur.* Ratio eſſe videtur, quia compenſatio fit ad avocandũ id, quod ſibi alter reſtituere tenetur; ſed alter dumtaxat ex lege juſtitiæ reſtituere debet: ergo compenſatio ſolummodò fieri poteſt, in re ſibi ex juſtitiâ debitâ, ut optimè argumentãtur Azor. *loc. cit.* & Bonacin. *de Reſtit. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. prop. 2. num.* 13. Barthol. à S. Fauſt. in *Specul. diſput. 2. quæſt. 33.*

26 *num.* 3. Quamquam Navarra. *de Reſtit. lib. 3. cap. 1 num.* 393. Suſpicetur quoque compenſationem fieri poſſe in re ſibi debita, ex quacumque alia obligatione, quàm juſtitiæ, aſſerendo ſufficere debitum ex lege, ſeu præcepto, vel præceptum ſit charitatis, ſive religionis, aut alterius virtutis ſub peccato obligantis, ut præter Bonacin. notavit quoque Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 2. num.* 3. Navarræ tamen ſuffragatur Navarrus. in *Manual. cap. 17. num.*

27 113. Ubi fatetur in re ſibi debita tantummodó ex gratitudine compenſationem poſſe fieri; ſed hęc opinio noſtra eſt communis, ut teſtatur Bonacin. *de Reſtit. diſput. 1. quæſt ultim. punct. 2. propoſit. 2. num. 13 in fine.* Et dicam latius, ſuo loco peculiari.

28 Tertia, quod alia viâ rem ſuam, vel ſibi debitam, cõmodè, & abſque magnis expenſis recuperare non poſſit. Mendus. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio. num.* 1. Trullench. in 7. *Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 5 dub. 5. num.* 4. Guzman *Verit. jur. verit. 16. num.* 19. Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 2. num.* 1. Balmaſeda. *de Collect. quæſt. 110. num.* 18. Molina. *de Juſt. & jur. tract. 2. diſput.* 691. *verſ. Secunda.* Bonacin. *de Reſtit. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. ſecund. num.* 18. Sayr. *Clau. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſ. Quarta.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſ. Deinde.* Sotus. *de Juſtit. & jur. lib. 5. quæſt. 3. art.* 3. Vazquez. *de Reſtit. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 41. verſ. Secũdò.* Filguera. *Summ. in 7. Præcept. Decalog. tract. 29. cap. 1. artic. 3. ad fin.* Sylveſter. *Summ. verbo Furtum quæſt. 13. num. 17.* Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 10. num.* 59. Navarrus. in *Manual. cap. 17. num.* 112. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat. 15. ſect. 5. num.* 91. Rodriguez. *Summ. cap. 147. num. 2. concl. 1. ad fin.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat. 32. diſputat. 1. punct. 16. §. 3. num.* 6.

Nam hoc accidere poteſt, ex 29 pluribus cauſis, nempe, vel ex defectu probationis, vel quia deſunt teſtes, vel quia potens eſt adverſarius, vel quia plures impenſæ faciendæ ſint in litigando; vel quia ſcandali periculum adeſt, vel quia notabili eſt afficiendus moleſtiâ, vel quia timet, creditor, ſi in judicium petat, graviora mala ſibi venire, vel quia timet favorem, gratiam, amicitiam, vel benevolentiam amittere Zamoran. *de Compenſat. diſp. 2. cap. 2. num.* 1. Trullench. in 7. *Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num.*

*num.*4. Molina *de Juſtit. & jur. tra-*
ctat. 2. *diſput.* 691. *verſ. Secunda.*
Vaſquez *de Reſtit. cap.* 5. *§.* 1. *dub.*
8. *num.* 41. Sayr. *Clau. Reg. lib.* 9.
cap. 14. *num.* 7. *verſ. Quarta.* His
30 adjungenda eſt alia cauſa inter
relatas præcipua, videlicet in de-
fectum Judicis, qui ob ignoran-
tiam, vel ob iniquitatem ſenten-
tiam proferre renuit, quippe tūc
benè poteſt uti compenſatione
31 occultâ; Secùs verò ſi rem tibi fur-
to ſublatam commodè recupe-
rare poſſis per Judicem, & non
facis, ſed eam occultè ſubripis;
nam tunc peccatum committis
adversùs juſtitiam legalem, quia
judici injuriam infers, dùm ejus
officiū temerariè uſurpas Diana.
Oper. moral. tom. 6. *tract.* 3. *reſol.* 148.
§. 2. Filguera *Summ. in* 7. *Præcep.*
Decalog. tract. 29. *cap.* 1. *artic.* 3. *ad*
fin. Sotus *de Juſtit. & jur. lib.* 5. *q.* 3.
art. 3. Bonacin. *de Reſtit. diſput.*
1 *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſ.* 2. *num.*
32 17. Si verò ceſſet ſcandalum, hoc
peccatum non eſſe læthale fate-
tur Trullench. in 7. *Præcept. De-*
calog. lib. 7 *cap* 5 *dub.* 5. *num.* 4. ex
Villalobos *part.* 2. *tractat.* 11. *dub.*
23 *num* 7. Valero *different.* 3. *verbo*
33 *Compenſatio num.* 2. Hoc autem
per vim facere nemini privato li-
cet, rem ſuam accipere, quamvis
Princeps bellum indicere queat,
quia caret Judice, qui jus ſibi red-
dat, nā hoc in privatis conſiderari
non poteſt. Quid ſi Reſpublica
adeò barbara, aut tanta oppreſſa
Tyranni deeſſet, ut jus ſuum ne-
mo poſſet nanciſci; an tunc ci-
trà armorum ſtridorem poſſet
quis, etiam cum aliqua violentia
in ſuum jus ſe reſtituere? & affir-
mativè reſpondet Sotus *de Ju-*
ſtit. & jur. lib. 5. *quæſt.* 3. *art.* 3. Dū-
modò ad vindictam hujuſmodi
reſtitutio non pergat.

Hanc tertiam conditionem 34
neceſſariam non eſſe dixit Dia-
na *Oper. moral. tom.* 6. *tract.* 3. *reſolut.*
148. *§.* 3. ex Valero in *Different.*
utriuſque fori verbo Compenſatio.
different. 3. *num.* 2. Quem etiam re-
fert Trullench. in 7. *Præcept. De-*
calog. lib. 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 4. Eò
quia quoties in occulta compen-
ſatione abeſt ſcandalum, & Rei-
publicæ perturbatio, rectè quis
rem ſuam clam poteſt auferre,
quamvis abſque peculiari incom-
modo per Magiſtratum eam cō-
modè aſſequi poſſit, quia tunc
Judicis munus non uſurpatur,
cum eo in caſu agatur de reti-
nendo, ſecus verò de novo acqui-
rendo, quod comprobat ex Vil-
lalobos in *Summ. tom.* 2. *tract.* 11.
dub. 23. *n.* 7. cujus verba hæc ſunt:
El que ſecretamente toma lo que ſe
le devia, pudiendolo pedir por juſti-
cia peca gravemente, como Sancto
Thomas; mas advierto, que el dia
de oy de ordinario ſe cobra mal, y
con mucha coſta, de manera que po-
cas vezes obligarà à eſto, y pareze-
me, que ſe me haze duro el dezir, que
en eſte caſo ſea pecado mortal, por-
que no me parece, que haziendoſe ſe-
creto, ſea tàn grande el agravio, que
ſe haze al Juez, que llegue à pecado
mortal. Quorum Villalobos ver-
borum meminit etiam Trullen-
ch. in 7. *Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.*
5. *dub.* 5. *num.* 4. Sed hæc Dianæ
opinio, tamquam nimis pericu- 35
loſa, ac laxior mihi non arridet,
cum contraria penitus ſit proba-
bilior, eamque amplectatur cu-
mulus Doctorum, quem ſupra

retuli. Quippe ſi Dianæ opinio
eſſet vera, ac ſervaretur in praxi,
Reſpublica, furtis, & latrociniis
miſerrimè impleretur, ut doctè
perpendit, ac ponderavit Caſtro-
pal *Oper. moral. tract.* 32. *diſput.* 1.
punct. 16. *§.* 3. *num.* 3. *verſ. Nibilomi-*
36 *nus*. Quia anſam peccandi præ-
beret, cum hominum habenas
laxet, ut mos eſt Dianæ, qui opi-
nionibus probabilioribus ſpre-
tis, laxiores amplexus fuit; &
ſemper Eccleſiaſticę juriſdictionis
augmento in Secularis juriſdictio-
nis diminutionẽ intentus adhęre-
ſcit, ut tradit noſter Arias de
Meſa *lib.* 2. *Variar. reſolut. cap.* 34.
num. 24. cujus verba libet referre,
quæ hæc ſunt: *Hæc tamen traditio
meritò diſplicuit Paulo Comitolo re-
ſponſor. moral. lib.* 3. *quæſt.* 39. *Megalæ
promptuar. Theologiæ tom.* 1. *verbo
Creditor. num.* 5. *ubi acriter invebit
contra Dianam; & meritò; is
enim Auctor in materiis moralibus
totus ferè ſemper eſt in receptiſſimis
ſententiis ſpernandis, & fortè cauſa
blandiendi humanæ naturæ, in mi-
nus receptis probandis, ſi modò exci-
pias illas controverſias, quæ ad utri-
uſque juriſdictionis contentionem
pertinent, in quibus ſemper magis
probat illas traditiones, quæ juriſdi-
ctioni Eccleſiaſticæ favent. Vellem
Patrem Dianam virum ſanè diligen-
tiſſimum, & de Republica Eccleſia-
ſtica optimæ meritum, in ſuis ſcriptis
æquo jure cenſere, & noſtras ad-
monitiones bona mente excipere.*
37 Quarta, ut non plus capiat,
quàm ipſi debetur. Quippe fur-
tum eſſet ratione exceſſus. Nam
qui plus accipit, quàm ſibi debe-
tur, furtum committit, quia acci-
pit rem alienam, domino ratio-
nabiliter invito Sayrus *Clav.
Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 7. *verſic. Ter-
tia conditio.* Azor. *Inſtit. moral. part.*
3. *lib.* 5. *cap.* 15. *q.* 2. Bonacina. *de Re-
ſtitut diſp.* 1 *q. ultim. punct.* 2. *n.* 17.
Guzman. *Verit. jur. verit.* 16. *num.*
15. Diana *Oper. moral tom.* 6. *tra-
ctat.* 3. *reſolut.* 148. *§.* 1. Sylveſter
verbo Furtum. quæſt. 13. *num.* 17. *in
fine*. Navarrus *Manual. cap.* 17. *n* 113.
Quinta, quod debitum ſit actu, 38
non potentiâ Diana *Oper. moral.
tom* 6. *tract.* 3. *reſol.* 148. *§.* 1. Guz-
man. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 19.
Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2.
cap. 2. *num.* 4. Lugo *de Juſtit. &
jur. tom.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 5. *num.* 93.
Sexta, ut ex tali compenſatio- 39
ne aliorum ſcandalum non ſe-
quatur, vel detrimẽtum alterius,
cui adſcribi poſſit, eum id furto
ſubripuiſſe, quamobrem punire-
tur, vel teneretur ad reſtitutio-
nem Zamoran. *de Compenſat. diſ-
put.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. Lugo *de Juſtit.
& jur. tom.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 15. *num.*
88. Vazquez *de Reſtit. cap.* 5. *§.* 1.
dub. 8. *num.* 41. *verſic. Secundò.* Azor.
Inſtit. moral. part. 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *q.* 2.
Trullench. in 7. *Præcept. Decalog.
lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 7. Sylveſter
Roſa aurea caſu 37. Navarrus *Ma-
nual. cap.* 17. *num.* 113. Molina *de Ju-
ſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 601. *verſic.
Tertia.* Bonacin. *de Reſtit. diſput.* 1.
quæſt. ultim. punct. 2. *propoſit.* 2. *num.*
20. Sylveſt. *Summ. verb. Furtum.
quæſt.* 13. *num.* 17. Sotus. *de Juſtit. &
jur. lib.* 5. *quæſt.* 3. *art.* 3. Sayr. *Clav.
Reg. lib.* 9 *cap.* 14. *num.* 7. *verſic. Sex-
ta.* Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2.
cap. 12. *dub.* 10. *num.* 60. Ad hujus
conditionis obſervationem, com-
penſans dumtaxat tenetur ex le-
ge charitatis, ſecus ex lege juſti-

tiæ

tiæ, ut notant Molina, Lugo, Navarrus, Zamoran. & Trullech. locis citatis.

40 Septima, quod qui ita debitum ſibi compenſat, non ſit in erroneâ conſcientiâ, compenſando eo modo, quod ſibi debetur peccet, & quod læthale peccatum committere non ſit paratus perjurii compenſationem negando Molina *de Juſtit. & jur. tract. 2. diſput. 691. verſic. Aliqui*. Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 1. num. 11.*

41 Octava, quod fiat abſque alterius gravamine, quippe injuſtè videretur compenſare, gravando alium, qui non eſt debitor, nec intulit damnum. Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 2. num. 6.* Azor. *part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2.*

42 Nona, ut conſulat ſpirituali ſaluti ejus, à quo id in compenſationem accipit, indicando illi, jam amplius ad illud debitum non teneri, quoties eſt veroſimile eú putare, adhuc ad ejus ſolutionem teneri Molina *de Juſtit. & jur. tract. 2. diſput. 691. num. 1. verſic. Quarta*. Vazquez *de Reſtit. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 41. verſic. Secundò*. Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſic. Sexta*. Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſic. Deinde*. Sotus *de Juſtit. & jur. lib. 5. quæſt. 3. art. 3.* Navarrus *Manual. cap. 17. num. 113.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 2. num. 11.*

43 Decima, ut vitetur periculum ſpirituale, & temporale debitoris: Spirituale, quatenus crêdens ſe nondum ſolviſſe debitum, in peccato permaneat: Temporale, ne ipſe, vel fortaſsè ejus hæredes iterum debitum ob ignorantiam ſolvant Lugo *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 15. ſect. 5. num. 87.* Vazquez *de Reſtit. cap. 5. dub. 8. §. 1. num. 41. verſic. Secundò*. Sotus *de Juſtit. & jur. lib. 5. quæſt. 3. artic. 3.* Navarr. *Manual. cap. 17. num. 113.*

Undecima, quod compenſatio fiat clam ſine vi, quæ realiter loquendo, poſſit eſſe proxima, ſeu moralis occaſio rixarum, ſcandali, aut tumultus, vel ſi ſequeretur detrimentum ſuæ vitæ, vel famæ Vazquez *de Reſtit. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 41. verſic. Secundò*. Zamoran *de Compenſat cap. 2. diſp. 2. num. 10.* Trullench. in 7. *Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 7.* Sylveſter *Summ. verbo Furtum quæſt. 13. num. 17.* Sotus *de Juſtit. & jur. lib. 5. quæſt. 3. art. 3.* Navarrus in *Manual. cap. 17. num. 113.* Azor. *Inſtit. moral. part 3. lib. 5. cap 15. verſic. Deinde, in fine*. Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14 num. 7. verſic. Sexta*. Bonacin. *de Reſtit. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. n. 20.* 44

Duodecima, quod ſit illi veroſimile, quod ad debitum aſſequendum, nihil ſibi proderit id petere à debitore Vazquez *de Reſtit. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 41. verſic. Quarta demùm*. Medina C. *de Reſtit. quæſt. 11.* Angel. in *Florib. 4. ſentent. part. 2. quæſt. Quis à reſtitutione ſit liber. art. 2. difficult. 17. dub. 13.* Lopez *part. 2. Inſtruct. conſcient. cap. 8.* Sylveſter *verbo Furtum. quæſt. 13. num. 17.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſic. Sexta conditio*. Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſic. Deinde.* 45

Decimatertia, ut compenſatio non fiat in re alterius, ſed in re ipſius debitoris, aut in re ipſius creditoris exiſtente apud debitorem nolentem eam reſtituere. 46

re Machad. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 22. *docum.* 5. *num.* 5. Guzman. *Verit. jur. verit.* 16. *num.* 21. Trullench. in 7. *Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 5. *verſic. Tertia.* Vazquez *de Reſtit. cap.* 5. §. 1. *dub.* 8. *num.* 41. *verſic. Denique.* Molina *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 691. *num.* 1. *verſic. Quinta.* Bonacin. *de Reſtitut. diſput.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. *num.* 19. Navarrus *Manual. cap.* 17. *num.* 113. Sylveſter *Summ. verbo Furtum. quæſt.* 13. *num.* 17. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. *& diſput.* 7. *cap.* 6. *num.* 7. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *verſic. Deinde.* Lugo *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 5. *num.* 90. *& diſput.* 16. *ſect.* 6. *num.* 122. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 59. *verſic. Tertia.* Et ratio eſt, quia cum compenſatio ſit debiti, & crediti invicem inter ſe contributio Text. in *l.* 1. *ff. de Compenſat.* Nequit fieri inter alios, niſi inter debitorem, & creditorem, argum. Text. in *l. Ejus* 9. *C. de Compenſat.*

47 Decimaquarta, ut res, quæ in compenſationem accipitur, in depoſito, non ſit data creditori Medina *C. de Reſtit. quæſt.* 3. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 2. *num.* 9. Covarruv. in *cap. Quamvis pactum. part.* 1. §. 4. *num.* 9. Diana *Oper. moral. tom.* 6. *tract.* 3. *reſolut.* 148. §. 5. Lugo *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſp.* 15. *ſect.* 5. *num.* 89. Comitol. *Reſponſ. moral. lib.* 3. *quæſt.* 39. Bonacin. *de Reſtit. diſput.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. *num.* 19. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 60. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *n.* 4. Sed de hujus conditionis veritate, ac neceſſitate videbimus ſuo peculiari loco, quando agemus an in depoſito locum habeat compenſatio.

48 Decima quinta, ut compenſatio fiat in rebus conſumptibilibus, & ejuſdem ſpeciei, cum eâ, quæ debebatur, nã in rebus diſparibus æqualitas nequit ſervari Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 691. *n.* 1. *verſ. Sexta.* Lugo *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 5. *num.* 92. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. De hac conditione ſuo peculiari loco agam diffuſius, favente Deo.

49 Decima ſexta conditio eſt, ut cautè admoneat debitorẽ, vel ejus hæredes debitum jam eſſe ſolutum, ne debitum ſibi, aut ejus hæredibus iterùm ſolvat, vel aliud damnum incurrat Diana. *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3. *reſolut.* 148. §. 1. Bonacin. *de Reſtit. diſput.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. *num.* 21. Guzman. *Verit. jur. verit.* 16. *num.* 19. Mendo. *Epitom. opin. moral. verbo Compenſatio. num.* 1. Trullench. in 7. *Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 6. Lugo. *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſput.* 15. *ſect.* 5. *num.* 87. Soto *de Juſtit. lib.* 5. *quæſt.* 3. *art.* 3. Navarrus. *Manual. cap.* 17. *num.* 113. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 8. *verſ. Septima.* Molina. *de Juſtit. & jur. diſput.* 691. *verſ. Quarta. n.* 1. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *verſ. Deinde.* Rodriguez. in *Summ. cap.* 147. *num.* 2. *concl.* 1. *ad fin.*

50 His conditionibus cõcurrentibus licitè fieri poteſt compenſatio, quia in illo caſu non eſt præſumendum jus humanum voluiſſe, his conditionibus concurrentibus, nullaque tuta occurrente via

Digitized by Google

via, qua is, cui aliquid indubitatè debetur, comparare, id poſſit viâ Judicis, occultam compenſationem, prohibere; neque ſi id jus humanum intendiſſet, juſtum eſſet tale præceptum; nec cuiquam irrogatur injuria, ſed res ad æqualitatem deducitur, cum aliâ viâ nõ poſſit, nec ſperet ad æqualitatem venire; imò ſervatur juſtitia, cujus munus eſt, rem alteri tradere ad æqualitatem. Nec publicæ juſtitiæ fit injuria, quia cum rem ſuam ammittere non teneatur, nec eam poſſit commodè per Judicem, & viam juſtitiæ publicæ recuperare, licitè in juſtitiæ defectum poſſit creditor ſibi
51 ipſi jus dicere, ac ſatisfacere. Aliter enim dicendum eſt, quando aliqua eorum conditionum deeſt, quia tunc compenſans violat juſtitiam, ſaltem legalem, judicium rei propriæ ſibi uſurpando, juris ordine prætermiſſo, ut tradunt Trullench. in 7. *Præcept. Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 8.* Molina *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſput. 691. num. 1. verſic. In his conditionibus.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 8. verſic. His igitur conditionibus.* Bonacin. *de Reſtit. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. num. 20. verſic. His concurrentibus.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. num. 4.* Lugo *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 15. ſect. 5. n. 87.*
52 Hîc admonendum eſt, quod quamvis hujuſmodi compenſatio illicita ſit ex defectu alicujus cõditionis; tamen injuſta nõ diceretur, ut tradit Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. verſic. His igitur in fin.* quod comprobat ex Divo Thoma 2. 2. *quæſt. 66. artic. 5. ad 3.* Ubi docet, accipientem rem ſuam in compenſationem ad reſtitutionem non teneri.

SUMMARIUM.

1 *Fama dicitur à fando.*
2 *Fama adeò apud Veteres tenebatur, ut peculiari templo coleretur.*
3 *Fama, ſecundùm Poetas, à Terra orta fuit, quæ fabula refertur.*
4 *Fama à Priſcis alata depingebatur.*
5 *Fama dicitur communis bona opinio ex aliquo circa aliquod bonum; & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur.*
6 *Honor in quo differat à fama.*
7 *Caſus quæſtionis proponitur.*
8 *Compenſatio in reſtitutione famæ, ſecundùm nonnullos, non admittitur.*
9 *Infamiam ei, à quo prius quis fuit infamatus nemini inferre licet ad faciendum compenſationem.*
10 *Compenſatio tunc admittitur, quãdo perimit debitum tamquam ſolutio realis.*
11 *Infamia reciproca non eſt debiti famæ virtualis ſolutio.*
12 *Compenſatio locum habet in rebus debitoris, & creditoris.*
13 *Infamia non eſt in bonis illius, cui infertur.*
14 *Homo non eſt Dominus ſui honoris, ac famæ.*
15 *Infamia, quando alia via averti non poteſt, infamatus in compenſationem infamiæ, aliquos occultos defectus infamantis detegere poteſt.*
16 *Famam, & vitam quilibet tueri tenetur.*
17 *Crimen alterius quiſquis operire poteſt ad vitanda tormenta propria,*

pria, vel proximi damna.

18 *Defectus infamantis detegi non debent, quando eorum detectio ad famæ defenſionem non eſt utilis.*

19 *Defectus proximi aperiri non debent, quando alia via infamatus ſuam famam recuperare poſſit.*

20 *Compenſatio in reſtitutione famæ optimè locum habere poteſt;* & referuntur Doctores hanc opinionem conſectantes.

21 *Infamia cum infamia compenſari poteſt, quando ambæ ſunt ęquales.*

22 *Defectus proximi aperiens plura detegendo crimina, quouſque cum infamia coæquentur, tenetur ad reſtitutionem.*

23 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

24 *Infamia eſt imminutio, ſeu privatio famæ.*

25 *Infamia notati ad honores, & dignitates aſcendere non poſſunt.*

26 *Injuriæ mutuæ compenſari poſſunt.*

27 *Fama dicitur debitum temporale, cujus domini ſumus.*

28 *Infamia quando cum infamia compenſatur, quamvis neutra deleatur: attamen onus reficiendi illatam infamiam aboletur.*

29 *Æqualitas inter infamatorem, & infamatum requiritur, ad hoc ut inducatur compenſatio.*

30 *Infamia quando cum infamia compenſatur, non dicitur fieri ad vindictam.*

31 *Damnum illatum, quamvis per alteram infamiam non tollatur: nihilominus tollitur obligatio ſarciendi damnum illatum.*

32 *Compenſatio fieri debet de rebus creditoris, & debitoris.*

33 *Homo, juxta communem Doctorum opinionem, dicitur Dominus ſui honoris, & famæ.*

34 *Infamia cum infamia compenſatur, poſtquam eſt injuſtè utrinque infamia illata, quo in caſu damni cum damno admittitur compenſatio.*

35 *Compenſatio damnorum, quando fit ex mutuo conſenſu; licèt alter alteri infamiam illatam reſtituat: tamen hic minimè infamiam ſibi illatam tenetur reſtituere.*

36 *Compenſatio, quamvis à quolibet optetur, ſi unus reſtituat famam, alter quoque reſtituere tenetur: quapropter compenſatio tunc ceſſare debet.*

37 *Conſenſu alterius non interveniente ad compenſationem, intelligitur ſub tacita conditione, ſcilicet ſi alter velit reſtituere.*

38 *Reſtituens famam non patitur compēſationem, quæ ab altero objectatur, ſed etiam compenſatione omiſſa, famam reſtituere tenetur.*

39 *Compenſatio non admittitur in caſibus, in quibus cum damno unius famæ injuſtè datum, obtingit quoque quorundam aliorum famæ: quippe de juſtitia illis reſtitui debet, quia compenſatio cum damno tertii innocentis fieri non debet.*

40 *Famæ damnum injuſtè ablatæ inter ipſos infamatos compenſatur, quatenus debiti reſtituendi famā injuſtè lęſam ex parte unius tollitur; ſimili debito reſtituendi viciſſim ex alterius parte famam.*

41 *Compenſatio famę non datur quādo quis injuſtè alterius famam lædit, & prius eam reſtituere nolit: poſtea verò pœniteat, eamque reſtituat: nam alter ei famam, quam viciſſim abſtulit, debet reſtituere, compenſatione omiſſa: ad quod tenentur de charitate, non de juſtitia.* Com-

42 *Compenſatio in debitis conditionalibus locum habere non poteſt.*

43 *Famæ compenſatio quando fit, nec ex tacito, nec ex expreſſo partium conſenſu continet hanc tacitam conditionem: niſi alter, ut tenetur reſtituat.*

44 *Compenſatio ab uno ex infamatis fieri non poteſt, quando alter famam vult reſtituere.*

45 *Infamatus quotieſcumque aliter infamiam nequit repellere; licitè poteſt infamatoris aliquos defectus occultos revelare, ut ei minimè fides adhibeatur.*

46 *Revelatio defectuum fieri non poteſt, quando nullam famæ utilitatem affert, nec etiam quando famæ aliter conſultum eſſe poteſt teſtibus, vel juramento.*

47 *Compenſatio famæ admittitur, quando infamatur injuſtè ille, qui infamatorem infamavit, & ſic reſtitutio famæ non eſt neceſſaria.*

ARGUMENTUM.

Utrùm in Reſtitutione Famæ locum habeat compenſatio?

QUÆSTIO II.

1 Cujuſque rei inveſtigandæ ortum exquirere, quàm ſit conſonum Scriptoribus uberè commonſtravi in *quæſt.* 1. *lib.* 1. & *quæſt.* 1. *lib.* 3. Quocircà ut eundem morem inſequar præmitto, famam à *fando* plurimos dici putare, ut referunt Beyerlinck. in *Theatr. vitæ human. verb. Fama.* Sayr. *Clau. Reg. lib.* 11. *cap.* 3. *n.* 2. Sylveſter. *Summ. verbo Fama.* Leſſius *de Juſt. & jur. lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 1. *nu.* 1. Covarruv. in *Theſaur. ling. Caſtell.* in *verb. Fama.* Lang. *Polianth. eod. verbo.* Ut quoque ex Feſto amplectitur Voſſius *de Etymolog. verb. Fama.* Quæ adeò apud Veteres 2
tenebatur, ut peculiari Templo coleretur, ut retulit Baldecebrus in *Templo famæ artic.* 5. Et à terrâ 3
enixam fuiſſe confabulati fuere Poëtæ, filiamque terræ vocabant: quippe cum ob Regni cupiditatem inter Gigantes, Titanos, ac terræ filios, Jovèque bellum eſſet exortum, jamque paſſim terræ filii, à Jove, cœteriſque Diis infauſtè trucidarentur; nimio dolore percita terra, cum adversùs hoſtes adeò potentes ſibi arma deeſſent, ulciſci tamen, quacumque viâ poſſet, ſibi illatam injuriam perpendens, coacta utero famam enixa eſt, quæ Superum ſcelera per orbem terrarum diſſeminaret Bocacc. *lib.* 3. *Geneal. glor. Mund.* Beyerlinck. *Theatr. vitæ human. verbo Fama.* Vitoria *Theatr. Deorum lib.* 7. *cap.* 2. Ideoque per Pegaſæum equum, famam divulgari voluit Pierius *lib.* 4. *Hierogl. cap. de Equo.* Quia fama ſummâ velocitate volat, ut cecinit Virgilius *lib.* 7. *Æneid.*

Sed circum latè volitans jam fama per orbes.

Et *lib.* 11. *Æneid.*

Et jam fama volans, tanti prænuncia luctus.

Valer. Flac. *lib.* 5.

Fama, per extremos, quin jam volat improba manes.

Igitur rectè à Priſcis alis munita depingebatur, ut docet Cartarius in *lib. de Imaginib. Deor.* 4

Fama nil aliud eſt, quàm bo- 5

na opinio communis; ex aliquo circa aliquod bonum; videlicet, ut exemplificat Bonacina inferiùs citandus, ſi aliquis communiter exiſtimetur caſtus, dicitur habere bonam famam circa caſtitatem, & ſic de cœteris bonis; & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur Bonacin. *de Reſtitut.diſput.2.quæſt.4.punct.1. propoſit.*1.Covarruv.*Theſaur.Ling. Caſtellan.verbo Fama.*Azor.*Inſtit. moral.part.3.lib.5.cap.9.*Sayr.*Clav. Reg.lib.11.cap.3 num.4.* Leſſius *de Juſtit.& jur.lib.2.cap.11.dub.1.n.1.* Langius *Polianthæa,verbo Fama.* &detegitur ex Virgil.*lib.4.Æneid.*

Fama malum, quo non aliud velocius ullum
Mobilitate viget, vireſque adquirit eundo.

6 Et in hoc, honor differt à famâ, nempe honor eſt actus, quo quis teſtatur, ac manifeſtat verbis, vel ſignis externis famam, ſeu opinionem illam, quam habet de alterius excellentia D.Thomas *quæſt.*103.*artic.*1.*ad* 2. Filliuc. *tract.*40.*cap.*4.*quæſt.*1.*num.*87. Navarra. *de Reſtitut. lib.*2.*cap.*4.*num.* 6. Rebell.*lib.*4. *de Reſtit. quæſt.*1. *num.*4. Leſſius *de Juſtit.& jur.lib.* 2.*cap.*11.*dub.*1.*num.*2. Bonacin. *de Reſtit diſput.2.quæſt.4.punct.*1.*propoſit.*1*num.*4. Sayr.*Clav.Reg.lib.*11. *cap.*3. *num.*5. Salon.2.2.*quæſt.*62. *art.*2. Molina *de Juſtit.tract.4.diſp.* 1.*num.*4.Reginald.*lib.*10.*num* 83. Id ſanè depromitur ex Marone, qui obloquitur de fama hacce, quæ uberrimâ univerſali tubâ, apud omnes pervolitat, quæque ab omnibus ſcitur, & externis ſignis alicujus excellentia commonſtratur, ut luceſcit ex illis verbis in *Bucolic.eclog.*5.

Dum juga montis aper, fluvios dum piſcis amabit,
Dum Thymo paſcentur apes, dum rore Cicadæ:
Semper bonos, nomenque tuum, laudeſque manebunt.

Nunc quæſtionis caſus hujuſmodi figurari poteſt. Finge Petrum ob aliquam cauſam infamatum fuiſſe à Paulo: poſteà prædictus Paulus infamator, Petro famam reſtituere recuſat; quadecauſa Petrus etiam Paulum infamat; nunc quæritur an ambo, viâ judiciali, famæ reſtitutionem petere debeant, vel an compenſatione uti poſſint? 7

8 Huic ſciſcitationi negativè contra compenſationem reſponſum iri videtur, ut docent Navarrus in *Manual. cap.*8. *num.*47. ex Panormitan.in *cap.Bona fides. de Depoſit.* Navarra. *de Reſtitut. lib.*2.*cap.*4.*num.*395.Cajetan.*quæſt.* 62.*art.*2.Diana *Oper.moral.tom.*6. *tract.*3.*reſol.*149.§.2. Lugo *de Juſtit.& jur.tom.*1.*diſput.*15*ſect.*5.*num.* 95.*verſic. Secundò, in fine.*Ubi hãc opinionem probabiliſſimam eſſe fatetur.

9 Hujus aſſertionis ratio eſt; quia ſi licita eſſet hujuſmodi cõpenſatio, liceret Paulo inferre injuriam Petro, à quo prius fuit infamatus; & ſicut à reluctante debitam pecuniam ſolvere, licitum eſt ei, clam aliquid ſubripere, ut in ſuo loco dicam, ac firmabo: at abſurdum eſt dicere, licitum eſſe Paulo infamiam inferre Petro, ad compenſandam infamiam ſibi illatam, aut ad compenſationem faciendam alterum repercutere; ergo in

in reſtitutione famæ locum habere nequit compenſatio, ut tradit Navarra *lib. 2. de Reſtit. cap. 4. num. 395.* cujus meminit Bonacina *de Reſtitut. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſ. 2. num. 22.*

10 Secunda ratio eſt, quia compenſatio tunc admittitur, quando penitus perimit debitum, tamquam ipſamet realis ſolutio Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Text. in *l. Si conſtat 4. Cod. eod.* Text. in *§. In bonæ fidei. Inſtitut. de Act.* Sed damnum illatum per reciprocam infamiam non tollitur, ſicut debitum unius per debitum reciprocum alterius, ut tradit Navarrus in *Manual. cap. 16. num. 47.* cujus quoque mentionem facit Zamoran. *de Compenſat. diſput. 10. cap. 2. num. 4.* Siquidem in-
11 famia reciproca non eſt debiti famæ ſolutio virtualis; ſicuti eſt virtualis ſolutio debiti fortunarum compenſatio in debito pecuniario Navarra *lib. 2. de Reſtitut. cap. 4. num. 395.* Ergo, &c.

12 Tertia, quia compenſatio locum habet in rebus debitoris, ac creditoris, argum. Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Text. in *l. Ejus. C. eod. §. In bonæ fidei. de Act.* Sed in-
13 famia alterius non eſt bonum illius, quod in compenſationem boni ex nobis injuſtè ablatis, nobis accipiamus; ſed dumtaxat eſt læſio alterius boni, ubi nil aliud conſpicitur, quàm vindicta, quæ authoritate propriâ, eſt illicita. Ergo compenſatio locum habere nequit, & minor probari poteſt ex Molina *de Juſtit. & jur. tractat. 4. diſput. 49. num. 1. in fine.*

14 Quarta, quia homo non eſt Dominus ſui honoris, ac famæ; ergo non poteſt eſſe locus compenſationi, quoad obligationem reſtituendi famam injuſtè læſam; ſed uterque eorum, qui mutuò ſe infamarunt, tenentur ex juſtitia ſibi ad invicem reſtituere famam Cajetan. 2. 2. *quæſt. 62. art. 2.*

Nonnulli Doctores, nec negativam, nec affirmativam ſententiam amplectuntur, ſed eos pugnantes ad amicitiam reducere conantur; & hoc accidit quando quis te infamat, & nequis aliâ viâ infamiam avertere. Quippe tunc potes aliquos illius occultos defectus detegere, ne ipſi fides adhibeatur, ut referunt ex Soto, Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 11. dub. 25. num. 130.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 10. cap. 2. num. 1.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 10. dub. 29. num. 1.* Quod fieri poteſt aſſerendo, nequaquam fidem illi præſtandam eſſe, eò quia aliàs in mendacio, vel perjurio ſit deprehenſus. 15

Hujus concordantiæ ratio duplex eſſe poteſt. Prima, quia unuſquiſque habet jus tuendi non ſolùm vitam, ſed etiam famam cum juſta moderatione, ſine qua injuria prohiberi non poteſt. Igitur ſi tuam infamiam aliter impedire non potes, poteris alterius defectus aperire Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 10. dub. 29. num. 1.* Secunda, quilibet poteſt alterius crimen detegere ad vitanda tormenta ſua, vel proximi damna Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 11. dub. 8. & 9.* Ergo multò magis ad avertendum damnum, quod criminoſus ipſe tibi parat inferre. Nam ratione injuriæ amittit jus, quod habet, ne 16 17

ejus occultum crimen pandatur
Zamoran. *de Compenſat. diſput.*10.
*cap.*2.*num.*1.*in fine* . Leſſius *de Ju-
ſtit.& jur.lib.*2.*cap.*11.*dub.*25.*n.*131.
18 Hæc autem, quæ nunc retuli-
mus, duobus in caſibus proce-
dere nequeunt. Primo, quotieſ-
cumque talis criminis detectio
ad famæ defenſionem non eſſet
utilis; quoniam tunc eſſet ini-
qua,ac juſtitiæ refragaretur, cum
non defenſio; ſed potius eſſet
vindicta; ideoque ſi tibi famam
reſtituat, tu quoque ad reſtitu-
19 tionem teneris. Secundo, quando
aliâ viâ, famam tuam defendere
poſſis, videlicet, adhibito jura-
mento, vel teſtibus. Nam tunc
aperire aliquod crimen occul-
tum, eſſet contra charitatem,
ad fidem ei detrahendam, quia
lædis nomen illius pluſquam ti-
bi neceſsè eſt ad tuæ famæ con-
ſervationem, unde facis illi inju-
riam, cum alia ſuavior ſuppetat
via ad infamiam propulſandam
Leſſius *de Juſtit.& jur lib.*2. *cap.*
11.*dub.*25.*num*132. Solon.2.2.*quæſt.*
62.*art.*2.*contr.*23. *in fine* . *concluſ.*3.
Zamoran.*de Compenſat.diſput* 10.
*cap.*2. *num.*2. Bonacin. *de Reſtit.*
*diſput.*2.*quæſt.*4.*punct.ultim. num* 4.
Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*
10.*dub.*29.*num.*1.*in fine.*
20 His omnibus haud reſpuenti-
bus, contraria opinio eſt inſe-
quenda, videlicet, quod in reſti-
tutione famæ locum habeat cō-
penſatio, eamque amplectuntur
Molina.*de Juſtit.& jur tractat.*4.
*diſput.*49.*num.*2. Bonacin. *de Re-
ſtit in particul.diſput.*2.*quæſt.*4.*pūct.*
*ultim. num.*1. Diana *Oper. moral.
tom.*8. *tractat.*7. *reſolut.*65. §.3.
Sylvius in 2.2.*D.Thom. quæſt.*62.
*art.*2.*q.*10. Malder. 2. 2. *tractat.*7.
*cap.*2.*dub.*14. Zamoran. *de Com-
penſat. diſput.*10.*cap.*2. *num.*6. Lu-
go *de Juſtit.& jur.tom.*1. *diſput.*15.
*ſect.*5. *num.*95.*verſic.Secundò quā-
vis dicat contrariam opinionem pro-
babiliſſimam eſſe*. Toledus *Summ.
lib.*5. *cap.*71. *num.*3. Adrian. in
4.*quæſt.penult. de Reſtit.* §. *Circa
prædicta*. Sotus *de Juſtit. & jur.
lib.*4. *quæſt.*6. *art.* 3. *ad* 4. Leſſius
*de Juſtit. lib.*2.*cap.*11. *dub.*25 *num.*
133. Angles in 4 *de Reſtit. famæ,
dub.*3. Salon. 2.2. *quæſt.*62. *art.*2.
*contr.*23. Rebell.*de Reſtit.quæſt.*18.
*num.*8. Trullench.in *Decalog.lib.*7.
*cap.*10. *dub.*29. *num.*2. Bonacina *de
Reſtit.diſp.*1.*quæſt.ultim.punct.*2.*pro-
poſit.*2. *num.*22. *verſic. Sed mihi*.
Sayrus *Clav.Reg.lib.*11.*cap.*3.*num.*
14. *verſic. Secunda*. Diana *Oper.
moral.tom.*9.*tract.*3.*reſolut.*149.§.2.
Referens pro hac opinione Syl-
vium, & Malderum, licèt ipſe
Diana contrariam opinionem
probabiliſſimam eſſe fateatur.

Hæc concluſio, quæ compen- 21
ſationem admittit, intelligi de-
bet, dummodò æqualitas, quan-
tùm fieri poteſt ſervetur, etſi in-
famiæ ſint æquales, ut rectè Trul-
lench. in *Decalog.lib.*7.*cap.*10.*dub.*
29.*num.*3. Quippe ſi tu alicui mul- 22
tò graviorem infamiam intuli-
ſti, diviſibilem tamen, plura ape-
riendo crimina, donec damnum
à te illatum ſit ęquale damno,
quod ipſe tibi intulit, ad reſtitu-
tionem teneris Salon. 2.2.*quæſt.*
62.*art.*2.*contr.*23.*concl.*2. Aragon.
*ibi dub.*9. Emman.Sà *verbo Reſtitu-
tio. num.*32. Bonacina. *de Reſtitut.
in particul. diſp.*2. *quæſt.*4. *punct.ul-
tim propoſit.*2.*num.*1.

Unde noſtra concluſio pro- 23
ba-

batur ex illo axiomate juris, quod habet, paria delicta mutuâ compenſatione tolli Text. in *l.Viro, atque uxori* 40. *ff.Solut. matrimon.* Text.in *l.2.ff.Ne quis eum.* Text. in *l.Cum proponas. C.de Pact. cap. Nihil* 32. *quæſt.*6. *cap.Significaſti.*
24 *de Divort.* Sed infamia maximum eſt delictum, cum infamia ſit imminutio, ſeu privatio famę, ut voluit Accurſius, quem ſequitur Weſſembec. *Paratitl. ad tit.ff. de His qui not. infam. num.*1. Freher. *de Infamibus lib.*3. *cap.*1.
25 *num.*2 Et infamiâ notati ad honores, & dignitates aſcendere nequeant Text.in *l.Infamia* 8.*l.Nec infames* 12.*C.de Decurionib.lib.*10. Text.in *l.*1.*C.de His, qui non implent ſtip.* Text. in *l.*1. *ff.ad Leg. Jul.de vi privat.* Text. in *cap.In-*
26 *famibus. de Reg.jur.* Ergo compenſari debet. Nam in mutuis injuriis, ac damnis quoad ipſos privatos attinet, qui mutuò illas intulerunt, ac paſſi ſunt, admittitur compenſatio, ut notat Molina *de Juſtit.tract.*3.*diſput.*17.*n.*9. Et ſicuti in facultatibus, æqualitate ſervatâ, locum habet compenſatio; ita etiam in delictis licita videri debet, ut animadvertit Bonacina *de Reſtitut. diſput.*1. *quæſt.ultim.punct.*2.*propoſ.*2.*num.*22. *verſic.Sed mibi.*
27 Probatur ſecundò concluſio, quoniam in temporalibus rebus, quando jura ſunt paria, ſi alter jus tibi ſervare nolet, nec ſolvere debitum, tu minimè ſolvere, nec ſervare teneris; ſed fama eſt debitum temporale, cujus ſumus domini. Ergo militat eadem ratio Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*10.*dub.*29.*num.*2. Zamoran.*de Compenſat.diſput.*10. *cap.*2. *num.*6. Leſſius *de Juſtit.& jur. lib.*2. *cap.* 11.*dub.*25.*num.*134.

Probatur tertiò, Quippe licèt 28
damnum à te illatum, per infamiam tibi viciſſim illatam, non tollatur; tollitur tamen debitum reficiendi illius damnum, ſi alter, quod à ſe illatum eſt reſarcire nequit. v. g. ſi Petri ædes incendiſti, & viciſſim Petrus tuas incendit, damnum à te Petro illatum minimè tolli poteſt, ſed debitum ſatisfaciendi Petro aboletur propter compenſationem, quæ compenſatio etiã altero invito, fieri poteſt, ſi ipſe reſtituere nolit, & multò magis mutuò conſenſu; ſed hæc compenſatio non ab omnibus abſolutè fieri poteſt, ſed dumtaxat ab illis, qui famam queunt condonare, ſecus ab iis, qui non poſſunt. Ergo &c.

De eſſentia hujus compenſa- 29
tionis eſt, æqualitas inter infamatorem, & infamatum, quia compenſatio fieri non poteſt, ſtante majori damno alterius; cum non ſint jura paria. Siquidèm ſi Petrus multò plus Joannem infamavit, quàm ab eo infamatus fuerit, ad exceſſus reſtitutionem tenetur Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.*2.*cap.*11.*dub.*25.*num.*134. Molina *de Juſtit.tract.*4.*diſput.*49 *num.* 2. Zamoran.*de Compenſat.diſp.*10. *cap.*2.*num.*7. Trullench. in *Decalog.lib.*7.*cap.*10.*dub.*29 *num.*3.Sayr. *Clav.Reg.lib.*11.*cap.*3.*num.*24.*verſic.Secundo eſt.*

Nec obſtant adducta pro 30
contrariâ opinione. Non obluctatur prima ratio, quia ibi non dicitur fieri infamiam, nec vindi-

dictam, poſt illatam utrinque injuſtè infamiam; aliter enim dicendum eſſet, quando tu alium injuſtè infamaſti, qui etiam te ante injuſtè infamaverat. Cum tũc ipſo renuente, tibi famam reſtituere, ut tenetur, nequis uti cõpenſatione eum infamando, quia hoc eſſet manifeſta vindicta, quę authoritate privata, fieri non poteſt Molina *de Iuſtit. & jur. tract.4. diſput.49. num.1.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 10. cap.2. num. 1.* Trullench. in *Decalog. lib.7. cap. 10 dub.29 num 1.*

31 Nec obeſt ſecunda. Nam quamquam damnum à te illatum non tollatur per infamiam tibi viciſſim illatam; tamen tollitur debitum ſarciendi damnũ proximi illius, ſi alter ſarcire nolit, quod à ſe illatum eſt; & ſic ceſſat in te obligatio reſtituendi: quod eſt manere compenſatum hoc debitum cum alio debito, ut in exemplo ſuprapoſito de cõbuſtione ædiũ apparet Trullench. in *Decalog. lib.7. cap. 10. dub.29. num.2.* Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.11. dub.25. num. 135.* Quo in ſenſu etiam dici poteſt infamiam reciprocam eſſe, aliquo modo, debiti famæ virtualem ſolutionem, quatenus hoc reſtituendi debitum extinctum, ac peremptum remanet, ſi alter, qui ex juſtitia tenetur reſtituere renuat, ut benè dixit Zamoran. *de Compenſat. diſput. 10. cap.2. n.5.*

32 Haud opponitur tertia, quia verum eſt, quod compenſatio de rebus creditoris, ac debitoris fieri debet, cum ſit debiti, & crediti invicem inter ſe contributio Text. in *l.1. ff. de Compenſat.* Sed in caſu noſtro de rebus creditoris, ac debitoris dicitur fieri, quod clarè patet. Nam quotieſcumque Petrus, & Paulus ad invicem infamantur, ad invicem debitores, & creditores eſſe dicuntur, quoad obligationem reſtituendi, & ſic adeſt ex utraque parte debitum, & creditum, quæ ſunt compenſationis eſſentialia, iuxta Text. in dicta *l.1. ff. de Compenſat.* Ergo in noſtro caſu compenſatio rectè locum ſibi vindicare debet.

Non reflat quarta. Nam 33
communis Doctorum opinio eſt, quod homo ſit dominus ſui honoris, ac famæ, ut patet ex Divo Thoma *quæſt.73 a.t.4. ad 1.* ibi: *In cujuſque arbitrio eſſe pati detrimentum ſuæ famæ.* Zamoran. *de Compenſat. diſput 10 cap.2. num 3. in fine.* Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap.4 num.11.* & Victorellus ad Toled. *Summ. lib 5. dub.2 cap.67.* Ubi aſſerit, hominem ſuæ famæ dominum eſſe, quod comprobat ex Carbo *quæſt.23.* Salon. *de Dominio. art.3.* Bañez *quæſt. 33. art.8. dub.2.* Valent. *diſput.5. quæſt. 10. p.1.* Covarruv. *lib.1. Variar. Reſolut. cap.2. num.8.* Soto *de Juſtit. & jur. lib.4. part.2. art.3.* Azor. *Inſtit. moral. part 3. lib.13. cap.6.* Sayr. *Clav. Reg. lib.22. cap 7. num 11.*

Hanc concluſionem noſtram 34
intellige, poſtquam eſt injuſtè utrinque illata infamia, quo in caſu damni cum damno locum ſibi aſciſcitur compenſatio; taliter ut neuter eorum de juſtitia alteri reſtituere teneatur; niſi ſolummodò exceſſum damni, ſi fortaſſis plus infamavit, quàm fuit infamatus, ut ſupra dixi.
Quoties ex mutuo conſenſu fit 35
hu-

Digitized by Google

hujuſmodi damnorum compenſatio; tunc licèt alter infamiam alteri illatã reſtituat; tamen hic minimè infamiam illatam reſtituenti reſtituere tenetur. Nam cum eam illi non debeat, & reſtitutio facta ſit, beneficium in ſe collatum de juſtitia compenſare non debet Molina *de Juſtit. & jur. tract.* 4. *diſput* 49. *num.* 2. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 10.
36 *cap.* 2. *num.* 10. Dummodó non adſit inter eos aliquod pactum, ut reſtituente uno, alter reſtituere teneatur; ſi verò non interveniat, tunc uno alteri reſtituente famam, quam injuſtè abſtulerat ab eo; alter famam illi reſtituere debet, quam etiam injuſtè abſtulerat ab eo, nihil obſtante, quod ex parte ſuâ mutuam compenſationem optaſſet.

37 Hujus aſſertionis ratio eſt; quia non interveniente alterius conſenſu, ad hujuſmodi compẽſationem intelligebatur ſub tacitâ conditione; nempe ſi alter velit reſtituere, ut notavit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 10. *cap.* 2. *num.* 10. *ad finem*. Quippe
38 alter poterat bonâ fide reſtituere, nihil ſciens de compenſatione, quam alius intenderat; quo in caſu æquitas non patitur, ut qui hujuſmodi reſtituit, maneat in jacturâ ſuæ famæ ab alio ſibi injuſtè læſæ; ideoque alter illi damnum famæ reſtituere debet Molina *de Iuſtit. tract.* 4. *diſput.* 49. *num.* 2. *in fin.* Zamoran. dicta *diſput.* 10. *cap.* 2. *num.* 10.

39 Limitatur 1. noſtra principalis concluſio non procedere in caſibus, in quibus cum damno unius famæ injuſtè dato, ſimul illatum eſt quorundam aliorum famæ: Nam de juſtitiâ illis reſtitui debet; quoniam compenſatio fieri non debet cum damno tertii innocentis Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 8. *cap.* 1. *& diſputat.* 10. *cap.* 2. *num.* 8. Et hoc quãvis compenſatio obligationis fieri poſſet, quâ illi præcipuè ſua fama reſtituenda erat; cum obligatione, qua is idem æquale dãnum famæ, ſimiliter illi reſtituere tenetur, qui ipſi reſtituere tenebatur. Nam per hoc minimè obligatio ceſſat, nec compenſata videtur, qua illis aliis reſtituere tenebatur famæ damnũ ipſis, ſimul cum illo præcipuo illatum; quod adeò verum eſt, ut dixit Molina *de Juſtit. tractat.* 4. *diſput* 49 *num.* 4. Ex ſe notiſſimum eſſe, nec ulla penitus pro- 40
batione indigere. Hoc eluceſcit ex eo, quod famæ damnum injuſtè ablatæ inter ipſoſmet infamatos, manet compenſatum, quatenus debitum reſtituendi famam injuſtè læſam ex parte unius, tollitur ſimili debito reſtituendi viciſſim ex alterius parte famam: tamen quod reſpicit ad tertium innocentem compenſatio fieri non poteſt; ſed infamator ei reſtituere famam tenetur, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 10. *cap.* 2 *num.* 8.

Limitatur 2. Quotieſcumque 41
quis injuſtè alterius famam lædit, & prius eam reſtituere nolit, poſtea verò pœniteat, eamque reſtituat. Nam tum alter ei famam, quam viciſſim abſtulit debet reſtituere, non curando de compenſatione Zamoran *de Compenſat. diſput.* 10. *cap.* 2. *num.* 9.

Quo

Quo in caſu tenentur ad id de charitate, non de juſtitia, ut notavit Molina *de Juſtit.tract.*4. *diſ-*
42 *put.*49.*num.*3. Hæc enim concluſio probari poteſt ex Text.in *l.Quod in diem. ff. de Compenſat.* Ubi non admittitur compenſatio in debitis conditionalibus,ut latè probavi in foro fori *quæſt.*2. *lib.*5.*tom.*2.Sed in noſtro caſu verſatur conditio, videlicet, niſi alter ei reſtituat, ut tenetur, prout animadvertit Zamoran. dicta *diſput.*10. *cap.*2.*num.*9. Ubi docet
43 hujuſmodi compenſationem famæ duobus modis poſſe fieri. Primo modo fit utriuſque infamatoris mutuo conſenſu. Secundo quando nec tacitus, nec expreſſus amborum adeſt conſenſus; & ſi hoc poſteriori modo famæ compenſatio fiat, continet hanc tacitam conditionem; niſi alter, ut tenetur reſtituat, quia eſt veluti conditionalis; idcircò ſi prius reſtituere recuſet, poſtea
44 verò pœnitentiâ ductus, famam injuſtè læſam reſtituat,alter quoque ad famæ reſtitutionem tenetur, quamvis ex parte ſui compenſationem intenderit Zamoran.*de Compenſat. diſputat.*10. *cap.* 2.*num.*9.*in fine*. Quæ reſtitutio,ut affatus fui,non ex juſtitiâ,ſed ex charitate dumtaxat proficiſcitur, quòd ſatis perſpicuum eſt, quia unuſquiſque nihil compenſatione, quam alioquin efficere poterat, refragante, ſcandala ex charitate vitare tenetur; proximorumque damna impedire, ut docet Molina *de Juſtit. tractat.*4. *diſput.*49.*num.*3.*in fine.*

45 Collige, quod quoties infamatus aliter infamiam nequit repellere, licitè poteſt infamatoris aliquos defectus occultos detegere, ac revelare, ut ei haudquaquam fides tribuatur Leſſius *de Juſtit.& jur. lib.*2. *cap.*11. *dub.*25.*num.*131. Filguera *Summ. in octavo præcept.Decalog.tract.*30. *de Reſtitut famæ cap.*1. *artic.*2. ibi: *Pero con todo eſo puede licitamente el infamado, ſi no tiene otro modo de repeler la infamia, revelar algunos defectos ocultos, del que le infamò, paraque no ſe le dè credito.* Hæc defectuum revelatio fieri non 46
poteſt, quando talis detectio nullam famæ utilitatem affert. Nam tūc potius vindicta, quàm defenſio diceretur. Nec debet fieri revelatio, quoties famæ aliter conſultum eſſe poteſt, teſtibus, vel juramento.

Sin autem infametur injuſtè 47
is, qui antea infamatorem infamavit; tunc reſtitutio famæ non eſt neceſſaria, quia admittitur compenſatio Toledus *Summ.lib.* 5.*cap.*7. Bonacin. *tom.*2. *diſput.*2. *de Reſtit. quæſt.*4.*punct. ultim. nu.*2. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.*2. *cap.* 11.*dub.*25. *num.*133. Sotus *de Juſtit.& jur.lib.*4.*quæſt.*6.*artic.*3.*ad.*4 Filguera *Summ. tom.*2. *in* 8. *præcept.Decalog.tract.*30. *tit.de Reſtit. famæ cap.* 1. *artic.*2. his verbis: *Digo lo ſegundo, que ſi tu infamaſte à otro injuſtamente, que antes te havia infamado à ti, no eſtàs obligado à reſtituirle la fama, ſi el no te la quiere reſtituir à ti, porque puedes uſar entonzes de la compenſacion.* Hujus ratio eſt, quia in hoc caſu ex utraque parte eſt æqualis ratio, & nulla major

ra-

ratio urget ad hoc, ut reſtituas famam ei, quem infamaſti, quàm quod infamatus eam tibi reſtituat.

SUMMARIUM.

1 *Fama quando ex aliqua cauſa ab infamatore nequit reſtitui: an tunc infamator poſſit damnum famæ illatum infamato, cum pecunia, vel aliqua re pretio æſtimabili compenſare.*

2 *Fama, quando reſtitui non poteſt, ſecundùm nonnullos, cum pecunia compenſari nequit.*

3 *Juſtitia obligat ad reſtituendum id, quod fuit ablatum.*

4 *Pecunia non eſt æquivalens famæ ablatæ.*

5 *Æqualitas ſummoperè in compenſatione deſideratur.*

6 *Fama eſt bonum, cœteris omnibus externis bonis, prætioſiùs.*

7 *Melior eſt bona fama, quàm divitiæ multæ.*

8 *Fama bona dicitur alterum patrimonium.*

9 *Bonam famam habentes ab omnibus honorantur.*

10 *Fama pretio æſtimari non poteſt, quia non eſt æſtimabilis.*

11 *Damnum pecuniarium, quod quis reſarcire non poteſt, non tenetur illud compenſare orationibus, aut honorem exhibendo.*

12 *Damnum inferens, & non potens, nec totum, nec partem reſarcire; obligatio juſtitiæ commutativæ ceſſat.*

13 *Infamator famam pecunia compenſare non poteſt, recuſante infamato.*

14 *Infamator tenetur famam pecunia compenſare, quando famam ipſam in genere reſtituere non poteſt; &* referuntur Doctores hanc opinionem ſectantes.

15 *Infamatus, ſi ſit debitor infamantis, poteſt facere occultam compenſationem, denegando debitum, ſeu pecuniam, quam infamanti debebat.*

16 *Infamatus, licèt tempore infamiæ non ſit debitor infamatoris, nihilominus poteſt accipere de novo æquivalens: dummodò abſit ſcandalum.*

17 *Fama, quando aliter reſtitui non poteſt, in bonis externis reſtitutio fieri debet.*

18 Referuntur verba Filgueræ.

19 *Damnum inferens famæ injuſtè, in bonis externis non tenetur reſtituere, ſed in bonis, honoris, ac famæ reſtituat.*

20 *Fama cum pecunia poteſt compenſari, quando adeſt inæqualitas inter infamatorem, & infamatum.*

21 *Rex, Princeps, vel quilibet alius vir illuſtris infamiam inferens plebejo, tenetur eam cum pecunia compenſare; vel aliquam rem æquivalentem dare.*

22 *Judex ex juſtitia tenetur dare aliquam rem infamato, ex bonis infamatoris in compenſationem infamiæ.*

23 *Vita, vel membrum hominis eſt quid pretioſiùs, quàm pecunia.*

24 *Damnum, quando in eodem genere famæ non poteſt, vel non debet reſtitui in pecunia, vel alia re æquivalens compenſari debet.*

25 *Pauper infamatus, ſi compenſationem pecuniarium deſideret, infamator tenetur famam cum pecunia compenſare.*

26 *Benefactoribus ex charitate magis, quàm aliis tenemur.*
27 *Fama, quamvis non ſit pretio æſtimabilis: attamen non eſt ſuper omnem æſtimationem, ſicut vita hominis.*
28 *Abſciſſio membri compenſari poteſt cum pecunia.*
29 *Fama, quamvis ſit majoris eſtimationis, quàm pecunia; tamen in illis rebus, in quibus æquivalens recompenſari nequit, ſufficit ut compenſetur id, quod poſſibile eſt.*
30 *Compenſatio non fit pro fama, nec illa pecunia datur pro pretio famę; ſed pro damno, quod quis patitur pro fama ſibi ablata.*
31 *Compenſatio pecuniæ pro mutilatione membri non datur in pretium deperditæ integritatis; ſed pro damno.*
32 *Pecunia eſt omnium humanarum rerum menſura.*
33 *Pecunia magna, quandoquidem magis, quàm exigua fama ſolet eſtimari.*
34 *Compenſatio pro rata fieri poteſt.*
35 *Nemo tenetur ad impoſſibile.*
36 *Injuria, ſi quis aliquem aliquo ſenſu, vel uſu privet, compenſatio cum pecunia fieri non poteſt.*
37 *Compenſatio famę non fit pro pretio famæ, ſed pro damno accepto.*

ARGUMENTUM.

Utrùm quando Fama in genere reſtitui non poteſt, debeat cum Pecunia compenſari?

QUÆSTIO. III.

NUllum graviùs, ablatione famæ, crimen eſſe dignoſco; & eò hoc læthale facinus difficilius cōdonatu ſcimus; quatenus poſtquam proximi famam lædimus, ferè impoſſibile ſit rurſus poſt deperditam recuperare. Quapropter juſtè in alienam famam, honoremve minuentes, ac detrectantes certè invehimus; quoniam ſi de proximo, coram aliquo perperam obloquamur, poſtea licèt nos mentitos fuiſſe atteſtemur, mortalium quidèm malignitas ſemper ad pejora pronior, ac tendens fidem præſtare renuit. Ideoque, ſummâ curâ, hoc peccatum fugiendum. Et ut ad præfixam diſputationem deveniamus, ſcire oportet, interdum obtingere, infamatorem ablatam famã reſtituere non poſse, vel quia non vult, vel quoniam id facere reluctatur ac reſpuit, & hoc cōtingit ob plures cauſas, videlicet, quia infamatori imminet vitæ periculum, vel quia ei, quamvis ſe retractet, minimè crederetur. Nũc ſciſcitatur, an infamator poſſit damnum famæ illatum infamato cum pecuniâ, vel aliqua re pretio æſtimabili compenſare? Cui quæſito negativè reſponden- 1

2

dendum videtur; nempe, quod non admittatur hujuſmodi compenſatio, & hanc negativam opiniónem tenent Leſſius. *de Juſtit. lib.2. cap.11.dub.16.* Layman. *Theolog.moral.lib.3.ſect.5.tractat.3. part.2.cap.7.num.3.* Faber. *de Reſtit.in 4.ſentent.diſt.15.quæſt.3. diſp.* 53. *cap.4. num.*122. Malder. in 2.2.*tract.7.cap.7. dub.*8. Navarrus *lib.2.de Reſtit.cap.4. num.*416. Bañez in 2.2. *quæſt.*62. *artic.*2.Quos refert Diana. *Oper. moral. tom.*8. *tract.7.reſol.*65.*§.*2. Filliuc. *tract.* 32.*cap.9.quæſt.5.num.*239. Bonacin. *de Reſtit. in particul. diſput.*2. *quæſt.*4. *punct. ultim. propoſit. unic. num.*14. Navarrus *Manual. cap.* 17.*num.*90. Turrian.*diſput.*53.*dub.* 1.*num.*9.*& dub.6.num.*4. Sylveſter in *Summ.verbo Detractio. quæſt.*5. Sà. *verbo Reſtitutio.num.*55. Reginald.*lib.*10.*num.*343.

4 Cujus placiti ratio eſt, quia juſtitia dumtaxat obligat, ut reſtituat id, quod eſt ablatum, vel id, quod communi æſtimatione judicatur æquivalens; ſed fama ablata reſtitui nequit, ut in hujus quæſtionis themate ſupponimus; & pecunia non eſt æquivalens famæ ablatæ: Ergo qui famam reſtituere non poteſt, non tenetur illam pecuniâ compenſare Navarra. *de Reſtit.lib.2.cap.4. dub.10.part.3.num.*416. Bonac. *de Reſtitut.in particul.diſput.2.quæſt.4. punct.ultim. propoſit. unic. num.*14. Filliucius in *tractat.* 32. *cap.* 9.

5 *quæſt.5.num.*239. Minor ex plurium authoritate poteſt probari. Cum nihil magis in compenſatione poſtuletur, quàm æqualitas, ut depromitur ex Text.in *l.1. ff. de Compenſationib.* Itaut ubi non adeſt æqualitas, locum habere nequeat; ſed in noſtro caſu adeſt maxima inæqualitas; ergò debet refelli compenſatio. Probatur minor, quia pecunia non poteſt famæ æquivalere, ut benè Navarrus in *Manual.cap.*17.*num.* 89.*verſic. His tamen.* Azor. *Inſtit. moral.part.3. lib.5. cap.9. quæſt.*13.

Nam fama eſt bonum, cæteris 6
omnibus externis bonis pretioſius; ideoque non eſt pretio æſti- 7
mabilis, juxta illud Proverb.*cap.* 22. ibi: *Melius eſt bonum nomen, quàm divitiæ multæ: ſuper argentum enim, & aurum gratia bona.* Eccleſiaſt.*cap.*7.ibi: *Melius eſt nomen bonum, quàm unguenta pretioſa.* Idem Eccleſiaſtic.*cap.*41. ibi: *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi, & magni. Bonæ vitæ numerus dierum, bonum autem nomen permanebit in ævum.* Et apud Priſcos bonum nomen utilitati præferebatur. Quò reſpiciens canit, aſſuetâ melos Ovidius *lib.3.de Art.amand.*

Quid petitur ſacris, niſi tantùm fama poëtis
Hoc votum noſtri, ſummæ laboris habet.

Et famam alterum eſſe patri- 8
monium aſſeruit Publius Mimus, dum dixit: *Honeſtus rumor alterũ eſt patrimonium.* Et ad inſtar oraculi eſſe fatetur Cicer.*lib.de Orat.* ibi: *Rumoris publici authoritas inſtar oraculi eſt.* Ideo curam habẽtes de bona fama, divitiam uberrimam asſequi exiſtimavit Plaut. in *Moſtellar.act.1.ſcen.3.*

Ego ſi bonam famam mihi ſervabo, ſat ero dives.

Et denique porro eos, qui fa- 9

Digitized by Google

mam, ac virtutem colunt, tam à ſapientibus, quàm ab inſipientibus honorari, perpetuiſque laudibus celebrari innoteſcit. Unde Virgil.*lib.* 1.*Æneid.*

Sum pius Æneas, raptos, qui ex hoſte Penates
Claſſe vebo mecum: fama ſuper æthera notus.

10 Idcirco, cum ſatis ex ſupra relatis pateat, famam haud pretio æſtimabilem eſſe, ſequitur pecuniâ non eſſe compenſandam; ut famæ, pecuniæque diſparitatem porrò perpēdētes aſſerunt Azor. *part.*3.*Inſtit.moral.lib.*5.*cap.*9.*quæſt.* 13. Navarra *de Reſtitut.lib.*2.*cap.* 4. *num.* 8. Bonacin. *de Reſtitut. particul.diſput.*4.*quæſt.*4. *pūct.ultim. propoſit. unic. num.* 14. Navarrus. *Manual.cap.*17.*num.*86. Filliucius *tractat.*32.*cap.*9.*quæſt.*5.*num.*239.

11 Secundò facit pro hac opinione id, quod ſi quis damnum pecuniarium, pecuniā reficere, ſeu reſarcire non valeat, orationibus, aut honorē exhibendo, minimè illud compenſare tenetur Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.*2. *cap.*11. *dub.*16.*num.*92. Filliuc.*tractat.*32. *cap.*9.*quæſt.*5. *num.*239. Et qui vi, aut fraude ad patrandum peccatum perduxit, ipſi aut hæredibus pecuniam rependere non tenetur. Igitur ita in caſu noſtro dicendum.

12 Tertiò, quia qui in mille aureorum damnum irrogavit ex æquo totum damnum reficere tenetur, ſi poſſit, vel ſi nequeat ex æquo partem reſarcire debet; ſi verò nec totum, nec partem reſarcire non poſſit, juſtitię commutativæ obligatio ceſſat; ſed in noſtro caſu, nec tota fama, nec pars pretio æſtimatur ex æquo, quia, ut dixit Navarrus in *Manual.cap.*17.*num.*90. Fama ſuaptè naturâ non eſt pretio æſtimabilis. Ergo, &c. Nam alioquin in- 13
famator poſſet famam pecuniâ compenſare, etiam reluctante infamato, ſufficit ut reſtituat id, quod æſtimatione eſt æquale. Quippe ſi vir dives pro infamiæ acceptæ compenſatione pecuniam poſtulet, ridiculus erit, eò quia petat id, in quo nullum paſſus fuit detrimentum, quodque non ſolet pretium, vel totius, vel partis famæ cenſeri. Eadem eſt ratio in paupere. Nam ſtatus ejus, qui injuriam patitur, non mutat jus, ſed rationem juſtitiæ commutativæ, ut benè Leſſius *de Juſtit. & jur.lib.*2.*cap.*9.*dub.*16. *num.*95.

Sed his minimè refraganti- 14
bus, contrariam opinionem amplectendam eſſe apparet, nempè infamatorem teneri pecuniâ famam compenſare, quando famam ipſam in genere reſtituere non poteſt, ut docent Trullench.in *Decalog.lib.*7.*cap.*10 *dub.*29. *num.*6. Leſſius *de Juſtit. & jure. lib.*2.*cap.*11.*dub.*25.*num.*136. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*10. *cap.*2 *num.*12. Sayr. *Clav.Reg. lib.* 11.*cap.*3.*num.*24.*verſic Secunda eſt* Molina.*de Juſtit. & jur.tractat.*4. *diſputat.* 49. *num.*5. Azor. *Inſtitut. moral.lib.*5.*cap.*9. *verſic.Decimotertio.* Tannerus. *diſput.*4. *q.*6. *dub.*6. *num.*150. Ledeſm.2. *part.*4. *quæſt.* 18.*art.*2. Cruz.in *Decretor.part.*1. *Præcept.*7.*art.*2.*dub.*6.*concl.*2. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.*16. *ſect.* 5 *num.*95. Diana. *Oper.moral.tom.* 6.*tractat.*3.*reſolut.*149.§.1. Cardenas.

Digitized by Google

nas. in *Criſ. theologic. tractat.* 1. *de Probabilit. artic.* 6. *diſput.* 16. *cap.* 8. *num.* 178. Villalobos. *Summ. tom.* 2. *tract.* 11. *diff.* 39. *num* 5 Sotus *de Juſtit. lib.* 4 *quæſt.* 6 *art.* 3. *ad* 4. Covarruvias. *lib.* 1. *Variar. cap.* 2. *num.* 8. Valentia. *tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſt.* 6. *punct.* 5. Aragon. in 2. 2. *q* 62. *art.* 2. Tanner. in 2. 2. *D. Thom. diſp.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 2. *q.* 22. Rebellus, Richard. Adrian. Cajetan. Quos refert, & ſequitur Diana *Oper. moral. tom.* 8. *tract.* 7. *reſolut.* 65. *§.* 2. Filguera. *Summ tom.* 2. *in* 8. *Præcept. Decalog. tractat.* 30. *tit. de Reſtit. Famæ. cap.* 1. *artic.* 2. Ubi hujuſmodi hanc quæſtionem proponit, ac reſolvit his verbis: *No quiero omitir aqui una duda muy curioſa, y es, ſi uno tiene obligacion de reſtituir una cantidad de dinero, que debia aquien deſpues le infamò, y no quiere reſtituirle la fama, de manera, que en eſto pueda haver compenſacion; tienelo por probable, Leſſio num.* 136. *aquien deſpues ſiguiò Trullench. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. *dub.* 29. *num.* 6.

15 Hanc veram conclusionem ampliant plures Doctores, ut locum habeat, quando quis à Petro infamatus eſt, & eſt debitor Petri prædictus infamatus. Quippe tunc licet infamato facere compenſationem, denegãdo pecunias, quas eidẽ Petro debebat, ut teſtantur Diana *Oper. moral. tom.* 6. *tract.* 3. *Reſolut.* 149. *§.* 1. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput* 16. *ſect.* 5 *num.* 95. Leſſius *de Juſtit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 16. *num* 97. Molina. *de Juſtit. & jur. tract.* 4. *diſp.* 49. *num.* 5.

16 Ubi dicit, id non ſolùm locum ſibi aſciſcere in debiti antiqui, & occulti denegatione, ut damnum famæ compenſari queat; ſed etiam occultè accipiendo de novo quantum ſatis eſſet ad eam compenſationem; eſtò non adſit ſcandalum, & aliter ſuæ famæ reſtitutionem conſequi nequeat.

Hæc noſtra concluſio proba- 17
tur, quia quando famę reſtitutio aliter fieri non poteſt, in externis bonis fieri debet. Igitur quoties is, qui famam reſtituere tenetur, culpâ ſuâ, in aliis bonis illam non reſtituit, aut in aliis bonis reſtituere nequit, in bonis externis divitiarum illam reſtituere debet. Et hæc eſt ratio hujus 18
noſtræ concluſionis, quam etiam tradidit Filguera *Summ. tom.* 2. *in* 8. *Præcept. Decalog. tractat.* 30. *tit. de Reſtitut. famæ. cap.* 1. *artic.* 2. *verſicul. No quiero.* ibi: *Porque es probable, que la infamia ſe ha de compenſar con dinero, quando no ſe reſtituye la fama, luego ſi el, que infamò no quiere, ò no puede reſtituir la fama, puede el infamado pedirle dinero, ò no pagarle lo que le debe, haſta la cantidad, que juzgare ſer juſta varon prudente.* Nam ſi id non præſtet, dicetur injuſtus detentor ejus, quod reſtituere debet, licèt in bonis externis illius compenſationem competentem ſanè facere, etiam occultè occupando de novo bona externa illius, dummodò adſint conditiones neceſſarię ad juſtam compenſationem, de quibus latè dixi in *quæſt.* 1. Si verò is, qui injuſtè damnum famæ intulit in bonis externis divitiarum reſtituere non teneatur; ſed ſatis in bonis honoris, ac famæ reſtituat; Sequitur, ut ſi poſt compenſationem factam in bonis externis illius

lius divitiarum, ille in bonis honoris, ac famæ reſtituat, externa bona illi reddi debent, in quibus effecta fuerat compenſatio, ut ex Ledeſma 2.4. *quæſt.*18. *art.*2.tradidit Molina. *de Juſtit. & jur. tract.*4.*diſput.*49.*num.*5.*in fine.* & Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*10 *cap.*2.*num.*14.

20 Concluſio verò noſtra à fortiori locum ſibi vindicat, quando adeſt aliqua inæqualitas inter infamatum,& infamatorem,quo in caſu fama pecuniâ rectè poteſt compenſari, videlicet ſi infamator eſſet Rex, Princeps, Eques, vel aliquis vir illuſtris; infamatus verò eſſet vaſſallus, ſubditus, aut vir plebejus. Siquidèm tunc Rex, aut Eques non tenetur reſtituere famam plebejo, dicendo ſe fuiſſe mentitum; ſed ſatisfacit compenſando famam cum pecunia, & ſi infamatus hanc compenſationem acceptare recuſet, infamator amplius facere non debet, ut voluit Sayrus *Clav.Reg.lib.*11.*cap.*3.*num.*24.*verſic.Secunda eſt*. Nam Prin-
21 ceps, vel aliquis vir illuſtris teneretur ad dictum ſuum revocandum, magna ſequerentur ſcandala, ad quorum vitanda detrimenta, aſſerunt Doctores, quando infamator eſt dives, & potens; infamatus verò pauper, & plebejus, Confeſſarios debere admonere hujuſmodi infamatorem, & niti, ut infamiam illam cum pecuniâ compẽſet, vel cum aliqua re æquivalente, quam doctrinam communem eſſe dixit. Sayr.*Clav.Reg.lib.*11.*cap.*3.*num.*25. Eamque tradunt Angel. *Summ.verb.Detractio num.*3.*verſic. Secundus caſus*. Adrian. in 4. *in mater. de Reſtitut. quæſt.*1. *§. His præmiſſis.* Gregor. de Val. *tom.*3. *diſput.*5.*quæſt.*6.*punct.*5. *propoſit.*1. *de Reſtitut.fam.*

Suffragatur quoque, quod ſi 22
per ſententiam Judicis infamator condemnetur ad præſtandam pecuniam,vel aliam quamlibet rem infamato,utique illam rem ex juſtitiâ dare tenetur,quia ſuppoſitâ tali injuriâ, poteſt Judex in criminis pœnam talem ſatisfactionem imponere, & ille ex juſtitia eam exequi debet; quoniam juſtæ ſententiæ tenetur ex juſtitia parere Leſſius *de Juſtit.& jur.lib.*2.*cap.*9.*dub.*16.*num.*96. Sayr. *Clav.Reg. lib.*11.*cap.*3.*num.*25.*verſic.Hæc autem*. Filliuc. *tractat.*32.*cap.*9.*num.*241.

Opitulatur opinioni noſtræ 23
id, quod licèt vita, vel corporis membrum ſit quid pretioſius, quàm pecunia; tamen quando in eodem genere compenſari non poteſt, ad boni viri arbitriũ pecuniis refici debet, ut tradidit Angelicus Doctor 2.2. *quæſt.*62. *art.*2. per hæc verba: *Ad primum ergo dicendum, quod in quibus non poteſt recompenſari æquivalens, ſufficit quod recompenſetur, quod poſſibile eſt.* Sicut patet de honoribus, qui ſunt ad Deum, & ad parentes, ut Philoſophus dicit in 8.*lib. Ethicor.* Et ideo quando id,quod eſt ablatum, non eſt reſtituibile per aliquid æquale, debet fieri recompenſatio, qualis poſſibilis eſt, puta quum aliquis alicui abſtulit membrum,debet ei recompenſare, vel in pecunia, vel in aliquo honore, conſideratâ conditione utriuſque perſonæ, ſe-

cun-

cundùm arbitrium boni viri; & magis in terminis idem. Divus Thomas 2.2.*quæſt.62. art.2. ad 2.* ibi: *Vel ſi non poſſit famam reſtituere, debet ei aliter recompenſare, ſicut & in aliis dictum eſt*. Ergo
24 idem dicendum in caſu noſtro, damnum in fama illatum, quando in eodem genere famæ reſtitui non poteſt, vel non debet reſtitui, in pecuniâ, vel aliâ re, æquivalens quantùm poſſibile erit, ad arbitrium boni, ac prudentis viri recompenſari debet, ut benè Sayrus *Clav. Reg. lib.11. cap.3. num.25. verſic. Hæc autem.*

25 Nec Doctores, quos ſupra pro contrariâ opinione retulimus, eam generaliter amplectûtur; ſed quandoquidèm famam pecuniâ compenſari fatentur, quod non ex juſtitia, ſed ex æquitate fieri poteſt, ut ille, qui famam reſtituere nequit, illam pecuniâ teneatur compenſare: videlicet ſi infamatus ſit pauper, & pecuniarum compenſationem exoptet, & infamator eam exhibere poſſit abſque ſuo gravi incommodo, tunc dives hujuſmodi compenſationem facere debet; quoniam hoc recta ratio poſtulat Bonacina *de Reſtit. in partic. diſput. 2. quæſt. 4. punct. ultim. propoſit. unic. num 14. in fine*. Et ſicut
26 ex charitate magis benefactoribus, quàm aliis tenemur: ita ex eadem magis tenemur iis, qui noſtrâ causâ malum paſſi ſunt Filliuc. *tractat. 32. cap. 9. num. 240.*

27 Non obſtant rationes pro adverſâ opinione adductæ. Non prima, quia licèt fama ex ſe ſit majoris æſtimationis, quàm pecunia; tamen non eſt ſuper omnem æſtimationem, ſicut eſt vita, vel membrum hominis, ut dixit Zamoran *de Compenſat. diſput. 10. cap. 2. num. 13.* Et etiam 28
in abſciſſione membri datur cum pecuniâ compenſatio, ut expreſsè docet Divus Thomas 2.2. *quæſt. 62. art. 2. ad 1.* Quippe licèt 29
fama ſit majoris æſtimationis, quàm pecunia; tamen in illis rebus, in quibus æquivalens recompenſari non poteſt, ſufficit ut recompenſetur id, quod poſſibile eſt D. Thomas loco citato. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 11. dub. 16. num. 93.* Quando dicimus, famam pecuniâ compenſari, non debet intelligi de fama, quia hæc ſuaptè natura æſtimabilis non eſt, ut tradit Navarrus in *Manual. cap. 17. num. 90.* Nam illa pecunia non datur pro pre- 30
tio famæ, ſed pro damno, quod quis patitur pro fama ſibi ablata, ad reſarciendum damnum, quod ob deperditam famã cõſequitur, ut poſt Navarrã loco citato docẽt Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 9. ad finem* Leſſius *lib. 2. cap. 9. dub. 16. n. 97. in fine*. Et quãvis in mutilatione membri detur cum pecunia compenſatio; tamen hæc pecunia non datur pro pretio deperditæ integritatis, quæ nullum habet; ſed pro damno, quod 31
ex ejus defectu contingit Text. in *l. Cum liberi 7. ff. de Iis, qui dejec. vel effuder.* Text. in *l. Ex hac lege 3. ff. Si quadrup. pauper. feciſſ.* Navarr. *Manual. cap. 17. num. 90.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 9. ad finem.* Et ſi dicatur non erit 32
abſurdum, quod pecunia eſt omnium humanarum rerum menſura; ergo in ea æquivalens poteſt

teſt dari; & quamvis non detur æquivalens, tamen ut quamproximè ad hoc accedatur, debet dari opera, ut ſi quis in mille aureorum damnum intulit, ſi æquivalens reddere nequit, tenetur dare quantùm poteſt, ut ad æquivalentiam quamproximè accedat, ut tradidit Leſſius *lib.* 2.*cap.*9.*dub.*16 *num.*93. Et aliquā-
33 do magna pecunia magis, quàm exigua fama ſolet æſtimari. Quippe licèt aurum plūbo ſit pretioſius; tamen viginti profectò pondo plumbi, magis, quàm auri granum unum æſtimatur. Idcirco magna pecuniæ quantitas nōnunquam magis, quàm exigua fama æſtimatur, ut docuit Zamoran. *de Compenſat. diſput.*10. *cap.*2 *num.*13. *in fine.* Et quamvis
34 fama majoris ſit valoris, quàm pecunia; tamen non per hoc debet in noſtro caſu excludi compenſatio. Nam ſi tibi ex cauſa locati debeo mille aureos, & tu mihi ex cauſa mutui dumtaxat quinque aureos debeas; pro illis quinque compēſatio fiet, & liberaris à quinque ſolutione, quia compenſatio fit uſque ad concurrentem quantitatem Textus expreſſus in *l.Si conſtat* 4. *C.de Compenſat.* Text.in *§.In bonæ fidei. Inſtit. de Act.*

35 Non obnititur ſecunda. Nam veriuseſt, quotieſcumque ablata res tota, vel pars reſtitui nequit, ut reſtituatur id, quod poſſibile eſt, ut docuit Divus Thomas 2.2.*quæſt.*62.*art.*2.*ad* 1.Si verò qui damnum pecuniarium alicui intulit: nec totum, nec partem reſarcire poſſit, tunc ceſſat obligatio, quia ad impoſſibile nemo tenetur Text.in *l.Si quis in gravi.ff.ad Syllan.* Text.in *l.Si ſtipulor. ff.de Verbor.obligat.* Text. in *l.Paulus. ff.Quæ ſentent. ſine appellat.* Text.in *§.Impoſſibilis. Inſtitut.de Hered inſtituend.* Et nihil debere videtur is, qui non eſt ſolvendo. Prout alludit Martial. *lib.*2.*Epigramm.*3.

Sexte nihil debes; nil debes Sexte, fatemur.
Debet enim, ſi quis ſolvere, Sexte poteſt.

Et *lib.*9.*Epigramm.*105.

Quod tibi non poſſum ſolvere, Phœbe, meum eſt.

At quando quis per injuriam aliquem, aliquo ſenſu, vel uſu privat, tunc cum pecuniā compenſationem fieri non poſſe dixit Leſſius. *lib.*2. *cap.*8. *dub.*1. *num.*1. Ideoque coram Deo pœnitentiā pro impetratione veniæ eſse faciendā voluit. Sed mihi hæc Leſſii opinio diſplicet, & Divi Thomæ 2.2.*quæſt.*62.*artic.*2. *ad* 1. opinioni adhæreſco, ubi expreſsè in tali caſu cum pecunia compenſationem fieri docet. 36

Haud reflat tertia, quia ut ſupra dixi, hujuſmodi compenſatio non fit pro pretio famæ, ſed pro damno accepto, ut dixerunt Azor. *Inſtitut moral. lib.*5. *part.*3. *cap.*9.*ad fin.* Navarr. *Manual.cap.*17. *num.*90. Quæ compenſatio tam in divite, quàm in paupere poteſt habere locum, quia Doctores ſupra relati generaliter, & indiſtinctè hanc compenſationem amplectuntur. Igitur generaliter loquentes, generaliter ſunt intelligendi argum. Text. in *l.Depretio.ff.de Publician.in rem action.* 37

SUM-

SUMMARIUM

1 *Caſus quæſtionis proponitur.*

2 *Debitor ex juſtitia, quando aliquid tradidit creditori ſuo, & eſt memor obligationis ex juſtitia, & per rei traditionem ei noluit ſatisfacere; ſed gratis donare: tunc juxta nonnullos, nequit facere occultam Compenſationem.*

3 *Debitor ex juſtitia, ſi creditori ſuo contulit obſequium gratuitum, ignorando debitum ex juſtitia: tunc ſecundùm quorundam opinionem, quando debiti ex juſtitia recordatur, compenſationem facere poteſt per rem illam donatam cum tali ignorantia.*

4 *Debitum oriens ex præcepto juſtitiæ compenſari poteſt, juxta reliquos cum debito proveniente ex charitate, ex voto, ex religione, ex juramento, ex promiſſione, vel ex gratitudine.*

5 *Compenſatio occulta, ſecundùm* Navarram, *poteſt fieri à creditore contra debitorem ex obligatione juſtitiæ: dummodò aliter debitum ſibi recuperare non poſſit, nec debitori ulla infertur injuria.*

6 *Accipiens aliquid occultè in ſui crediti compenſationem, ſi ipſi ex juſtitia debeatur, non facit injuriam debitori.*

7 *Extremam neceſſitatem patiens, eleemoſynam ab eo, qui ex charitate tantùm tenetur dare, occultè accipere poteſt.*

8 *Judex compellere poteſt eum, qui in honorem Dei aliquid præſtare tenetur ex voto, religione, vel juramento.*

9 *Debitum deſcendens ex gratitudine, ex charitate, ex voto, ex religione, vel ex juramento in honorem ſolius Dei eſt debitum legale obligans ſub pœna peccati.*

10 *Debitum ex charitate, vel religione cum debito ex obligatione juſtitiæ compenſari poteſt.*

11 *Debitum ex juſtitia compenſari poteſt cum debito ex promiſſione.*

12 *Debitum ex juſtitia minimè cum debito ex gratitudine, vel ex charitate compenſari poteſt,* & referuntur Doctores hanc ſententiam inſequentes.

13 *Compenſatio eſt actus ſolius virtutis, cujus eſt rei ad rem æqualitatem conſtituere.*

14 *Lex æqualitatem reſpiciens compellit ad eam reſtituendam.*

15 *Obligatio charitatis, religionis, ſeu fidelitatis non conſtituit æqualitatem rei ad rem, nec eam reſpicit, nec habet pro objecto debitum propriè acceptum.*

16 *Nemo ex violatione virtutis religionis, fidelitatis, & charitatis tenetur ad reſtitutionem; nec ex earum debito poteſt quis titulo debitæ compenſationis quidquam ſubripere.*

17 *Compenſatio tantummodò admitti poteſt in illis debitis, quæ ex juſtitia proficiſcuntur.*

18 *Occulta compenſatio adhoc, ut locum ſibi vindicet debitum, quod in compenſationem vertitur, ſimpliciter debitum eſſe debet: ſecus verò ſecundùm quid debitum.*

19 *Debitum antidotale, ſeu ex gratitudine non eſt debitum ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.*

20 *Compenſatio ibi admittitur, ubi debitor, & creditor ad invicem æqua obligatione obligantur.*

21 *Antidotalis obligatio nullam obligationem in jure producit.*

22 *Antidotale debitum, cum non ſit debitum ſtrictum, nec legale producens obligationem, non obligat in foro conſcientiæ ſub peccato.*

23 *Gratitudinis debitum quare non ſit legale, nec ſtrictum?*

24 *Oblivio debiti non operatur, ut donatio liberè facta, donationis titulum conſequatur.*

25 *Diſpoſitiones conditionales attendi non debent.*

26 *Juſtitiæ obligationibus minimè ſatis fit, quando alio titulo, vel donationis, vel elemoſinæ ſolvitur.*

27 *Privato non licet propria authoritate poſſidentem ſpoliare, titulo debitæ compenſationis, quando ille ex juſtitiæ obligatione nihil ſpolianti debet.*

28 *Extremam patiens neceſſitatem ab eo, qui ex charitate tantùm dare tenetur, non poteſt aliquid accipere in compenſationem, & ſi accipiat peccat tum ex modo acceptionis, quàm ratione rei acceptæ.*

29 *Voventi aliquid Eccleſię, vel pauperibus dare, hi clam aliquid ſubripere non poſſunt, & ſi accipiant, ad reſtitutionem tenentur.*

30 *Debitum antidotale eſt debitum morale decentiæ, ſpectans ad quãdam obſervationem; quæ ex vi honeſtatis; ſecus ex vi legis eſt neceſſaria.*

31 *Reſtitutioni non ſunt obnoxia ea, quæ accipiuntur pro opera, vel omiſſione debiti ex lege, ſeu præcepto alterius virtutis, quàm juſtitiæ.*

32 *Obligatio reſtituendi oritur ex violatione juſtitiæ commutativæ, quando aliquid accipitur pro opera, ſeu pro omiſſione debiti ex alio præcepto:*

33 *Compenſatio in foro fori admittitur in debitis provenientibus ex diverſis cauſis, & rationibus.*

34 *Compenſatio in foro conſcientię admittitur in debitis diverſæ rationis: dummodò utrumque debitum ſit ex obligatione juſtitiæ.*

35 *Mutuatarius non eſt debitor ex juſtitia, ſed ex gratitudine tantùm.*

36 *Debitum ex gratitudine non tribuit jus ad faciendam occultam compenſationem.*

37 *Renuncians beneficium, vel penſionem in gratiam alterius, ductus ſpe, ut beneficiarius, vel penſionarius ſuis conſanguineis ſubveniat, nequit ipſe, nec conſanguinei abſque peccato, & obligatione reſtituendi beneficiario, ſeu penſionario aliquid in compenſationem ſubripere, licet ſit ingratus.*

38 *Donans conſanguineo, vel amico pauperi alimenta ob aliquam cauſam, ſi poſtea pœniteat, non poteſt ab eo aliquid clam in compẽſationem ſubripere, quamquam ipſe poſtea ad meliorem fortunam perventus, gratiæ correſpondere nolit.*

39 *Accipiens obſequium, vel beneficium, nullo intercedente pacto, dumtaxat tenetur ex honeſtate, non ex conſcientia, ſeu obligatione juſtitiæ.*

40 *Famuli ſpe acquirendi mercedem, ſpontè dominis inſervientes abſque ullo pacto, vel intentionẽ obligandi dominos, in compenſationem mercedis nihil occultè ſubripere poſſunt.*

41 *Debitum proficiſcens ex gratitudine cum debito ex juſtitia compenſari non poteſt.*

42 *Uxor, quæ durante matrimonio,*

ſum-

ſumma ſolertia, ac fidelitate marito inſervivit, ſi is nihil ei in teſtamento relinquat, non poteſt aliquid ex bonis ipſius mariti in cōpenſationem accipere, & quare?

43 *Uxor ratione matrimonii tenetur marito præſtare ſervitia.*

44 *Mulier ob ſervitia marito gratitudinis causâ facta, non poteſt aliquid ex mariti bonis in compenſationem ſubripere.*

45 *Gratuita debita compenſationem admittere non poſſunt.*

46 *Arrhæ gratia ſolius urbanitatis, & benevolentiæ præſtantur.*

47 *Debitum ad hoc ut compenſari poſſit, debet eſſe liquidum.*

48 *Maritus promittens arrhas, non videtur animo ſe obligandi promittere: niſi de contrario inter ipſos appareat.*

49 *Uxor de jure noſtro Hiſpano, ad hoc, ut nihil reſtituere teneatur, requiritur, ut arrhæ decimam partem bonorum ſponſi non excedant.*

50 *Promittentes ad invicem, ſi unus ex eis promiſſionem adimplere nequeat, alter nec etiam tenetur adimplere, ſed compenſatione uti poteſt.*

51 *Promiſſio poſterior, ſi alio fine eſt facta, quàm prior refellit compenſationem.*

52 *Debita ex promiſſione ſunt ejuſdem rationis.*

53 *Ingratitudo quando non ſufficiat ad revocandam donationem.*

54 *Occulta compenſatio fieri poteſt, quando alia via promiſſor rem promiſſam conſequi nequit, & hoc eſt unum ex requiſitis ad faciendam occultam compenſationem.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Debitum ex Juſtitia, compenſari poſſit cum debito ex Voluntate, vel ex Charitate, vel ex Gratitudine?

QUÆSTIO IV.

Præſens autem quæſtio maximam obſepit difficultatem, ſubtilemque ambiguitatem complectitur, ac obſtruſam ſciſcitationem continet, ad cujus perfectiorem intellectum, theſis caſus hujuſmodi eſt figurandus. Finge Petrum ex obligatione juſtitiæ debere Paulo centum aureos; poſtea Petrus gratis obſequium ejuſdem valoris, vel equivalens, titulo donationis Paulo tribuit, ac præſtitit. Nunc interrogatur an Petrus poſſit donatam rem compenſare cum debito ex juſtitia? ita ut debitum niſi pro rata donationis, vel obſequii præſtiti ſolvere teneatur? & an in foro conſcientiæ ab obligatione juſtitiæ exemptus remaneat? 1

In cujus difficultate ſedanda; diſſentientes invenio Doctores. Nam nonnulli negativam; alii affirmativam amplectuntur ſententiam; alii verò diſtinctione utuntur; quæ diſtinctio hæc eſt: aut Petrus debitor ex obligatione juſtitiæ, quando præſtat ſuo creditori aliquod obſequium, be- 2

neficium, vel aliquam donationem gratuitam, erat memor obligationis ex juſtitia, & per illam rem, ſeu donationem noluit obligationi ex juſtitia ſatisfacere, ſed gratis rem illam præſtare. Et tunc aſſeverunt Petrum minimè obligationi ex juſtitia ſatisfeciſſe; ideoque poſtea nequit uti occultâ compenſatione, quia illa res fuit gratis donata; & hæc eſt prima pars diſtinctionis, quam ſectantur Rodriguez. in *Summ. part. 2. cap. 49. n. 2.* Diana. *Oper. moral. tom. 6. tract. 3. reſolut. 152. §. 1.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 10.* Sabelli. *Summ. diverſ. tract. §. Compenſatio. num. 27.* Eamque refert Sanchez. in *Decalog. lib. 1. cap. 13. num. 11.*

3 Secunda pars diſtinctionis eſt, quando, Petrus qui ex juſtitiæ obligatione tenetur, creditori ſuo contulit gratuitum obſequium ignorando debitum ex obligatione juſtitiæ. Quippe illo caſu, volunt poſtea quando debiti ex juſtitia recordatur, compenſationem facere poſſe per rem illam donatam cum tali ignorantiâ, eò quia præſumitur, ſi debiti fuiſſet memor, non eſſet adeo liberalis, quam ſecundam partem amplexantur Sabelli. *Summ. diverſ. tract. §. Compenſatio. num. 27.* Layman relatus à Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 10.* Rodriguez. *Summ. part. 2. cap. 49. num. 2.* Eamque referunt Sanchez. in *Decalog. lib. 1. cap. 13. num. 11.* Diana. *Oper. moral. tom. 6. tract. 3. reſolut. 152. §. 1.*

4 Affirmativam verò ſententiam abſolutè, ac indiſtinctè defendit Navarra. *lib. 1. de Reſtit. cap. 1. num. 393.* Cujus meminit Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap. 1. num. 1. & cap. 2. num. 1.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6.* Bonacin. *de Reſtit. in genere. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. n. 13.* Extimans non requiri utraque debita oriri ex obligatione juſtitiæ, ſed ſufficere debitum proficiſci ex præcepto juſtitiæ, ex charitate, ex voto, aut ex juramento, ſeu ex promiſſione ad hoc, ut poſſit compenſari cum debito ex juſtitia. Opinionis Navarræ ratio 5 eſt, quia ipſo jure, quod quis aliquid alteri ſub peccato tradere tenetur, non eſt quare hic occultè nequeat accipere, ſi is dare nolit, nec aliâ viâ ſit recuperaturus, & ſicut alter tenetur alteri dare; ita ego poſſum accipere, nec illi infero injuriam ſumendo, quod mihi præſtare debet, ut dixit Bonacina. *Oper. moral. de Reſtitut. in gener. quæſt. ultim. punct. 2 propoſit. 2. num. 13.*

Neque in hoc caſu videtur 6 injuſtè læſus, cum ſub peccato dare teneatur, & per Judicem ad id præſtandum cogi poſſit, præſertim ſi proximi utilitatem reſpiciat. Ideoque accipiens, injuriam illi non infert, nec juſtè, quòd ſic accipiat, poteſt conqueri. Quippe & qui extremam, 7 vel valde gravem neceſſitatem patitur eleemoſynam ab eo, qui ex charitate dumtaxat dare tenetur, occultè accipere poteſt, ut ex eodem Navarra refert Sayrus *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6.* Vel quia Judex eum dare com- 8 pellat. Nam qui ex voto, religione, vel juramento in honorem

Dei

Dei præſtare tenetur aliquid, per Judicem poteſt cogi, ut adimpleat, cujus Navarræ placiti præter Sayrum *Clau Reg. lib. 9. cap. 14. num. 9.* Meminit quoque Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap. 2. num. 1. in fine*

9 Hæc enim opinio Navarræ fulcitur in eo, quod debitum deſcendens ex gratitudine, vel ex charitate, vel ex voto, vel ex juramento in honorem ſolius Dei, eſt debitum legale obligans ſub pœna peccati. Ergo tanquam de debito ex juſtitiâ, ad debitum quoque ex juſtitia proveniens, locum habere debet compenſa-
10 tio. Nam ſi Paulus ex voto, vel ex juramento in Dei honorem facto, centum mihi dare teneatur, & ego alia centum ex juſtitiæ obligatione illi debeam; unũ debitum cum alio compenſare queo.

11 Cui Navarræ opinioni ſuffragatur id, quod ſi Petro aliquid promiſi dare pro opere, quod tenebatur mihi gratis ex charitate præſtare, hæc promiſſio haud adimplere poſſum, ſed queo cõpenſare hoc debitum ex juſtitia, quo illi teneor ex tali promiſſione, cum debito ex charitate, quo Petrus mihi tenebatur. Hoc certius videtur, quando id, quod eſt acceptum eſt reſtituendum. Quippe promiſſio talis pretii compenſari poteſt cum ipſo debito ex charitate, vel ex religione proveniente.

12 Sed his omnibus neutiquam reſpuentibus, contraria opinio eſt tenenda, nempe debitum ex juſtitia compenſari non poſſe, cum debito ex gratitudine, vel ex charitate, eamque inſequuntur, ac docent Cordub. in *Summ. quæſt. 3.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 3.* Salas. *de Legib. diſput. 9. ſect. 2. num. 35.* Bonacin *de Reſtit. in genere diſp. 1. quæſt. ultim. punct. 1. propoſit. 2. num. 13. & num. 26.* Bart. à Sancto Fauſto in ſuo *Specul. diſput. 2. quæſt. 33. num. 3.* Sayr *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6.* Guzman. *Veritat. jur. verit. 16. num. 18.* Navarrus *manual. cap. 17. num. 113.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad Vener. part. 2. quæſt. 3. §. 3 num 18.* Graffis. *Deciſ. aur. cap. 8. num. 12.* Lopez. *part. 1. Inſtruct. Conſcient. cap. 158. & Inſtruct. negotiant. lib. 1 cap. 21.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2. in fine.* Zamoran. *de Compenſat. diſp. 5. cap. 2. num. 3. & diſp. 5. cap. 5. per tot.* Diana. *Oper. moral. tom 6. Reſol. 152. §. 2. tract. 3.* Lazzar. *Queſtion. Canonic. & practic. ſect. 2. quæſt. 8. n. 3.* Machadus *tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 23. document. 5 num. 5.* Fagundez in *Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 1. num. 3. & cap. 30. num. 1.*

Hujus concluſionis ratio eſt, 13 quia compenſatio eſt actus ſolius virtutis, cujus eſt rei ad rem æqualitatem conſtituere, ut depromitur ex Text. in *l. Inter Tutores 37. ff. de Adminiſtr. Tutor.* Text. in *l. Si conſtat 4. C. de Compenſat.* Text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Unde ſola lex, quæ hujuſmo- 14 di æqualitatem reſpicit, & cõpellit ad reſtituendum propriè, ac ſtrictè debitum; ad hanc compenſationem occultam faciendam jus præſtat, & lex juſtitiæ commutativæ dumtaxat eſt hujuſmodi. Cœterarum virtutum 15 ut

neficium, vel aliquam donationem gratuitam,erat memor obligationis ex juſtitia, & per illam rem,ſeu donationem noluit obligationi ex juſtitia ſatisfacere, ſed gratis rem illam præſtare. Et tunc aſſeverunt Petrum minimè obligationi ex juſtitia ſatisfeciſſe; ideoque poſtea nequit uti occultâ compenſatione, quia illa res fuit gratis donata; & hæc eſt prima pars diſtinctionis, quam ſectantur Rodriguez.in *Summ.part.2.cap.49. n. 2.* Diana. *Oper.moral.tom.6. tract. 3. reſolut.*152.§.1.Trullench. in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5.num.* 10. Sabelli *Summ.diverſ.tract. §. Compenſatio num.* 27. Eamque refert Sanchez.in *Decalog.lib.* 1. *cap.* 13. *num.*11.

3 Secunda pars diſtinctionis eſt, quando, Petrus qui ex juſtitiæ obligatione tenetur, creditori ſuo contulit gratuitum obſequium ignorando debitum ex obligatione juſtitiæ.Quippe illo caſu, volunt poſtea quando debiti ex juſtitia recordatur, compenſationem facere poſſe per rem illam donatam cum tali ignorantiâ, eò quia præſumitur, ſi debiti fuiſſet memor, non eſſet adeo liberalis, quam ſecundam partem amplexantur Sabelli. *Summ. diverſ tract.§.Compenſatio.num.* 27. Layman relatus à Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num.* 10. Rodriguez.*Summ.part.2.cap.* 49. *num.*2. Eamque referunt Sanchez.in *Decalog.lib.*1.*cap.*13. *num.* 11.Diana.*Oper.moral.tom.6.tract.* 3.*reſolut.*152.§.1.

4 Affirmativam verò ſententiam abſolutè, ac indiſtinctè defendit Navarra. *lib.*1. *de Reſtit. cap.*1. *num.*393. Cujus meminit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5.*cap.* 1. *num.* 1. & *cap.* 2. *num.* 1. Sayr.*Clav.Reg.lib.9.cap.14.num.6.* Bonacin.*de Reſtit.in genere. diſput.* 1.*quæſt.ultim.punct.* 2. *propoſit.* 2. *n.* 13.Extimans non requiri utraque debita oriri ex obligatione juſtitiæ, ſed ſufficere debitum proficiſci ex præcepto juſtitiæ, ex charitate,ex voto,aut ex juramẽto, ſeu ex promiſſione ad hoc, ut poſſit compenſari cum debito ex juſtitia.Opinionis Navarræ ratio 5 eſt, quia ipſo jure, quod quis aliquid alteri ſub peccato tradere tenetur, non eſt quare hic occultè nequeat accipere, ſi is dare nolit, nec aliâ viâ ſit recuperaturus, & ſicut alter tenetur alteri dare; ita ego poſſum accipere, nec illi infero injuriam ſumendo, quod mihi præſtare debet, ut dixit Bonacina. *Oper.moral.de Reſtitut.in gener.quæſt.ultim.punct.*2 *propoſit.*2.*num.*13.

Neque in hoc caſu videtur 6 injuſtè læſus, cum ſub peccato dare teneatur,& per Judicem ad id præſtandum cogi poſſit, præſertim ſi proximi utilitatem reſpiciat. Ideoque accipiens, injuriam illi non infert, nec juſtè, quòd ſic accipiat,poteſt conqueri. Quippe & qui extremam, 7 vel valde gravem neceſſitatem patitur eleemoſynam ab eo, qui ex charitate dumtaxat dare tenetur,occultè accipere poteſt, ut ex eodem Navarra refert Sayrus *Clav. Reg. lib.9. cap.* 14. *num.*6. Vel quia Judex eum dare com- 8 pellat. Nam qui ex voto, religione, vel juramento in honorem

Dei

Digitized by Google

Dei præſtare tenetur aliquid, per Judicem poteſt cogi, ut adimpleat, cujus Navarræ placiti præter Sayrum *Clau Reg. lib.9.cap.14. num.* 9. Meminit quoque Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 2. *num.* 1. *in fine*

9 Hæc enim opinio Navarræ fulcitur in eo, quod debitum deſcendens ex gratitudine, vel ex charitate, vel ex voto, vel ex juramento in honorem ſolius Dei, eſt debitum legale obligans ſub pœna peccati. Ergo tanquam de debito ex juſtitiâ, ad debitum quoque ex juſtitia proveniens, locum habere debet compenſa-
10 tio. Nam ſi Paulus ex voto, vel ex juramento in Dei honorem facto, centum mihi dare teneatur, & ego alia centum ex juſtitiæ obligatione illi debeam; unũ debitum cum alio compenſare queo.

11 Cui Navarræ opinioni ſuffragatur id, quod ſi Petro aliquid promiſi dare pro opere, quod tenebatur mihi gratis ex charitate præſtare, hæc promiſſio haud adimplere poſſum, ſed queo cõpenſare hoc debitum ex juſtitia, quo illi teneor ex tali promiſſione, cum debito ex charitate, quo Petrus mihi tenebatur. Hoc certius videtur, quando id, quod eſt acceptum eſt reſtituendum. Quippe promiſſio talis pretii compenſari poteſt cum ipſo debito ex charitate, vel ex religione proveniente.

12 Sed his omnibus neutiquam reſpuentibus, contraria opinio eſt tenenda, nempe debitum ex juſtitia compenſari non poſſe, cum debito ex gratitudine, vel ex charitate, eamque inſequuntur, ac docent Cordub. in *Summ. quæſt.*3. Trullench. in *Decalog. lib.*7.*cap.*5. *dub.*5. *num.*3. Salas. *de Legib. diſput.*9.*ſect.*2.*num.*35. Bonacin *de Reſtit. in genere. diſp.*1. *quæſt. ultim. punct.*1. *propoſit.*2 *num.*13. & *num.*26. Bart. à Sancto Fauſto in ſuo *Specul. diſput.*2. *quæſt.*33. *num.* 3. Sayr *Clav. Reg. lib.*9. *cap.*14. *num.*6. Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.*18. Navarrus. *manual. cap.* 17. *num.*113. Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad Vener. part.*2. *quæſt.* 3. §.3 *num* 18. Graffis. *Deciſ. aur. cap.*8. *num.*12. Lopez. *part.*1. *Inſtruct. Conſcient.. cap.*158. & *Inſtruct. negotiant. lib.*1. *cap.*21. Azor. *Inſtitut. moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*15. *quæſt.*2. *in fine.* Zamoran. *de Compenſat. diſp.*5. *cap.*2. *num.*3. & *diſp.* 5. *cap.*5. *per tot.* Diana. *Oper. moral. tom* 6. *Reſol.*152. §.2. *tract.*3. Lazzar. *Queſtion. Canonic. & practic. ſect.*2. *quæſt.*8. *n.*3. Machadus *tom.*1. *lib.*2. *part.*3. *tractat.*23. *document.*5 *num.*5. Fagundez in *Decalog. tom.*2. *lib.* 7. *cap.*1. *num.* 3. & *cap.*30. *num.*1.

Hujus concluſionis ratio eſt, 13
quia compenſatio eſt actus ſolius virtutis, cujus eſt rei ad rem æqualitatem conſtituere, ut depromitur ex Text. in *l. Inter Tutores* 37. *ff. de Adminiſtr. Tutor.* Text. in *l. Si conſtat* 4. *C. de Compenſat.* Text. in §. *In bonæ fidei. de Act.* Unde ſola lex, quæ hujuſmo- 14
di æqualitatem reſpicit, & cõpellit ad reſtituendum propriè, ac ſtrictè debitum; ad hanc compenſationem occultam faciendam jus præſtat, & lex juſtitiæ commutativæ dumtaxat eſt hujuſmodi. Cœterarum virtutum 15
ut

ut charitatis, religionis, & fidelitatis obligatio, non conſtituit prædictam æqualitatem rei ad rem, nec eam conſpicit, nec habet pro objecto debitum propriè acceptum, ut docet Zamoran *de Compenſat. diſput.5. cap.2. num.1.*

16 Ideoque ex illarum virtutum violatione nemo ad reſtitutionem tenetur: nec ex earum debito, poteſt quis titulo debitæ compenſationis quidquam ab alio accipere. Quippe ſi debitum non eſt ex juſtitia, ſed tantùm ex gratitudine, vel debito antidotali, vel ex voto, vel ex religione, nō poteſt occultè in compenſationem ſubripere id, quod ex hujuſmodi cauſis dumtaxat debetur, cum lex juſtitiæ ſolùm ad reſtitutionem obliget, ut benè tradidit Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.5. num.3.*

17 Secunda verò ratio eſt, quod compenſatio fit ad nanciſcendum, vel aſſequendum id, quod alter ſibi reſtituere tenetur; ſed alter dumtaxat reſtituere debet ex lege juſtitiæ, ex traditis à Zamoran. *de Compenſat. diſp.5. cap. 2. num.4.* Ergo compēſatio ſolùm locū habere poteſt in re ſibi debita ex obligatione juſtitiæ, ut rectè Bonacin. *de Reſtit. in gener. diſput.1. quæſt. ultim. punct.2. propoſ. 2. num.13.*

18 Tertia, quia ad hoc, ut locum ſibi aſciſcatur occulta compenſatio debitum, quod in compenſationem vertitur, ſimpliciter debitum eſſe debet; non verò ſe-
19 cundùm quid debitum; ſed debitum antidotale, ſeu ex gratitudine non eſt debitum ſimpliciter; ſed ſecundùm quid, ut tradunt Navarra. *de Reſtitut. lib. 3. cap.1. num.393.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.5. cap.1. num.1.* Ergo in eo locum habere non poteſt compenſatio.

Quarta, quia compenſatio ibi 20
admittitur, ubi debitor, & creditor ad invicem, æquâ obligatione alligantur argum. Text. in *l.1. ff. de Compenſat.* Eſtó utraque obligatio ſuos effectus producat; ſed gratitudinis obligatio, 21
quæ antidotalis nuncupari ſolet, nullos effectus in jure gignit Text. in *l. Si non ſortem 26. §. Libertus 12. ff. de Condict. indeb.* Cujus antidotalis obligationis encomia concinnè extollit Præſul Abruſcius in *Fac. gemin. fol. mihi 57. n.32.* Et animadvertūt Gloſſa, Bartolus, & Doctores in *l.5. ff. de Juſtit. & in l. Cum quis. C. de Jur. & fact. ignorant.* Donell. *lib.12. Comment. cap.2. verſic. Quæſitum eſt.* & ibi Oſſuald. *lit. O. & P.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicit. ad vener. part.2. quæſt.3. §.3. num.18.* Weſſembec. *ad tit. de Obligat. & actionib. num.5.* Tiraquell. in *l. Si unquam. verbo. Donatione largitus. num.68. C. de Revocand. donat.* Ergo compenſatio admitti nequit. Nec hujuſmodi debitum anti- 22
dotale, cum non ſit debitum ſtrictum, ac legale pariens naturalem obligationem, obligat in foro conſcientiæ ſub peccato; ſed eſt debitum morale decentiæ, ſolummodò quamdam honeſtam obſervantiam reſpiciens; quæ ex vi legis haud neceſſaria dici poteſt; ſed ſolùm ex vi honeſtatis, ac moralis decentiæ; quoniam retributio ad quam gratitudo vergit per ſe minimè eſt ſub præcep-

cep-

pto, quamvis ſit decens, & debita aliquo modo, more humano, ut tradit Zamoran. *de Compenſ. diſput.5.cap.1.num.1.* Hoc gratitu-
23 dinis debitum; ideo non eſt legale, ac ſtrictum, quia Deus cognoſcit ſenſus noſtri imbecillitatem; igitur noluit jubere, quamvis juſtè potuiſſet, ſed eſt debitum morale, quod perfecta gratitudinis ratio exoptare videtur, itaut ſine eo præſtito: niſi imperfectè gratè audiri non poſſimus, ut docet Leſſius *de Juſtit. & jur.lib.2.cap.47.dub.2.num.14.*
24 Haud obluctatur diſtinctio, quam initio retulimus, videlicet an debitor ex juſtitiâ ſe debere ſciverit, vel ignoraverit, quia oblivio debiti non operatur, ut donatio illa liberè facta, donationis titulum non aſſequatur; qui donationis titulus per oblivionem auferri non poteſt: nec etiã tolli poteſt per habitualem voluntatem, qua debitor donationis titulo non dediſſet; ſed titulo juſtitiæ dediſſet ad extinguendum debitum, ſi debitum illi in mentem veniſſet, ut docet Trullench in *Decalog.lib.7.cap.5. dub.5.num.10.ad finem.* Cujus etiã verba refert Diana. *Oper. moral. tom 6.tract.3.Reſol.152.§.1.* Quip-
25 pe ſi hi conſcii, aut talis obligationis memores eſſent, non eſt aſſerendum, quod per hoc non animo liberali, ſed ſatisfaciendi dediſſent. Nam hujuſmodi diſpoſitiones conditionales non ſunt attendẽdæ; ſed ſolùm volũtatis intentio conſpicitur. Siqui-
26 dèm in obligationibus juſtitiæ id peculiare eſt, ut illis minimè ſatisfiat, quoties alio titulo, vel donationis, vel eleemoſynæ, quàm ſolvendi debiti redditur. Nec conditionalis illa tollit, quin hic, & nunc ſit vera donatio, & eleemoſyna, & non debiti ſolutio, ut tradunt Lopez. *de Contract.cap.ultim.column.antepenult.verſic. Supereſt nunc.* Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num.10 in fine.* Sanchez.in *Decalog.lib.1.cap.13.num.11.* Diana. *Oper.moral.tom.6.tract.3. Reſolut. 152.§.1.*

Non obeſt prima ratio opi- 27
nionis affirmativæ Navarræ. Nã reſpõdetur, quod licet ille, qui ex charitate, vel ex gratitudine alicui aliquid donare teneatur, per Judicem ad id compelli queat; ideoque non ſequitur, propriâ authoritate, privato licere eum ſpoliare, titulo debitæ compenſationis, quando ille ex juſtitiæ obligatione nihil ſpolianti debet juxta Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap.2.num.5.* Nec eſt verum poſſe 28
eum, qui extremam patitur neceſſitatem, eleemoſynam ab eo, qui ex charitate ſolùm dare tenetur, accipere occultè: nam ſi quis ex charitate, gratitudine, vel religione dare teneatur, cum minimè teneatur reſtituere, non poteſt ab eo occultè quidquam in compenſationem accipere; & ſi ex hujuſmodi debito dumtaxat accipiat, ad rei acceptæ reſtitutionem certè tenetur, & peccat tam ex modo acceptionis, quàm ratione rei acceptæ, ut expreſsè docet Sayr *Clau.Reg.lib.9.cap.14. num.6.verſ.Si igitur.* Et facit quoque Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap.5.dub.5.num.3.* Ubi dixit, quod 29
vovens aliquid præſtare pauperi-

ribus, vel alicui Eccleſiæ Calicem dare; nec pauperes, nec Eccleſia id clam ſubripere poſſunt, & ſi ſubripiunt ad reſtitutionem tenētur, quod comprobat authoritate Navarr. *Manual cap. 17. num.* 113. Bart. à Sancto Fauſto. in *Specul. diſputat. 2. quæſt. 33. num. 3.*

30 Nec refragatur ſecunda ratio, quoniam debitū ex gratitudine, ſeu antidotale, non eſt propriè, & verè debitum ſtrictum, ac legale producens obligationē naturalem ſub peccato in foro conſcientiæ; ſed eſt debitum morale decentiæ pertinens ad quamdam obſervantiam, quæ ex vi honeſtatis; ſecus ex vi legis eſt neceſſaria. Leſſ. *lib. 2. cap. 47 dub. 2. num. 14.* Covarruv. in *cap. Quamvis pactum. part. 2. §. 4 num 5. de Pact. in 6.* Zamoran. *de Compenſat. diſp. 5 cap. 1 num. 2.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad Vener. part. 2. qu. 3. §. 3. num. 18.*

31 Minus nobis reluctatur poſtrema ratio. Nam reſpondetur, quod id, quod accipitur pro opere, vel omiſſione debiti ex lege, ſeu præcepto alterius virtutis, quàm juſtitiæ, videlicet gratitudinis, religionis, vel charitatis, non ſunt obnoxia reſtitutioni Vazquez. *de Reſtit. cap. 7. num. 43.* Filluc. *tractat. 31. cap. 9. quæſt. 7. & tractat. 32. cap. 4. ſect. 7. num. 102.* Sà. *verbo Reſtitutio. num. 9.* Sotus *de Juſtit. & jur. lib. 4. quæſt. 5. artic. 1. circ. med.* Bañez 2. 2. *quæſt. 62. artic. 5.*
32 *dub. 5.* Hoc patet, quia obligatio reſtituendi ſolummodò oritur ex violatione juſtitiæ commutativæ; quotieſcumque aliquid accipitur pro opere, ſeu prò omiſſione debiti ex alio præcepto, quàm juſtitiæ, tunc quidèm juſtitia commutativa non violatur, quia illo caſu nemini infertur injuria, ut docet Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap. 3. §. 2. num. 7. in fine.*

Hinc adnotandum eſt, quod 33
ſicut compenſatio in foro fori locum habet in debitis provenientibus ex diverſis cauſis, & rationibus, ut teſtantur Cujac. in *Not. ad lib. 16. digeſtor. tit. 2. in princip.* Gloſſ. in *l. Ex venditione C. de Compenſat.* & ibi Brunneman. *num.* 1. Gloſſ. in *l. Quod Labeo ff. de Compenſat.* Cormer. *lib. 19 Jur. civil Rom. Gallic. tit. 6. cap. 3 part. 1. ad fin verſ. Compenſatio.* Cujac. *Recit. ſolemn. in 4. lib. Codic. tit. 31. litera A.* Ejuſ- 34
modi in foro poli locum ſibi vindicat in debitis diverſæ rationis; dūmodò utrumque debitum ſit ex obligatione juſtitiæ, ut ſi mihi debes palium, ego verò debeo pecuniam Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5 num. 3. in fin.* Referēs Dianam. *part. 1. tract. 2. miſcellan. Reſolut. 48.* Valerum. *de Different. utriuſq. fori differ. 3. nu. 2. verſ. Compenſatio.*

Ampliatur 1. Noſtra principalis 35
concluſio, non poſſe me à mutuatario, cui ſæpius aliàs mutuavi pecuniam, clàm in compenſationem ſubripere, quando ipſe non vult mihi remutuare; quia mutuatarius non eſt mihi debitor ex juſtitiâ; ſed ex gratitudine tantùm Sayr. *Clau. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6. verſ. Primo.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5 num 3.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap. 1.* Bonacin. *de Reſtit. in gener. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. num. 14.* Nam 36
cum debitum ex gratitudine

non

Digitized by Google

non ſit legale, nec ſtrictum, non præſtat jus ad faciendam compenſationem occultam, Zamoranus loco citato retulit.

37 Ampliatur 2. Quippe ſi quis in gratiâ alterius beneficium, vel penſionem renunciavit, vel reliquit hæreditatem, ductus ſpe, ut beneficiarius, vel legatarius ſuis conſanguineis ſubveniat, nequit ipſe, nec conſanguinei abſque peccato, & obligatione reſtitutionis à beneficiario, vel legatario clam quidquam in compenſationẽ accipere; quamvis ſit ingratus, quia non tenetur ad id in conſciẽtiâ ex lege, nec ex obligatione juſtitiæ Zamoran. *de Compenſat.diſput.5.cap.1.num.4.* Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num.3.* Sayr.*Clav.Reg.lib.9.cap.14. num.6. verſic.Secundò.* Rodriguez *Summ.part.2.cap.43.num.2.*

38 Ampliatur 3. Quando quis conſanguineo, vel amico pauperi præſtitit alimenta, vel donavit aliquid propter amicitiam, paupertatem, vel cognationem; nam ſi poſtea mutet voluntatem, non poteſt ab eo aliquid clam in compenſationem ſubripere, ſi ille poſtea ad uberiorem fortunam pervectus, gratiam rependere nolit Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num. 3.* Zamoran.*de Compenſat.diſput. 5.cap. 1.num.5.*Sayr.*Clau.Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6. verſiculo Tertio.* Bart. à Sancto Fauſto.in *ſuo Specul.quæſt. 33.num.3.* Hujus ampliationis ratio eſt, quia ex eo quod gratis dedit, nullo interveniente pacto, aut obligatione ex parte accipientis beneficium, dumtaxat tenetur ex honeſtate, non ex conſcientiâ, ſeu obligatione juſtitiæ; ideoque non licebit ei, aliquid occultè in compenſationem accipere Zamoran.*dicta diſput.5.cap.1. num.5.*Sayr.*Clau.Reg.lib.9.cap.14. num.6.verſ.Tertio.*

39

Ampliatur 4. Ut famuli, qui 40 ſpe acquirendi mercedem ſponte dominis inſerviunt, abſque ullo pacto, vel intentione obligandi dominos, licèt nihil accipiant; tamen loco mercedis in compenſationem nihil occultè ſubripere poſſunt Sotus. *de Juſtit.& jur.lib. 5.quæſt.3. artic. 3. ad* 1. Navarrus. *Manual.cap.17.num.113.*Lugo. *de Juſtit.& jur.diſput.* 16. *ſect.* 4. *§.* 2. *num.79.*Vazquez.*de Reſtitut.cap.5. §.1.dub.10.num.59.*Medina.*C.de. Reb.reſtituend.quæſt.11.*Cordub in *Summ.quæſt.111.*Bonacin.*de Reſtitut.in genere.diſput.1.quæſt.ultima punct.2.propoſit.2.num.15.* Quia id, quod debetur, non ex juſtitia 41 debetur; ſed ex gratitudine, ideoque nihil occultè in compẽſationem ſubripere poſſunt, quia debitum deſcendens ex gratitudine, cum debito ex juſtitiâ compẽſari nequit Bonacin.loco citato Sayr.*Clau.Reg.lib.9. cap. 14. num. 6.verſic.Quarto.*Trullench. in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5.num.11,*Navarrus.*cap. 17. num. 113.* Sed quo ad hanc quartam ampliationem vide, ac tene, quod dicam in ſuo loco peculiari.

Ampliatur 5. Quoties uxor 42 toto matrimonii tempore, marito, debitâ ſolertiâ, ac curâ, fideliter inſervivit, adeo ut ejus ſervitia, aliqua remuneratione digna videantur. Quippe quamvis maritus hujuſmodi ſervitia haud gratificaverit, nec in ſuprema vo-

voluntate aliquid ei reliquerit; non poteſt uxor ſecretè ex bonis mariti aliquid in eorum ſervitiorum compenſationem accipere; quià hujuſmodi ſervitia minimè maritum obligant ex aliqua lege ad gratificationem temporalem: nec maritus tenetur ex aliquo præcepto obligante ſub peccato; ſed dumtaxat ex æquitate, & decentia Rodriguez. *Summ. cap.* 100. *num.*11. *part.*1. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*5. *cap.*1. *num.*7. Lopez. *Inſtruct. conſcient. cap.*161.
43 *aſſert.*1. Nam uxor ratione matrimonii tenetur marito præſtare ſervitia, ut benè Rodriguez loco citato, præcipuè ſi præſtita ſervitia non ſint mechanica, quæ uxoris nobilitatem, dignitatemque non dedeceāt, ac reſrāgētur, ut Zamoran. *de Cōpēſ. loc. cit.* Facit Text. in *l. Interdum la primera. ff. de Oper. libertor.* Bald. in *l. Si uxorem. num.*6. *C. de Condict. inſert.* Suarez *lib.*9. *tit. de los Pleytos.* Garcia. *de Donat. remunerator. num.*28. Sànchez. *de Matrimon. lib.*6. *diſp.* 6. *num.*14 Felin. in *cap. Illud. num.*
44 *num.*11. *de præſumpt.* Hujuſmodi enim ſervitia in dubio, gratitudinis causâ, facta videntur, quia procedunt ex conjugale amore, qui inter virum, & uxorē verſari ſolet. Unde quamvis prædicta ſervitia remuneratione ſint digna; tamen uxor poſtea variare nequit, circa præteritum, intentionem permutando, & ſubripiendo, hac viâ propriâ authoritate, remunerationem per compenſationem, propter ſervitia antea gratis præſtita viro, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.*5.
45 *cap.*1. *num.*7. *in fin.* Quia in debitis gratuitis locum non habet compenſatio Diana *Oper. moral. tom.*6. *tract.*3. *Reſol.*152. *§.*2. Trullech. in *Decalog. lib.*7. *cap.*5. *dub.*5. *n.*3. Eſcobar. *de Confeſſar. p.*2. *q.*3. *§.*3. *n.*18

Ampliatur 6. Non eſſe compenſationi locum, quando vir promiſit arrhas uxori, gratiâ ſolius urbanitatis, & benevolentiæ. Nam multoties hujuſmodi arrharum promiſſio fieri ſolet in nuptiis ad oſtendēdum animum gratum, abſque voluntate tunc inducendi aliquod debitum legale, ac ſtrictum; quo in caſu cum non detur debitum certum, 47
& liquidum, quale ad compenſationem faciendam requiritur per Text. in *l. Final. C. de Compenſat.* Ut latiſſimè lucubravi in *quæſt.* 12. *lib.*1. *tom.*1. Et noviſſimè tradit D. Matthæus Sorrentinus, doctiſſimus Præceptor meus, in Academia Neapolitana Canonici juris interpres, & ob laborem, ſtyliqud ſublimitatē admodùm commendandus in ſuo *Theatr. & examin. omnium deciſ. Regni Neap. in Anton. Capye. deciſ.*167. *n.*2. & *cap. unic. num.*5. Idem eſt, quando maritus verbis ſolummodò, non ſcripturâ, vel teſtibus, arrhas promiſit, ubi nec etiam promittere videtur animo ſe obligandi; 48
niſi de contrario inter ipſos appareat Rodriguez *Summa part.* 1. *cap.*100. *num.*11. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*5. *cap.*1. *num.*7. Lopez. *Inſtruct. conſcient. cap.*161. *aſſert.*1. *verſic. Si autem pro ſponſione.* Cordub. *de Caſib. conſcient. quæſt.*128. Sed ad hoc, ut uxor nihil teneatur reſtituere in noſtro Regno Caſtellæ expoſcitur, 49
arrhas decimam partem bono-

rum

rum ſponſi non excedere per *l.2.tit.1 lib.5. Recopilat.* Et ſi prædictam decimam partem excedant, exceſſus quo ad forum conſcientiæ non valet, ideoque nullâ Judicis expectatâ ſententiâ, eſt reſtituendus, ut tradit Sanchez. *de Matrimon. lib.6 diſput. 33. num. 2.* Ubi rationem affert, videlicet, quoniam leges hæc hoc prohibentes, ac annullantes, receptæ ſunt in utroque foro, ſicut ipſemet uſus teſtatur. Unde cum hoc verum ſit, quoad hunc exceſſum locum habere nequit hæc ſexta ampliatio, quia in prædicto exceſſu eſt locus occultæ compenſationi, contra uxorem, cui arrhas promiſit, ac ſolvit, ut tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput.5. cap.1. num.9. in fine.*

50 Quando verò duo viciſſim aliquid ſibi promiſerunt; & unus nolit promiſſũ adimplere: tunc alter minimè tenetur adimplere, ſed cõpenſatione uti poteſt, juxta Leſſium *de Juſtit. lib.2. cap. 18. dub.10. num.75.* Ubi citat Navarr.
51 *cap.11. num.7.* Qui hoc permiſſum eſſe ſuſpicatur, quando poſterior non adimpleat, quia tunc alter adimplere non tenetur; ſecus ſi promiſſio ſecunda alio fine eſt facta. Sed Leſſius loco citato adver-
52 sùs Navarrũ indiſtinctè ãplectitur, cõpẽſationi locum eſſe. Primò, quia hæc jura, ac debita ſunt ejuſdem rationis. Ergo in illis admitti poteſt compenſatio. Secundò quoniam poſterior promiſſor, non videtur ſe voluiſſe obligare, ad adimplendam promiſſionem, eo eventu, quo acciderit, promiſſarium, qui priùs pollicitus fuerat, ingratum fieri, fidemque violare. Quippe hujuſmodi ingratitudo non ſuf- 53
ficit ad revocandam donationem jam completam; licèt donans occultâ compenſatione uti poſſit, tantumdem ſubtrahendo, quantùm ille promiſerat, ut refert Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.18. dub.10. num.75. in fine.* Dummodò aliâ viâ, rem promiſſam conſequi nequeat. Nam hoc eſt 54
unum ex requiſitis ad juſtè faciendam compenſationem occultam, ut videre eſt apud Sayrum *Clav. Reg lib.9. cap.14. num.7. verſic. Quarta.* Azor. *Inſtitut. moral. part.3. lib.5. cap.15. verſic. Deinde.* Mẽdum. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio num.1.* Caſtropal. *Oper. moral. tract.32. diſput.1. punct.16. §.3. num.6.* Vazquez. *de Reſtit. cap.5. §.1. dub.8. num.41.* Lugo. *de Juſtit. diſput.15. ſect.5. num. 91.* Filgueram. *Summ. in 7. Præcept. Decal. tract.29. cap.1. art.3. ad fin.* Dian. *Oper. moral. tract.3. Reſolut.148. §.2. tom.6.* Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.5. num.4.*

SUMMARIUM.

1 *Dominium rei acceptæ per compenſationem legitimè factam, ſecundùm* Medinam, *non transfertur in accipientem.*

2 *Dominus antiquus rem ſibi per compenſationem ſublatam, licitè poteſt extrahere à quocumque poſſeſſore.*

3 *Adjudicari res minimè poteſt, niſi proprio domino.*

4 *Dominia rerum traditionibus trãſferuntur.*

5 *Traditio nulla intercedit, quando quis*

quis rem alterius occultè in compenſationem accipit.

6 *Dominium rei per compenſationem juſtè, ac legitimè factam in compenſantem tranſfertur.*

7 *Dominium rei per compenſationem, authoritate publica factam in accipientem transfertur.*

8 *Compenſatio, cum ſit permiſſa à jure naturali, habet eandem vim, ac ſi facta publica authoritate fuiſſet, ideò debet valere in foro conſcientiæ.*

9 *Dominium per dominorum conſenſum in alium transferri poteſt.*

10 *Dominium quare per compenſationem in accipientem transferatur.*

11 *Legata res, ſi abſque culpa, & mora hæredis pereat, legatario perit.*

12 *Res accepta per occultam compenſationem, non domino, ſed accipienti periit.*

13 *Res perit domino ſuo.*

14 *Compenſationem novam facere non poteſt is, qui res aliquas in juſtam compenſationem accepit: nec exigere de novo debitum ſuum.*

15 *Dominium ad hoc, ut fiat accipientis, ſufficit ut dominus non ſit rationabiliter invitus.*

16 *Dominus non poteſt dici rationabiliter invitus, ſi ex bonis debitoris ſibi compenſet.*

17 *Dominium rei per ſolutionem fit accipientis.*

18 *Dominium rei tranſit in accipientem, quando quis eam ſubripit ex præſumpta, vel interpretativa domini voluntate.*

19 *Compenſans occultè accipiẽdo rem, eam ſubripit, domino rationabiliter non prohibente.*

20 *Judex poſtquam compenſatio juſtè, ac legitimè facta fuit cum omnibus conditionibus requiſitis, non poteſt res acceptas in compenſationem antiquo domino adjudicare.*

21 *Occulta compenſatio quando fit ſine debitis conditionibus, ex præſumptione, quod injuſtè res acceptę in eam ſubreptæ ſint antiquo domino adjudicari debent.*

22 *Judex, cui conſtat, compenſationem occultam juſtè, ac licitè factam, peccaret mortaliter contra juſtitiam commutativam, ſi compenſantem ſpoliaret, vel ob factam compenſationem aliquam pœnam ei imponeret.*

23 *Judex quandò certò ſcit ad occultam compenſationem neceſſarias conditiones nõ interceſſiſſe, poteſt compenſantem ſpoliare, vel aliquam pœnam imponere.*

24 *Dominus antiquus, ſi ſciret compenſationem occultam factam fuiſſe cum omnibus requiſitis; tunc non poſſit rem accipere, nec retinere, quamquam per Judicem illi adjudicetur.*

25 *Creditor, ſi à Judice ob compenſationem ſecretò factam, nulla intercedente culpa ad aliquam pœnam condemnetur in foro poli parere non tenetur.*

26 Cardinalis de Lugo quædam affertur ratio.

27 *Differentia inter creditorem compenſantem, & eum, qui ex voluntate interpretativa rem debitoris accepit.*

28 *Voluntas ſufficit ad plenam, ac abſolutam dominii translationem.*

29 *Debitor quando ei res in compenſationem ſubripitur, cenſetur non ha-*

habere voluntatem, niſi cum illa conditione, ac poteſtate recuperandi rem ſuam.

30 *Dominium rei per occultam compenſationem in compenſantem transferri, eſt uſu recepta opinio.*

31 *Occulta compenſatio quando fit in re diverſæ ſpeciei: an transferat dominium in compenſantem.*

32 Cardinalis de Lugo limitatio quando locum habere poſſit?

33 *Traditio rerum per quot titulos fiat.*

34 *Occultam compenſationem faciẽs, videtur habere aliquod jus in re accepta.*

35 *Compenſans, ſi compenſationem cum omnibus conditionibus requiſitis juſtè, ac legitimè fecit; & per hoc condemnetur à Judice, non obligatur in foro conſcientiæ ad ſolvendam pœnam eadecauſa impoſitam.*

36 *Sententia Judicis fundatur in præſumptione compenſationis indebitè, ac injuſtè factæ.*

37 *Maritus ſi ante Concilium Tridentinum aliquam clandeſtinè duxerit uxorem, & alteram in faciem Eccleſiæ, non tenetur obedire Judici jubenti cum ſecunda maritaliter cohabitare, & quare?*

38 *Condemnatus ad pœnam ob occultam compenſationem juſtè, ac legitimè factam, non tenetur eam pœnam ſubire in foro poli ex falſa præſumptione ei impoſita.*

39 *Occulta compenſatio, ſi illicita fuit ex defectu alicujus conditionis; quamquam creditor ad acceptæ rei reſtitutionem nõ teneatur: quoniam in ejus acceptionem adversùs juſtitiam non peccavit: attamen poteſt condemnari ad aliquam pœnam propter culpam prȩteritam commiſſam in compenſationem. Idcircò in foro conſcientiȩ tenetur ad pœnam ſolvendam, jubentè Judice.*

40 *Sententia Judicis, quoad occultam compenſationem dicitur in utroque foro juſta; quotieſcumque culpa in creditore præceſſerit.*

ARGUMENTUM.

Utrùm per Compenſationem legitimè factam, transferatur in compenſantem Dominium rei hoc titulo acceptæ?

QUÆSTIO V.

PRiuſquam exhibitæ hypotheſis diſputationem adoriar; dignum animadverſu arbitror præmittere, ac monere, hance hæſitationem ſolummodò procedere, quoties concurrunt conditiones neceſſariæ ad juſtam compenſationem faciendam, de quibus ſuſiſſimè egi in *quæſt.* 1. Ad cujus difficultatem reſponſum iri videtur negativè, videlicet minimè per hujuſmodi compenſationem, dominium rei, in compenſantem tranſire, quam etiam opinionem amplexus fuit Medina. *C. de Reſtit. quæſt.* 11. 1

Ejus opinamẽti ratio eſt, quia quamvis hæc compenſatio fiat cum omnibus conditionibus neceſ- 2

ceſſariis, tamen rem illam, de
poteſtate cujuſcumque, apud
quem fuerit reperta, antiquus
dominus licitè poteſt extrahere.
Ergo dominium illius rei, in ac-
cipientem occultè viâ compen-
3 ſationis tranſire nõ poteſt. Huic
opitulatur id, quod in hoc ca-
ſu in foro fori, abſque dubio,
tamquam ſua illi adjudicabitur;
quod minimè liceret, ſi dominus
antiquus per hujuſmodi com-
penſationem amiſiſſet dominiũ
illius rei, ac in compenſantem eſ-
ſet translatum.
4 Secunda ratio eſt, quoniam
rerum dominia traditionibus
transferuntur Text. in *l. Traditio-
nibus. C. de Pact.* Text. in *§. Per
traditionem. Inſtit. de Rer. diviſ. &*
5 *acq. ear. domin.* Sed quando quis
authoritate propriâ, occultè rem
alterius accipit, nulla traditio
intercedit. Ergo dominium il-
lius rei in accipientem nequit
transferri.
6 Sed his haud obluctantibus,
cõtraria opinio eſt tenenda, ideſt
per talem compenſationem ju-
ſtè, ac legitimè factam, dominiũ
rei in compenſantem transferri;
quam opinionem tenent Moli-
na. *de Juſtit. & jur. tract. 2. diſputat.*
691. *num. 2.* Zamoran. *de Compen-
ſat. diſput. 2. cap. 4. num. 6.* Lugo. *de
Juſtit. & jur. diſput. 16. ſect. 6. num. 112.*
7 Hujus concluſionis ratio eſt,
quia toties, quoties Compenſa-
tio, authoritate publicâ, fieret,
tunc per eam dominium rei in
accipientẽ transfereretur, illud-
que antiquus dominus deperde-
8 ret; ſed compenſatio ritè, ac re-
ctè facta, cum ſit permiſſa à jure
naturali, habet prorsùs eandem
vim, ac ſi publicâ authoritate, fa-
cta fuiſſet in foro cõſcientiæ, ideo
debet valere, ut rectè docet Moli-
na. *de Juſt. tract. 2. diſput. 691. num. 3.*
Ergo per eam benè poteſt domi-
nium rei acceptæ in cõpenſatio-
nem, in accipientem tranſire.
Secunda ratio, quia per domi- 9
norum conſenſum, dominium
rectè in alium transfertur, ut
eruitur ex Text. in *l. Acquiritur.*
10. *§. 1.* & Text. in *l. Si procurator.*
13. *ff. de Acquirend. rer. domin.* Sed
in noſtro caſu adeſt cõſenſus an- 10
tiqui domini, ſaltem conſenſus
tacitus, ac debitus, quatenus ve-
rus, ac antiquus dominus con-
ſentire debet, in dicta dominii
translatione ipſo jure, quòd cre-
ditor debitum ſuum, aliâ causâ
recuperare non poſſit, ut rectè
Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2.
cap. 4. num. 2. in fine.* Ergo domi-
nium porrò transferri poteſt.
Tertia, quoniam res domino 11
perit Text. in *l. Incẽdium. C. Si cert.
tat.* Ut eſt in re legatâ, quæ ſi
abſque culpâ, & morâ hæredis
pereat, legatario perit Text. in
l. Nõ amplius 26. *§.* 1. Text. in *l. Ti-
tiæ.* 36. *§. Si alteri. l. Cum res.* 49.
§. Ultim. ff. de Legat. 1. Text. in *l.
Si ex legati cauſa.* 23. *ff. de Verb.
obligat.* Text. in *§. Si res legata* 16.
Inſtitut. de Legat. Sed ſi res ac- 12
cepta occultè in compenſatio-
nem pereat, compenſanti perit,
hoc eſt accipienti, ut docent
Molina. *de Juſtit. & jur. tract. 2. di-
ſput.* 691. *num. 3.* Lugo. *de Juſtit. &
jur. diſput. 16. ſect. 6. num.* 112. Za-
moran. *de Compenſat. diſput. 2. cap.
4. num. 3.* Ergo per talem com-
penſationem in eum, dominium
rei acceptæ translatum fuit.
Quip-

Digitized by Google

13 Quippe aliàs ſi dominium apud debitorem maneret, cujus antea erat priuſquam compenſatio induceretur, ſequeretur, quod ſi compenſatione factâ, illæ res abſque culpâ ejus, qui eas accipit in ſuas perirent; non perirent compenſanti, ſed ei cujus antea erat, eò quod quoties aliud in jure non eſt ſtatutum, res perit illi, cujus eſt. Unde ſi non eſſet vera opinio noſtra, ideſt quod domi-
14 nium tranſeat in compenſantem, ſequeretur abſurdum, nẽpe poſſe iterum facere novam compẽſationẽ eũ, qui res illas in compenſationẽ juſtam accepit; & exigere de novo debitũ ſuum, quod tamquam abſurdum haud admittẽdum teſtatur Molina *de Juſtit & jur. tract. 2. diſput. 691. n. 3. in fine.* Quem ſequuntur Lugo *de Juſtit diſputat. 16 ſect. 6. num. 112.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 4. num. 3. in fine.* Et propter hanc tertiam rationem, ſibi magis placere hanc opinionem noſtram fatetur Cardinalis de Lugo loco citato.

15 Quarta. Ubicumque apprehenditur rei poſſeſſio, quæ vel domino careat, vel dominus non ſit rationabiliter invitus, nihil deficit ad hoc, ut tale dominium fiat accipientis; quia perinde eſt dominum non eſſe invitum, vel non eſſe rationabiliter invitum, ac ſi careret domino, quo ad effectum vitandi furti malitiam, quoties creditor aliter debitum ſuum nequit nanciſci, dominus rationabiliter in-
16 vitus dici non poteſt, ſi ex bonis debitoris ſibi compenſet, cum per hoc dominus ſolummodò compellatur ad ſolutionem ejus, quod debet. Ergo nihil impedit nè creditor per hujuſmodi compenſationem fiat dominus, ac aſſequatur dominium rei acceptæ Lugo *de Juſtit. diſput. 16 ſect. 6. num. 112. in fine.*

Quinta. Nemini dubium eſſe 17
poteſt, per ſolutionem transferri dominium rei ſolutæ, vel permutatæ in accipientem, ſed compenſatio eſt ſolutio Text. in *l. Si conſtat 4. C. de Compenſat.* Text. in *l. Si peculium. § de illo. ff. de Stat. liber.* Text. in *l. Vel permutavit ff de Liberal. cauſ.* Text. in *l. Solutionis. C. de Solution.* Ergo per eam dominium rei compenſatæ in compenſantem debet transferri.

Sexta. Si quis rem Sempronii 18
occultè ſubripit, ex præſumptâ, vel interpætativâ ſaltem ejuſdem Sempronii voluntate; & licèt prædicto Sempronio accipiendi modus diſpliceat, non tamen dicitur invitus, quoad ſubſtantiam. Nam tunc abſque dubio, dominium rei acceptæ tranſit in accipientem, eamque validè poteſt alienare, tamquam ſi emptionis titulo eam ſibi comparaſſet, quoniam eam accipit, nec invito, nec reluctante domino. Sed in noſtra facti ſpecie creditor accipit rem, debitore 19
non rationabiliter invito. Ergo non eſt cur ejus dominus fieri non poſſit, & validè ejus dominium in alium trãsferre, ut docet Lugo *de Juſtit. diſput. 16. ſect. 6. num. 112. verſ. Confirmare in fine.*

Non opponitur prima ratio cõ- 20
trariæ ſentẽtiæ. Nam reſpõdetur, falſum eſſe dicere antiquum domi-

minum poſſe de poteſtate cujuſvis, rem acceptam in compenſationem extrahere; dummodò appareat ac conſtet, compenſationem factam fuiſſe cum omnibus conditionibus ad juſtã cõpẽſationem requiſitis, quo in caſu, nèc Judex antiquo domino rem illam poteſt adjudicare, ut benè Molina. *de Juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 691. *num.* 3. *in fine*. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 4.
21 *num.* 4. Si verò non intervenirent neceſſariæ conditiones, de quibus tractavi latè in *quæſt.* 1. tunc compenſatio injuſtè, ac illicitè præſumeretur facta; ideoque hujuſmodi res acceptæ ex præſumptione, quod injuſtè eſſent uſurpatæ, domino antiquo adjudicarentur, aut in pœnam, quod non viâ ordinariâ, eſſet facta eidem adjudicarentur. Quando omnia
22 neceſſaria concurrunt, tunc Judex, cui conſtaret juſtè, ac licitè compenſationem fuiſſe factam, adversùs Juſtitiam commutativam læthaliter peccaret, ſi tunc compenſantem ſpoliaret, aut ob factam compenſationem, aliquã pœnam ei imponeret; & hoc idem affirmandum eſſe de accuſante compenſantem ex Molina. loco. citato aſſerit Zamoran. *de Compẽſat. cap.* 4. *diſput.* 2. *n.* 4. Et ab eo hujuſmodi pœnam exigente, quoties certò ipſi conſtat, interveniſſe omnes cõditiones neceſ-
23 ſariæ. Si hoc non conſtet, Judex rectè ſpoliare poteſt compenſantem, eique imponere aliquam pœnam, vel majorem, vel minorem, juxta qualitatem culpæ, quę
24 præſumitur. Quando domino antiquo conſtaret omnia requiſita interveniſſe, quæ ad juſtam, ac licitam compenſationem poſtulantur, tunc abſque injuſtitia non poſſit rem illam accipere, nec retinere, quamquam per Judicem illi adjudicetur, quoniam ſententia Judicis innititur falſæ præſumptioni. Quapropter Do- 25
ctores docent, ſi à Judice ob compenſationem ſecretó factam, licèt nullâ intercedat culpâ, creditor ad aliquam pœnam condemnetur, hujuſmodi imponenti talem pœnam, rem illam debitori adjudicanti, in foro poli non tenetur parere, prout tradit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Quoniam cum nulla intercedat culpa, nulla pœna debetur. Nam pœna culpam præſupponit Text. in *l. Sed ſi non data. §. Final. ff. de Fideicommiſſar. libert.* Text. in *l. Si qua pœna. ff. de Verb. ſign.*

Sed prædictæ primæ rationi 26
adverſæ ſententiæ faciliùs reſpõſum iri autumat Cardinalis de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 6. *num.* 113. Videlicet poſſe debitorem rem ſuam poſteæ vindicare, ſolvendo debitum alio modo. Nam tunc creditor cum limitatione videtur acquiſiſſe dominium, hoc eſt, quoties debitor vellet ſolvere debitum, tunc poſſet rem ſuam recuperare; & hujus rationem affert, quia creditor in tantùm poterat rei acceptæ dominium aſſequi, in quantum debitor, dum non ſolvebat debitum, non poſſet rationabiliter conſentire, quia hoc modo conſulebat ſibi, ſuoque debitori. Igitur aliter, niſi cum 27
hac limitatione creditor non

potuit dominium nanciſci. Unde diſcrimen conſtituit inter creditorem compenſantem, & inter eum, qui occultè ex voluntate Sempronii interpretativa rem ejus accipit, hic ejus dominium abſolutè aſſequitur, itaut ſi poſtea Sempronius rem ſuam inveniens, & ſciens ex voluntate ſua, & neutiquam per errorem acceptam eſſe, nequeat eam ſibi vindicare; quoniam jam legitimè dominium tranſiit in accipientem. Quippe ſi Sempronius ſcit tempore acceptionis, ſe fuiſſe in tali voluntate habituali, qua non erat invitus quoad ſubſtantiam, circa acceptionem, poſtea nequit pœnitere, & eſſe invitus, mu-
28 tatâ voluntate, quoniam ad dominii translationem dumtaxat inſpicitur voluntas, quam acceptionis tempore habebat; quæ ſufficit ad plenam, ac abſolutam dominii translationem. Ideoque prædictus Cardinalis de Lugo in dicta *diſput.* 16. *ſect.* 6. *num.* 113. *in fine*. Concludit in hoc caſu de
29 compenſatione, debitorem ſcire ſe non habuiſſe, nec debuiſſe habere voluntatem, aliter in compenſationem conſentiendi; niſi cum illâ conditione, ac poteſtate recuperandi rem ſuam, debito ſoluto. Idcirco aliter dominium creditori acquiſitum dici non poteſt, & hujus limitationis Cardinalis de Lugo meminit quoque Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 4. *num.* 5.

30 At tu noſtram ſententiam, tamquam uſu receptam, ut dicit Zamoranus loco citato inſequere. Quippe minimè refragatur, quod ex voluntate præſumptâ tam debitoris, quàm creditoris, in re alterius ſpeciei fiat revocabiliter, ac conditionatè hujuſmodi dominii translatio. Unde Zamoran. *de Compenſat diſput.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. Poſt perpenſam Cardinalis de Lugo limitationem, dixit non eſſe ſufficiens fundamentum ad affirmandum, quòd quotieſcumque fit occulta 31
compenſatio in re diverſæ ſpeciei, ſemper fieri de facto dominii translationem; vel eſſe hanc præſumptam volũtatem, tam creditoris, quàm debitoris. Siquidem ut benè dicit Zamoranus, nonnunquam id, quod in compenſationem ſumitur, tale eſt ut circumſtantiis eluceſcat plus ab antiquo domino haud æſtimari, vel eſſe illi gravius eâ re carere, quàm carere pretio, quod debitor ſolvere debet. In uno caſu locũ habe- 32
re poſſe limitationem Cardinalis de Lugo, fatetur Zamoran. *diſput.* 2. *cap.* 4. *num.* 6. *in fine*. Quod mihi quoque arridet, videlicet, quando ex circumſtantiis apparet eo genere compenſationis nimis debitorem gravari; & mallet ſolvere debitum in pecunia, quàm cum tale re compenſare; quamvis dicat hoc raró evenire. Sed tu tene indiſtinctè noſtram opinionem.

Non opponitur ſecunda, quia 33
breviter reſpondetur, non ſolùm per traditionem dominium rerum transferri, ſed etiam per alios plures titulos, in alios dominium tranſit, ut per præſcriptionem, uſucapionem, adoptionem, deportationem, ceſſionem, aditionem, bonorum poſſeſſionem, donationem, permutatio-

nem, emptionem, & per juſtum bellum, ut tradidit Sylveſter. *Summ. verbo. Dominium. num.4. quæſt.3.& 4.* Ergo ſi his titulis
34 dominium tranſit in accipientem; à fortiori debet tranſire per compenſationem, quia accipiens habet majus jus ad rem, quam accipit. Nam videtur accipere id, quod ſuum eſt, ut depromitur ex Text. in *l.1. ff. de Compenſat.*

35 Si creditor à Judice ad quandam pœnam ſolvendam condemnetur ob compenſationem occultè factam,& de facto nulla creditoris culpâ intercedat,ſervatis omnibus conditionibus ad ejus licitum uſum, non obligatur in foro conſcientiæ ad ſolvendam pœnam eadecauſa impoſitam Molina.*de Juſtit. & jur. tract.2.diſput.691.num.2.* Lugo.*de Juſtit. diſput.16. ſect.6. num.114.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.2.*
36 *cap.4.n.4.in fine.* Ratio eſt,quia ea ſententia fundatur in præſumptione compenſationis indebitè, ac injuſtè factæ.Quippe præſumitur culpam interveniſſe in acceptione illius rei,quodMolina loco citato comprobat. Nam ſi
37 quis ante Tridentini exordium aliquã duxerit uxorẽ clandeſtinè;&alterã poſtea duxit in faciẽ Eccleſiæ, non tenetur obedire Judici jubenti, maritaliter cum ſecunda cohabitare, quia illa ſententia fundatur in præſumptione, quod ſecunda eſſet illius legitima uxor, ſecus verò prima; idcirco quamquam excommunicatio proferatur coram Deo; excõmunicatus minimè diceretur, ſi hujuſmodi ſententiæ non pareat. Et ita dicendum aſſerit 38
in noſtro caſu, quod condemnatus ad pœnam, propter legitimam compenſationem, non teneretur eam pœnam ſubire in foro poli ex falsâ præſumptione ei impoſita Molina dicta *diſput.691.num 2.lit.C.*

Sin autem hujuſmodi compenſatio illicita fuit ex defectu 39
alicujus conditionis, quamvis creditor poſtea ad acceptæ rei reſtitutionem non teneatur; quoniam in ejus acceptione adversùs juſtitiam non peccavit, nec poſtea peccat in ejus retentione, at poteſt tamen condemnari ad aliquam pœnam ob culpam præteritam in compenſatione commiſſam, quo in caſu teneri in foro conſcientiæ ad eam pœnam ſolvendam jubente Judice teſtatur Cardinalis de Lugò. *de Juſtit.& jur.diſput.16.ſect.6.num.114.in fine.*Quoniam tunc 40
Judicis ſententia in utroque foro juſta dicetur, cum verè culpa in creditore præceſſerit, idem Lugo loco citato conſentiũt Zamoran.*deCompenſat diſput.2.cap.4. n.4. in fine.* Molina. *de Juſtit. & jur.tractat.2.de Delict.diſput: 691. num.2.verſic.Mihi probatur.*

SUMMARIUM

1 *Hæc quæſtio in omnibus contractibus procedere poteſt.*
2 *Læſio in contractu emptionis, & venditionis dupliciter contingere poteſt.*
3 *Læſus ultra medietatem, poteſt facere occultam compenſationem*

4 *Le-*

4 *Leges permittentes læſionem infra dimidium juſti pretii, an vim habeant quoque in foro pol i?*

5 *Læſus infra medietatem juſti pretii facere poteſt occultam compenſationem.*

6 *Occulta compenſatio ad hoc ut fieri poſſit requiritur ut læſio ſit liquida.*

7 *Gener an poſſit facere occultam compenſationem adversùs Socerum, quum læſus eſt in æſtimatione rerum dotalium.*

8 *Pactum initum de ſtando taxationi intelligitur, dummodò taxatio manifeſtè injuſta non fuerit.*

9 *Occultæ compenſationi an ſit locus ob non acceptum pretium ſummum, ſeu rigoroſum intra limites juſti contractus emptionis, & venditionis, ſed infimum, aut mediocre, ſecundùm conventionem in ipſo contractu factam.*

10 *Species ejus quæſtionis.*

11 *Venditor peccat adversùs juſtitiam ſubripiendo ab emptore exceſſum pretii conventi, aut aliquid de mercè diminuendo.*

12 *Venditor quando poſſit facere occultam compenſationem?*

ARGUMENTUM.

Utrùm Compēſatio occulta locum habeat ob non acceptum juſtum pretium in contractu Emptionis, & Venditionis?

QUÆSTIO VI.

Haudquaquam hæſitationem hujuſmodi, intra 1
venditionis, ac emptionis contractus cancellos obſependam, compeſcendam, includendamque eſſe ſequitur affirmandum; ſed ad quoslibet alios contractus porrigendam, extendendamque pernoſco. Unde non intelligitur tātùm de cōtractu emptionis, & venditionis, ſed in omnibus aliis ſimilibus contractibus procedere poteſt, ut quis ſe læſum deprehendatur juſto pretio. Primo 2
modo læſio contingit intra latitudinem juſti pretii, quia venditor ſuum pretium non accipit; ſed infimum, ſeu mediocre; quoniam cum emptore aliter convenire non potuit. Quamobrem emptor rem emit pretio infimo, ut juſtè poterat, cum minimè teneatur emere pretio ſummo, aut mediocre. Secundo, accidit læſio intra juſti pretii latitudinem, ſcilicet vendendo ultra ſummum, & emendo intra infimum. Unde 3
quando læſio in pretio, fit infra, aut ultra medietatem, certum eſt, tunc poſſe læſum facere occultam compenſationem, dummodò concurrant conditiones in quæſtione prima memoratis, ut tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 11. *n.* 2. Quia læſio in pretio eſt contra æqualitatem, quæ in ſuis commutationibus à commutativa juſtitia exoptatur. Quippe tunc minimè præſumitur exceſſus condonatio, ſeu juſti pretii donatio Lopez. *Inſtruct. negotiant. lib.* 1. *cap.* 53. *in princip.*

4 Ad hoc ut ſciatur, utrùm læſo liceat facere occultam compenſationem, videndum eſt, an leges permittentes hanc læſionem in contractibus intra dimidium juſti pretii, vim quoque in foro poli aſſequātur, itaut contrahentes à peccati labe liberētur. Nam ſi hoc verum ſit, conſequenter dicendum erit, non poſſe læſum facere compenſationem occultam. Sin autem dictæ leges dumtaxat procedant in foro fori, & ſic contrahentes cum læſione intra dimidium juſti pretii adversùs commutativam juſtitiā peccare; & ad reſtitutionem teneri, tunc fatendum eſt, licere læſo facere compenſationem occultam quoad recuperationem defectus pretii, vel valoris rei uſque ad latitudinem juſti Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 11. *num.* 4. *in fine.*

5 Hinc autem firmandum eſt, quod quoties quis ſe læſum deprehendit in pretio in hujuſmodi contractibus, poteſt facere occultam compenſationem contra lædentem, quamvis læſio non ſit infra, aut ultra dimidium juſti pretii; ſed ſolummodò intra medietatem, ut docuerunt, ac inſequuntur Lopez. *Inſtruct. negotiāt. cap.* 53. *in princip. lib.* 2. Zamoran. *dict. diſput.* 4. *cap.* 11. *num.* 22. Cordub. *de Caſib. conſcient. quæſt.* 2. *& quæſt.* 130. Rodriguez. in *Summ. part.* 2. *cap.* 79. *num.* 9. *concl.* 9.

6 Hujus concluſionis ratio eſt, quia lædens ultra dimidium juſti pretii, hujuſmodi læſionem ex juſtitia compenſare tenetur. Quapropter ſi læſo aliud non ſuperſit remedium, poterit occultâ compenſatione uti, ſervatis conditionibus alibi memoratis. Sed læſio debet eſſe liquida, & clara ad hoc, ut compenſatio locum habeat; quoniā in dubio nemo profectò debet ſpoliari, & quoque quantitas liquida debet eſſe, nè ultra debitum admittatur compenſatio contra Text. in *l.* 1. *ff. de Compenſat.* Cum hujuſmodi compenſatio ſolum fieri debeat in exceſſu. Unde non eſt facilè aſſentiendum dicentibus, ſe injuſtè læſos, aut deceptos fuiſſe in contractibus; ideoque velle facere compenſationem; quia deſiderium cariùs vēdendi, aut vilius emendi obcæcat homines, ut facilè credant deceptionem, ſeu læſionem in pretio interveniſſe; meritò ſi liquidò de læſione non conſtet, non erit admittenda hujuſmodi compenſatio, ut refert Zamoran. *dict. diſput.* 4. *cap.* 11. *num.* 22. *in fine.* Quia multoties ſolent conqueri, quod fuerint decepti, moti dumtaxat amore proprii intereſſe, magis quàm veritate facti, eò quia verè, & realiter non fuerunt decepti, quia ſæpè non conſtat manifeſtè factam fuiſſe dictam fraudem, ut ex Medina refert Cordub. *de Caſib. conſcient. quæſt.* 103. Quare confeſſarii debent eſſe multùm cauti de his ſecretis compenſationibus tractātes, ut ex Lopez & Corduba admonet Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap* 79. *num.* 9. *concl.* 9. *in fine.*

Quid dicendum de genero, 7
qui cum ſocero pactus eſt de ſtādo taxationi, quam alii fecerint de rebus mobilibus in dotem ſibi datis; qui gener habuit intentionem, quod ſi non rectè taxaſſent, ipſe poſſet facere occultam

com-

compenſationem, uſque ad juſtum valorem talium rerum, quam intentionem ad vitandas rixas, cum ſocero, vel ob graviora mala, tunc non explicuit; an ſi hic gener comperiat dictam taxationem non fuiſſe rectè factam peccet, ſe compenſando, & id, quod incompenſationem accepit, reſtituere teneatur?

8 Huic difficultati reſpondetur, quod ſi taxatio fuit injuſta; tunc non peccat gener faciendo occultam compenſationem, nec id quod in compenſationem accepit reſtituere debet, ut ex Cordub. *de Caſib. conſcient. quæſt.* 130. tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 11. *num.* 23. Quia pactum initum de ſtando taxationi intelligitur, dummodò taxatio manifeſtè injuſta non fuerit, quod animadvertere ſocer debet, quod ſi non fecit, ſibi ipſi debet adſciſcere, quippe ejus inadvertentia genero non debet nocumentum aferre. Si clarè non conſtat de taxatione injuſta, tunc gener nequit uti occultâ compenſatione; quam ſi fecerit peccabit, & ad reſtitutionem tenetur, quoniam dum de taxationis injuſtitia non conſtat, inito pacto ſtare tenetur; & licet gener exiſtimet taxationem probabiliter fuiſſe injuſtam; tamen compenſatione uti nequit, quia ea opinio eſt ſolius facti, ad tradita per Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. Cum jus ad juſtam compenſationem non præſtet, idem Zamoran. *diſput.* 4. *cap.* 11. *num.* 23. *in fine.* Si clarè non conſtat, taxationem in aliquo fuiſſe injuſtam, ac non clareſcat in qua pretii quantitate fuerit injuſta medietas, vel pars de qua ambigitur, nec liquidò deberi conſtat, ſocero reſtituenda erit Lopez. in *Inſtruct. conſcient. cap.* 161. *verſ. Sed quid tandem* relatus à Zamorano Ubi ſupra.

Sed an ſit locus occultæ compenſationi, ob non acceptum pretium ſummum, ſeu rigoroſum intra limites juſti in contractu emptionis, & venditionis; ſed infimum, aut mediocre, ſecundùm conventionem in ipſo contractu factam? 9

Hæc difficultas proponitur à Navarra *de Reſtitut. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 18. Scilicet fingamus, quod ulna panni valeat pretio rigoroſo ſex, atque viginti argēteos; mediocri, quinque ultra viginti, & infimo viginti quatuor. Inter emptorē, & vēditorē conventū fuit, ut ulna pretio infimo daretur, ideſt quatuor, & viginti. Quæ convētio ex vēditoris parte fuit fraudolēta, animo poſtea ſe compenſandi, uſque ad pretium rigoroſum, & ut rem ipſam compararet, fefellit emptorem in menſura, præſtando quinque ulnas, & ſemis, loco ſex ulnarum, quas petebat, ad hoc ut ultra conventionem haberet duodecim argenteos, qui rigoroſo pretio deerant; & ſi in mēſura nō fefellit, aliâ viâ ab emptore ſubripuit duodecim argenteos. Nunc indubium vertitur, an hæc compenſatio ſit cōtra juſtitiam, ita ut venditor ad illius exceſſus reſtitutionem teneatur? Quod dubium quamvis ab ipſo Navarra indeciſum relinquatur; nihilominus propendet in validitate compenſatio- 10

ſationis, itaut venditor minimè ad reſtitutionem teneatur, quia contra juſtitiam non peccavit; ſed contra fidem datam de ſtando conventioni juſtæ. Nam quãvis in hoc caſu venditor diminuat, viâ cõpẽſationis aliquid de merce, aut aliquid occultè ſubripiat, hoc minimè juſtitiæ refragatur, quia inter rem, & pretium adhuc ſervatur æqualitas.

11 Sed hoc non obluctante, contrarium eſt tenendum; ſcilicet non ſolùm non eſſe locum occultæ compenſationi, propter non acceptum pretium rigoroſum, ſed dumtaxat imſimum, aut mediocre, prout inter contrahentes fuit contractum; ſed potius poſſe emptorem facere occultam compenſationem, ſi reperiat vẽditorem, ipſum defraudaſſe, ex hac cauſa in menſura panni, uſque ad pretium rigoroſum, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.4.cap.12.num. 7. & 11.* Ratio eſt, quia venditor peccat adversùs juſtitiam ſubripiendo ab emptore exceſſum pretii conventi;

12 Aut de merce, hoc titulo aliquid diminuendo, & id, quod ab eo abſtulit, reſtituere tenetur. Igitur ſi nullum aliud remediũ emptori ſuperſit, contra hujuſmodi venditorem, poterit facere occultam compenſationem Zamoran. loco citato *n 11. in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Adulterii gravitas extollitur, & refertur Conſtitutio Neapolitana, per quam adulteris pœnã flagelli cum naſi obtruncatione irrogatur.* Et laudatur Carpzovius.

2 *Pœna adulterii de jure Neapolitano impoſita, hodie non ſervatur.*

3 *Adulteri immunes à tribunalibus diſcedunt, & de ipſo crimine gloriantur.*

4 *Principes leges contra adulteros latas exequutioni non mandantes graviter peccant, juxta* Clarum.

5 *Adulterii pœna de jure noſtro Hiſpano eſt, ut adulteri tradantur marito offenſo, ut eos ſi vellet, occidat.*

6 *Pœna adulterii apud varias nationes qualis ſit.*

7 *Bruta adulterium vindicant.*

8 *Caper adulterio conſentit.*

9 *Thori ſeparatio ob adulterium uxoris impeditur. Si uxor excipiat de eodem adulterio viri, quia tunc admittitur adulteriorũ compenſatio,* & referuntur Doctores hanc ſententiam ſectantes.

10 Adducuntur verba Filgueræ, & laudatur Pater Carolus Caſalicchius Societatis Jeſu.

11 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

12 *Compenſatio mutuorum adulteriorum datur de jure noſtro Hiſpano,* & refertur l.8.tit.2 partid.4.

13 *Conjuges, ſi uterque mœchati ſint, neuter habet actionem ob injuriam.*

14 Expenditur Text. in l. Si uxor. §. Judex. ff. Ad leg. Jul. de adulter.

15 Refertur quidã locus Divi Auguſtini.

16 *Mulieres dura lege vivunt, ſecundùm* Plautum.

17 *Accuſare nemo debet eum, qui criminis ejus, quo accuſans laborat.*

Non

18 *Non debemus facere quod in aliis reprehendimus.*
19 *Delicta puniri Reipublicæ intereſt.*
20 *Compenſatio adulteriorum admittitur, quando agitur ad ſeparationem Thori.*
21 Objectio Textus in l. Si uxor. §. Judex.
22 *Paria delicta mutua compenſatione tolli quando procedat.*
23 *Differentia quando mulier eſt relata inter reos, vel non.*
24 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur, quando agitur civiliter.*
25 *Compenſatio ad hoc, ut in mutuis adulteriis locum habeat, quid requiratur.*
26 *Adulterium completum unius conjugis, non poteſt compenſari cum mollitie alterius, nec cum pollutione in tertia perſona.*
27 *Sodomia unius conjugis an poſſit compenſari cum adulterio naturali alterius conjugis.*
28 *Divortium conceditur tam propter ſodomiam, quàm propter adulterium.*
29 *Sodomia cum adulterio compenſari nullo modo poteſt.*
30 *Paritas delictorum attenditur ad hoc, ut compenſatio adulteriorum admittatur.*
31 *Compenſatio eſt ſolutio.*
32 *Pœna fœminæ adulteræ eſt, ut virgis cædatur, & detrudatur in Monaſterium, ut pœnitentiam agat.*
33 *Pœna ſodomiæ eſt ultimum ſupplicium.*
34 *Delictum, quando diverſa lege punitur, non admittit compenſationem.*
35 *Culpa cum culpa compenſari non poteſt, quando una alteri præponderat.*
36 *Sodomia cæteris omnibus criminibus eſt atrocior,* & impugnatur Sanchez.
37 *Sodomiæ immanitas.*
38 *Adulterium conſumatum viri; an compenſetur cum adulterio non perfecto uxoris.*
39 *Compenſatio adulteriorum ad hoc, ut fiat, nihil refert uter conjugum prius labatur in adulterio.*
40 *Adulterium conjugis poſt condemnationem factam, an compenſetur.*
41 *Conjugi poſterius adulteranti, non competit exceptio compenſationis illius adulterii, quod condonavit.*
42 *Reconciliatio matrimonium in priſtinum ſtatum reponit.*
43 *Adulterium unicum viri an compenſari poſſit cum pluribus adulteriis uxoris.*
44 *Plura adulteria cum adulterio unico compenſantur.*
45 *Adulterium publicum optimè cum adulterio occulto compenſari poteſt.*
46 *Probatio in occultis per teſtes non requiritur.*
47 Exponitur Textus in cap. Significaſti 4 de Divortiis.
48 *Tranſactio ob adulteria an fieri poſſit inter virum, & uxorem.*
49 *Adulteriorum compenſatio fit quoad pœnas civiles amiſſionis dotis, & bonorum adulteræ.*
50 Referuntur verba l. 13. tit. 9. partid. 4.
51 *Conjux adulter ſi corrigatur, & alter in fornicatione perſiſtat; tunc non admittitur compenſatio adulteriorum, ſed conjugi emenda-*

dato licet divortium facere.

52 *Oſculum uxoris cùm oſculo viri compenſatur.*

53 *Adulteriorum compenſatio poteſt opponi tam ante, quàm poſt litem conteſtatam: dummodò ſint liquida, ac notoria.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ob mutua Conjugum Adulteria fieri debeat ſeparatio Thori, vel admittatur Adulteriorum compenſatio?

QUÆSTIO VII.

1 CRimen, gravitatemque adulterii extollere, ac commonſtrare nefas cõjecto. At quãtum per adulterium matrimonia lædãtur affatim innoteſcit, exquo Plinius *lib.2. Hiſtor. natural. cap.7.* Matrimoniis, numinis encomia tribuit ibi: *Matrimonia quidèm inter Deos credi.* De cujus gravitate diſſerens Cicero. *lib.1. de Natur. Deor.* inquit: *Nec enim multò abſurdiora ſunt ea, quæ Poëtarum vocibus fuſa ipſa ſuavitate nocuerunt. Quis & ira inflammatos, & libidine furentes induxerunt Deos: fueruntque, ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera viderimus: odia præterea, diſſidia, diſcordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effuſas in omni in temperantia, libidines, adulteria vincula, cum humano genere concubitus, mortaleſque ex immortali procreator.* Et demum numina furtorum, ſcelerumque adulteria Plinius. *lib.2. cap.7.* appellavit ibi: *Sed ſuper omnem impudentiam adulteria inter ipſos fingi: mox jurgia, & odia, atque etiam furtorum eſſe, & ſcelerum numina.* Et eruditiſſimus Carpzovius *Prax. criminal. part.2. quæſt.51.* Ubi poſtquam adulterii naturam exponit in *quæſt.52.* Maximâ, ac non vulgatâ eruditione, refert pœnas, quibus adulteri apud varias Orbis nationes afficiebantur. Et *num.10.* prædictæ *quæſtionis 52.* tradidit ex Vivio *Comm. opinion. lib.2. verbo. Adulter. num.4.* Apud Neapolitanos mulierem adulteram publicè flagellari, naſumque obtruncari; quod juſſit Federicus Imperator per Conſtitutionem incipiẽtẽ *Legum aſperitate.* ibi: *Sed ultionem Thori violati naſi truncationis. lib.3. Regn.*
Conſtit. Rub.74. Sed ego licèt hac 2
in uberrima Neapoli Urbe immoratus ſim per decennium, numquam tamen adulteris naſum præſcindere conſpexi. Quippe ſi omnibus adulterium patrãtibus naſum obtrũcaretur, pauci (quod haudcredendum eſt) naſum haberent. Aſt nõ ſolum naſi 3
truncatione non plectuntur; ſed immunes à Tribunalibus diſcedunt; & hoc non ſolùm in hoc Regno verum eſſe puto, ſed ſuſpicor ſic per omnem Chriſtianam Rempublicam obſervari. Unde infauſtè dolendum eſt temporibus noſtris, ut exclamat Clarus in *Prax. criminal. §. Adulterium. num.7. in fine.* In quibus paſſim apud omnia ferè Tribunalia adulteri evadunt impunè, imò de ipſo crimine gloriantur illi,

illi, quorum adulterantur uxo-
res accuſare erubeſcant, ne in
perpetuam infamiam (ita pravâ
conſuetudine permittente) in-
4 cidant. Quapropter ipſemet Cla-
rus aſſerit, quod ſemper fuit in
ſententia, quod Principes illius
temporis, qui hoc graviſſimum
crimen ſeveriſſimis legibus ha-
ud coërcebant, eaſque executio-
ni mandare non operantur, gra-
viſſimè peccant; & deniique hæc
verba ſubnectit: *Et judicio meo
iſte eſt unus ex caſibus, in quibus
Chriſtiana Reſpublica indigeret re-
formatione*. Igitur ſi Clari tem-
poribus hujuſmodi quereba-
tur; quid dicendum tempo-
re noſtro, quia quotidiè tempus
patitur corruptelam, & paſſim
ſeculum ad pejora tendit?

5 De jure noſtro Hiſpano, adul-
ter, & adultera ponũtur in mani-
bus mariti offenſi, ut de eis, & de
eorum bonis faciat quidquid vel-
let; unde poterit eos necare, re-
fert Villadieg. in *l.6.n.3 lib.3.tit.2.
de la s bodas ilicitas, del fuero juzgo.*
Gomez. in *l.80.Tauri.n. 47. verſic.
Hodie.* & adeſt *l.1.tit.7.lib.4. for.ll.
l.7.tit.15.lib* 8.*Ordinam.l.6.lib.3.tit.
2.del fuero juzgo*. ibi: *Ambos ſean
metidos en poder del, que los pueda
vender, ò facer dellos lo que quiſier.
l.1.tit.20. lib.8. Recopilat.* ibi: *Si
muger caſada ficiere adulterio, ella,
y el adulterador ambos ſean en po-
der del marido, y faga dellos lo que
quiſiere, y de quanto han*. Et de
6 variis adulterii pœnarum gene-
ribus, omiſſis Authoribus pra-
cticis, eruditos, ac hiſtoricos per-
volve, præſertim Aull. Gell. *lib.*10.
*Noct. Atticar. cap.*25. Cæl. Rhodi-
gin. *lib.*20. *Lect. antiq. cap.*25. Alex.
ab Alex. *lib.*4. *Dier. genial. cap.*1.
Gregor. *Syntagmat. jur. lib.*36. *cap.
6. num.*21. Arniſ. *de Jur. connubial.
cap.*5. *ſect.*8. Cæteroſque, quos bre-
vitatis causâ prætermitto. Tan- 7
dem ut adulterii ſenſibilitas om-
nibus patefiat, ſcire oportet bru-
tis quoque diſplicere, ac vindi-
care, ut de Leone teſtatur Pli-
nius *lib.*8. *cap.*16. De Elephante 8
tradidit Elianus. *lib.*2. *Hiſtor. ani-
mal. cap.*15. Solummodò Caper à
naturali inſtinctu aliorum ani-
malium aberrat, dum juxta plu-
res Authores, non ſolùm adul-
terium non ulciſcitur; ſed illi aſ-
ſentitur, ut refert Covarruv. in
*Theſaur. ling. Caſtellan. in verbo. Ca-
bron. in fine.* Funes. in *Hiſtor. ani-
mal.* Ariſtoteles Stagirita *lib.*2. *cap.*
18. Licèt contrarium amplecta-
tur Elianus. *lib* 6. *cap.*41. Ubi di-
cit Capros zelotypos eſſe, quod
mihi veriùs videtur, quia, ut aſ-
ſerit Funes, tamquam Tauros,
ob zelotypiam Capros pugnare
videmus.

His hujuſmodi prænotatis, ad 9
quæſtionem reſpondetur, quod
ſeparatio thori ob adulterium
uxoris impeditur, ſi uxor exci-
piat de eodem adulterio viri, & è
contrà, quia tunc admittitur mu-
tuorum adulteriorum compen-
ſatio Sabelli. *Summ. diverſ. tractat.
§. Matrimonium num.*20. & *§. Ma-
ritus. num.*3. *§. Adulterium. num.
11. in fine*. Chriſtin. *Deciſ. Belg.*
133. *num.*50. *lib.*5. *tit.*12. *volum.*3. &
*deciſ.*218. *lib.*9. *tit.*9 *num.*38. *vol.*5.
& *ad Conſuet. Mechlinienſ. tit.*2. *ar-
tic.*13. *num.*11. Dec. in *l. Semper in
contractibus. ff. de Reg. jur.* Caſtrẽſ.
*conſil.*412. *vol.*1. Alberic. in *l. Con-
ſenſu. C. de Repud.* Gloſſ. in *cap Si-*

gnificaſti. verbo Niſi conſtaret. de Divort. Innoc. *verbo. Conſtaret*, Hoſtienſ.*num.4. verbo. Conſtaret*, Zabarell.*num.2.* Jo: Andr, *num.9.* Boich.*num 7.* Ancharan, *num.4. 8.& 10.* Butrius. *num 6.* Abbas, *num.1.in fine . & num.5. & num.9.* Sanchez, *de Matrimon.lib.10.diſputat.5. num.2. & diſput 6. num.1. & diſputat.9. num.24.* Jaſo. in *l.2. num.2.ff.Solut. matrim.* Azo. in *Summ.C.ad Leg.Jul. de Adulter. num.13.* Farinac. *Prax. criminal. 4.part. quæſt.142. part.1. num.39. ampliat.3.* Cum ibi congeſtis Cãtera. *Quæſtionum criminal. cap 4. tit.de Adulterio n.36. verſic.Quartus caſus*, Covarruv. in 4. *Decret, part.2.cap.7.§.6. num.5.* Navarrus in *Manual.cap.22.num.23. verſic. Octavo. & lib.5.tit.17. de Adulter, conſil.1.& 2.* Baſil. Ponze. *de Matrimon.lib.9.cap.16.num.5*, Gonzalez. in *cap.Tua fraternitas 7. num. 1.de Adulter*, Filliuc, *tract.10. part.1.cap.10. num.374.* Farinac. *Prax.criminal.part 4.quæſt 143. §. Compenſatio. num.69.* Panormitan. in *cap.Conſtitutus . num.9. de Converſ conjug.* Erod,*lib.4.Rer.judic.tit:16. cap.10*, Beſold, *conſil.55. num.13 part.2.*

10 Hanc eandem ſententiam ſectatur Filguera in *Summ. de Sacrament matrimon:tract.11. cap.2.de Divortio. verſic.Siete caſos* ibi:*Porque el derecho,que tenia el uno para deſapartarſe de el otro,le pierde por el adulterio,que tambien cometiò,ya ſi ſe compenſa un delicto con el otro.* Eandem opinionem noſtram inſequitur doctiſſimus Pater Carolus Caſalicchius Societatis Jeſu *lib.2.Reſolut.moral.cap.10.num.2.*

11 Hujus concluſionis ratio eſt, quia paria delicta, mutuâ compenſatione tolluntur Text. in *cap.Significaſti*, *cap.Ex literis. de Divort.* Text, in *cap.Intelleximus. & cap.Final. de Adulter.* Text.in *l.Viro,atque uxore 40. ff.Solut.matrimon.* Et de jure noſtro Hiſpano 12 quoque probatur noſtra concluſio per *l 8 tit.2.partid. 4.* Ubi mutuorum adulteriorum datur cõpenſatio. Verba *l.8.* hæc ſunt ibi: *Mas ſi el adulterio fueſſe conocido nõ debe yacer con aquel que es acuſado, el maguerlo,el demãde,fueras endeſi miſmo oviesſe caido en eſſe miſmo pecado de adulterio.C aen tal manera debe el complir ſu voluntad pueſque egualmente pecaron , porque el pecado de cadauno de ellos, embarga aſſimiſmo de manera , que non puede accuſar al otro . Ca mucho ſeria deſaguiſada coſa del marido quitarſe de ſu muger por pecado de adulterio, ſi probaſen a el que havia fecho eſſe miſmo yerro.* Nam quando uter- 13 que conjux mæchatus eſt , neuter habet actionem ob injuriam, ut optimè dicit Ponze. *de Matrim.cap.17 num 5.lib.9.* Cum paria delicta mutuâ compenſatione tollantur.Ideoque equùm eſt,ut eâ lege, quam ambo contempſerunt neuter vindicetur Text. in dicta *l.Viro , atque uxore.ff. Solut. matrim.* Text.in *l.Si filium 3. C.de Liberal.cauſ.* Text in *l. Si duo. 36. ff.de. Dolo.* Text.in *l.Si ambo.10. ff. de Compenſat.* Text.in *l.In arenam. 11.C de inoffic. teſtam.* Text.in *l. Quoniam.C.de Hæretic.* Quippe ſi 14 in hoc caſu non admitteretur compenſatio , periniqùum videretur , ut ab uxore pudicitiam vir exigat, quam ipſe ſervare renuit *cap.Nihil iniquiùs 32.quæſt.4.*

cap.

cap. Apud 23. *quæſt.* 5. Text. in *l. Si uxor* 13. *§. Judex. ff. de Adulter.* Cujus verba hæc ſunt: Judex *adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudicè vivens, mulieri quoque bonos mores colendi author fuit. Periniquum enim videtur eſſe, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat, quæ res etiam poteſt virum damnare, nō rem ob compenſationem mutui criminis inter utroſque communicare.* Quam ſententiam, Ulpianum ſumpſiſſe ex reſcripto Imperatoris Antonini teſtatur Ponze. *de Matrimon. lib.* 9. *cap.* 17. *num.* 5. Quod relatum eſt in fragmentis Codicis Gregoriani *l.* 6. ut dixit eruditiſſimus Gonzalez. in *cap. Tua fraternitas. de Adulter.* Cu-
15 jus quoque partem referre Div. Auguſt. *lib.* 2 *de Adulter. conjug. cap.* 8. Dixit Ponze. Verba Auguſtini ſunt hæc: *Neque enim ſi penes te culpa eſt, ut matrimonium ſolveretur, & ſecundùm legem Juliam uxor tua Eupaſia nuberet propter hoc reſcriptum. Habebunt autem ante oculos hoc inquirere an tum tu pudicè vivens, illi quoque bonos mores colendi author fuiſti; periniquum mihi videtur eſſe, ut pudicitiam ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet. Quę rès poteſt, & virum damnare, non ob compenſationem mutui criminis rem inter utrumque componere, vel cauſam facti tollere.* Hùc etiā pertinet illud Lactātii Firmiani dicētis *lib. 6. Divinar. inſtitut.* Exēplo continētiæ docēda eſt uxor, ut ſe caſtè gerat: iniquum enim eſt, ut id exigas, quod ipſe præſtare, vel nolis, vel non poſſis. Quippe ut fatetur Senec. *Epiſtol.* 34. improbus eſt, qui ab uxore pudicitiam exigit, ipſe alienarum corruptor uxorū exiſtat. Quamobrem juris civilis iniquitatem objurgare videtur Plaut. in *Mercator. act.* 4 *ſcen.* 8. per hæc verba.

Ecaſtor lege durâ vivunt mulie- 16
res,
Multoque iniquiore miſeræ, quām viri.
Nam ſi vir ſcortum duxit, clàm uxorem ſuam,
Id ſi reſcivit uxor, impunè eſt viro.
Uxor viro, ſi clam domo egreſſa eſt foràs,
Viro fit cauſa, exigitur matrimonio.
Utinam lex eſſet eadem, quæ uxori eſt viro!
Nam uxor contenta eſt, quæ bona eſt uno viro.
Qui minùs vir una uxore contentus ſiet?
Ecaſtor, faxim, ſi itidem plectantur viri,
Si quis clam uxorem duxerit Scortum ſuam,
Ut illi exiguntur; quæ in ſe culpam commerent;
Plures viri ſint vidui, quàm nunc mulieres.

Suffragatur cōcluſioni huic, alius 17
Divi Augùſtini locus *lib.* 1. *de Serm. Domin. in monte.* ubi ait: *Nihil iniquiùs eſt, quàm fornicari. Occurrit enim illud, in quo alterum judicas, temetipſum condemnas, eadem enim agis, quæ judicas* (Alludit ad verba Pauli 2. *ad Romanos,* ut dicit Ponze *de Matrimon. lib.* 9. *cap* 17. *num.* 5.) Quapropter quiſquis qui fornicationis causâ vult abjicere uxorem, prior debet eſſe à fornicatione purgatus, & mundus. Idem Auguſtin. *Sermon* 48.

de Verb. Domin. inquit: *Si dicturi eſtis uxores, ſervate vos uxoribus veſtris, quales, vultis eas invenire, tales, & ipſe inveniet vos. Quis juvenis, qui non caſtam velit ducere uxorem? Et ſi accepturus eſt Virginem, quis non intactam deſideret, intactā quæris? intactus eſto. Puram quæris, num enim illa poteſt, & tu non poteſt? item illa. Tu exigis ab uxore, videlicet, & non vis reddere hoc uxori? & vis uxorem tuam victricem eſſe libidinis, tu victus taces?* Unde certi juris eſſe debet, non adulterii nomine uxorem à viro, vel ab uxore maritum judicialiter inquietari poſſe, cum pariter eodem crimine ſeſe commacularunt Text. in *cap. Intelleximus. de Adulter.* Et commiſſa adulteria compenſatione mutuâ abolentur Panormitan. in *cap. Conſtitutus. num 9. de Converſ. conjug.* Erod. *lib. 4. Rer. jud. tit. 16. cap. 10.* Et ſi maritus concubinis ſe immiſceat, quomodo ab uxore caſtitatem exigere poteſt? Surd. *de Aliment. tit. 7. quæſt. 16. num. 47.* Unde ſi unus cōjugum ob adulterium alterius divortium efflagitet, & ipſe poſtea adulterium patret, qui petit divortium; tunc matrimonium non ſolvitur, nec divortium conceditur; ſed adulterium viri cum adulterio uxoris compenſatur, ut ex Panormitano in *cap. Ex literis. de Divort.* tradidit Oynotom. in *Inſtitut. de nupt. lib. 1. tit. 10. de Reintegrat. matrimon. part. 5. num. 47.* Dedecet vi-
18 rum petere ab uxore id, quod ipſe eidem non exhibet. Quapropter non debemus facere, quod in aliis reprehendimus. Idcirco interrogatus Thales Mileſius. Quomodo optimè, ac juſtiſſimè vivemus, reſpondit: *Si quæ in aliis reprehendimus, ipſi non faciamus.* Ut refert Diogen. Laërt. *lib. 1. de Vit. Philoſoph. cap. 1.*

Nec concluſioni noſtræ ad- 19
verſatur, ſi quis dicat in delictis locum habere non poſſe compenſationē, quia reſpondetur id procedere, quando de delictis agitur criminaliter ad pœnam infligendam, quo in caſu ſi admitteretur compenſatio, delicta impunita remanerent, cum Reipublicæ magnoperè expediat, nè delicta impunita remaneant Text. in *l. Locatio 9. §. Quod illicitè. ff. de Publican.* Text. in *l. Ita vulneratus. ff. ad Leg. Aquil.* Text. in *cap. Ut famæ de Sentent. excōm.* Cum in Reipublicæ detrimentum nec paciſci, nec compenſatio admitti poſſit. Secus verò quando agitur civiliter, quia tunc compenſatio locum habet, 20
ideòque admittitur quando agitur de adulterio ad exactionem dotis, vel ad divortium Text. in *l. Viro, atque uxore 40.* Text. in *l. Cum mulier 47. ff. Solut. matrim.* Quippe cum de privatâ utilitate tractetur, nihil impedit, ut compenſatio admittatur, cum pœnam ad invicem ſolvant argum. Text. in *l. Debitor. ff. Qui potior. in pign. hab.* Nec refragatur Textus in *l. Apud Celſum. §. item quæritur. ff. de Dol. except.* Nam ibi non admittitur compenſatio doli, quamvis civiliter agatur, ne excluſo reo, actor ex malitiâ ſuâ commodum reportaret. Hujuſmodi quoque procedere teſtatur Gonzalez. in *cap. Tua fraternitas 7. ad fin. de Adulter.* Text. in *l. Si*

duo.

duo ff. de Dolo malo. Text. in *cap. Dilecti. de Except.* Ubi ſi locum ſibi vindicaret alterius excommunicationis replicatio, ad agẽdum quoque excommunicatus admitteretur At in *cap Tua fraternitas. de Adulter* Ideo admittitur adulterii replicatio, quia alioquin maritus ex delicto ſuo lucrum reportaret, quod non eſt dicendum, juxta regulam docẽtem, neminem ex delicto ſuo lucrum reportare debere.

21 Sed opponitur etiam Text. in *l. Si uxor. §. Judex. ff. ad Leg. Jul. de Adulter.* Ubi in adulteriis non admittitur compenſatio; ſed uterque conjugum condemnatur. Verba Textus ſunt hæc ibi: *Quæ res poteſt, & virum damnare, non rem ob compenſationem mutuam crimiuis inter utroſque communicare.*

22 Huic difficultati reſpondetur ex Baſil. Ponze. *de Matrimon. lib. 9. cap. 17. num 6.* Quod illud axioma, nempe paria delicta mutua compenſatione tolli, ſive ſit dolus cum dolo, vel culpa cũ culpa procedere quoad jus privatorũ, ſecus quoad publicam vindictam, vel quoad publicæ diſciplinæ vigorem Farinac. *Prax. criminal. part. 4 quæſt. 143. §. Compẽſatio. num 78.* Huic enim compenſatio nihil debet detrahere, ſicut neque tranſactio privatorum de crimine quidquam præjudicare poteſt. Cum enim adulterium crimen publicum dicatur, quit is, qui juriſdictioni præeſt, nullâ prorſus habitâ ratione compenſationis, virum, & uxorem adulterii criminis reos ad ſupplicium rapere, pœnâque debitâ afficere. Sed urgeri poteſt ex Textu in *l. Cum mulier 47. ff. Solut. matrimon.* Ubi quamvis criminaliter agatur, compenſatur adulterium cum lenocinio.

Aſt reſpondetur ex Gloſsâ ibi 23 & in *§. Si ex publico.* & Gonzalez in *cap. Tua fraternitas. de Adulter.* Ubi ex dictâ Gloſsâ differẽtiam aſſignat inter caſum, in quo mulier inter reos recepta dicebatur; & inter eum, in quo ejus nomen inter eos relatum non erat, juxta ſolemnitatem, quam refert Sigonius. *lib. 2. de Adulter. cap. 10.* & Briſſon. *de Verb. ſign. verb. recipere.* Corras. *lib. 2. Miſcellan. cap. 20.* In primo caſu cum uxor recepta ſit inter reos de lenocinio viri excipere nequit. In ſecundo caſu marito accuſanti lenocinium opponere poteſt. In caſu Text. in *cap. Tua fraternitas.* Ideò habet locum compenſatio, quia agitur civiliter, nempe de divortio ex causâ adulterii civiliter intentatâ. Quamobrem rectè paria 24 delicta mutuâ compenſatione tolluntur, & marito de adulterio agenti ad divortium, poteſt opponi exceptio compenſationis ſimilis adulterii Baſil. Põze. *de Matrim. lib. 9. cap. 17. num. 5.* Henellius *de Dotalit. cap. 10. §. 8.* Gõzalez. in *cap. Tua fraternitas 7. in fine. de Adulter.* Balboa. in *cap. 2. n. 23. de Except.* Bayus Arroyus. in *cap. Quentarallis. num. 70. de Iur. jurand.*

Sed ad hoc, ut locum aſſequa- 25 tur compenſatio in caſu noſtro duò ſolummodò poſtulantur. Primò, quod utrumque adulterium ſit liquidum, & conſtet alteri conjugi. Sin autem adulte-

terium unius ſit liquidum, alterius verò non, ſed dubium, non licet ei,cujus adulterium eſt certum, & dubitat de ſui conjugis adulterio compenſationem facere Sanchez. *de Matrimon.lib.*10. *diſputat.6.num.*2. Hoſtienſ. in *cap. fin.num.*1.Jo:Andr.*num.*1. Ancharan.*num.*3.Cardinal.*num.*1.*in* 1.*oppoſit.* Anania. *num.*1. *de Adulter.* Filliuc.*tract.*10. *part.*1. *cap.*10. *num.*174.*verſ.Dico primo.* Farinac. *Prax.criminal.part.*4.*quæſt.*143.*§. Compenſatio num.*80.Beſold.*conſil.* 55.*num* 21.*part.*2. Quia ſatis vulgatum in materia compenſationis eſt de liquido ad non liquidũ non habere locum compenſatio Text.in *l.Si conſtat.* 4. Text. in *l. Final. C. de Compenſat.* Secundò requiritur, quod utrumque delictum ſit ſufficiens ad divortium, hoc eſt ob copulam completam, ſive ſit in uno conjuge adulterii, ſive ſodomię in altero,ſive in uno copula in vaſe naturali, ſive in altero in præpoſtero. Nam inter hæc, quamvis diverſæ ſpeciei datur compenſatio, ut ex Paludan. *diſt.*35 *quæſt.*1.*art.*2. *num.*11. & ex Gab.*quæſt.unic. artic.*2. Tradidit Filliuc. *tractat.*10. *part.*1. *cap.*10. *num* 374. Farinac. *Prax. criminal. part.*4.*de Delict.carn.quæſt.*143.*§. Compenſatio.num.*75. Unde adul-
26 terium perfectum, ac conſumatum unius conjugis, nequit cum alterius conjugis mollitie compenſari,nec cum pollutione,cum tertiâ perſonâ extra vas, ſed conjux ab altero poteſt divertere, quia in ordine ad divortium, ad quod conſpicitur delicta paria dici nequeunt,ideoque compenſari non poſſunt, ut tradit Leſma 2.*part.*4.*quæſt.*64 *art.*2.*verſ. Eſt tamen notandum.* Quæ regula locum ſibi aſciſcitur in cæteris omnibus caſibus, in quibus alterius conjugis delictum ad divortium non ſufficit. Si uxor cum altero adulterium committat,& vir cum alia fœmina fecerit adulterium; ſed non conſumatum, quia fortaſſis ſemen intra vas non emiſit, quamvis illud penetraret, vel ſi cum mortua rem haberet, tunc ob ſupradicta locũ habere non poteſt compenſatio, ut quoque voluit Sanchez *de Matrim.lib.*10.*diſput.6.num.*3.*in fine.*

Sed difficultas equidèm eſt, 27
quando fornicationes non ſunt ejuſdem naturæ, ſed altera eſt naturalis, videlicet, adulterium, alter verò innaturalis, nempe ſodomia, an tunc thori ſeparatio fiat,vel admittatur compenſatio? & quod etiam in hoc caſu locum habeat compenſatio defendit Sanchez.*de Matrim.lib.*10. *diſput. 6.num.*5. Et idem amplectuntur Filliuc.*tract* 10.*part.*1.*cap.*10. *num.* 374. *verſ. Dico primo.* Farinac. *Prax. criminal.part.*4. *quæſt.* 143. *§.Compenſatio.num.*75. Barboſa. in *cap.Significaſti num.*7.*de Divort.* Quia ſi in ordine ad divortium, criminis paritas ſit aſpicienda, utrumque crimen æquale profectò cernitur,cum propter utrumque concedatur divortium, ut 28
ex multis probare contendit idem Sanchez. *de Matrim. dicto lib.*10.*diſput.*4.*num.*3. Si verò debeat attendi in ordine ad matrimonium,cui infertur injuria,gravior injuria matrimonio irrogatur per adulterium, quàm per ſodomiam. Sin autem quoad

com-

Digitized by Google

compenſationem inſpiciendum eſſet, uter conjux graviori fornicatione infectus eſſet, ad hoc, ut exceptione compenſationis adversùs alium nequeat defendi, tunc criminis gravitas conſideranda eſſet, quoad conjugii repugnantiam. Quippe tunc aſſerendum foret adulterum non poſſe delictum ſuum, cum alterius ſodomia compenſare, quæ minus matrimonio refragatur;& ſic argumentatus fuit Bellarmin. *lib.1. de Matrim. cap.17. §. Reſpondent nonnulli.* Quapropter laudatur ab ipſo Sanchez, qui dicit hanc opinionem complecti Palud. 4. *d. 35. quæſt. 1. art. 2. caſu 1. n. 11.* Gabr. *q. unic. art. 2.* Palacios, Gaeta, & Tabiena. & eã extendit ipſemet Sanchez dicto *lib. 10. diſp. 6. n. 5 in fine.* Licèt alter cõjugum adulterii, ſodomiæ, aut beſtialitatis reus eſſet, alter verò ſolius adulterii; quo in caſu neutri divertere licet, ſed datur cõpẽſatio.

29 At his non obſtãtibus adverſùs Sanchez tenendum eſt contrariũ. Videlicet ſodomiã cũ adulterio cõpẽſari nõ poſſe; ſed utrũque delinquẽtem ſtatutis pœnis; juxta criminũ gravitatẽ plectendum eſſe, quam opinionem docent Caſtrus *de Lege pænal. lib. 2. cap. 4.* paulò ante *§. Ut igitur.* Ovand. 4. *d. 45. diſput. unic. propoſit. 1.* Quod ex pluribus rationibus probari poteſt. Prima, quia in jure cautum non reperitur ob ſodomiam divortium permitti, & quamvis adſit quædam Epiſtola Divi Hieronymi ad Amãdum, quæ refertur in *cap. Omnes cauſationes. 32. quæſt. 7.* ibi: *Quamdiu vivit vir, licèt adulter ſit, licèt ſodomita, licèt flagitiis omnibus expertus, & ab uxore propter hæc ſcelera derelictus.* Ex quibus verbis videtur poſſe ob ſodomiam fieri divortium: tamen Divus Hieronymus non dicit licitè ob id divertere uxorem à viro; ſed ſolummodò intendit, ſive licitè, ſive illicitè divertit, non poſſe alii nubere; hoc eluceſcit ex illis verbis ibi: *Flagitiis omnibus coopertus.* Cum certum ſit ob omnia flagitia divortium facere minimè licere, ut patet ex Gonzalez. in *cap. 1. de Divort.*

Secunda, quia quamvis jus 30
canonicum admittat compenſationem inter cõjuges adulteros, ideo eam admittit; quoniam delicta sũt paria, ut patet ex Text. in *cap. Significaſti 4. de Divort.* ibi: *Quod ſi manifeſtum eſt mulierem ipſam adulterium commiſiſſe, ad eam recipiemdam præfatus vir cogi non debet, niſi conſtaret ipſum, cum alia adulterium commiſiſſe.* Ubi ideo maritus uxorem recipere compellitur, quia ipſe ſimile crimen adulterii patratus fuit, idcirco fit compenſatio, quod expreſſiùs habetur in Text. in *cap. Intelleximus 6. de Adulter.* ibi: *Et paria delicta mutua compenſatione tollantur.* Et Text. in *cap. Tua fraternitas de Adulter.* ibi: *Super quo tibi taliter reſpondemus, quod cum paria crimina, compenſatione mutua deleantur, vir hujuſmodi fornicationi obtentu ſuæ uxoris conſortium nequit declinare.* Ergo à contrario ſenſu, quotieſcumque delicta conjugum non ſunt paria, juxta intelligentiam Fortunium nequit fieri compenſatio. Sed ſodomia abſque dubio eſt gravior adul-

adulterio, quam deteſtandam,
& abominabilem dicit Gomez.
in *l.80.Tauri num.*32.Et omnium
delictorum carnis graviſſimum,
fœdiſſimum, & jure Divino pa-
riter, atque humano deteſtabi-
liſſimum eſſe dixit Carpzovius.
Prax.criminal part.2.quæſt.76.num.
1. Ergo jure merito compenſatio
refellitur.
31 Tertia, compenſatio eſt ſolu-
tio Text.in *l.Si conſtat C.deCom-
penſat.*Text.in *l.Debitor.ff.Qui po-
tior in pign. hab.* Text.in *l Vel per-
mutavit.ff.de Liberal.cauſ.* Sed ſo-
lutio debito coæquare debet, ut
ad oculum patet;ſed ſi in hoc ca-
ſu admitteretur compenſatio
adulterii cum ſodomia, conjux
qui adulterium commiſit totam
pœnam per compenſationẽ ſol-
veret; ſecus verò conjux, qui ſo-
domiam patravit, cum major
pęna debeatur ſodomitico,quàm
adultero. Unde ille pœnam cri-
minis patrati hujuſmodi effuge-
ret, quod dicendum nõ eſt, cum
delicta puniri Reipublicæ expe-
diat Text.in *l.Locatio* 9.§.*Quod il-
licitè ff.de Publican.* Text.in *l.Vul-
neratus.ff.Ad leg.Aquil.* Text.in
cap. Ut famæ.de Sentent.excomm.
32 Quarta, quia pœna adulterii
in fœminis adulteris eſt, ut vir-
gis cædantur, & ut detrudantur
in Monaſterium, ut pœniten-
tiam agãt Text.in *Authentic. Sed
hodie. C. de Adulter. Novell.*134.
33 *cap.*10. Pœna verò ſodomiæ eſt
ultimum ſupplicium Text. in *l.
Cum vir nubit.* 31. *C. de Adulter.*
Quæ pœna per generalem con-
ſuetudinem ubique ferè locorum
hodiè exaſperatur, itaut, vel ſo-
domitæ vivi, vel eorum cadavera
poſt mortem igne concrementur
Carpzov. *Prax. criminal. part.2.
quæſt 76.num.7.* Clar *Prax. crimin.
§ Sodomia. num.*2. Farinac. *Prax.
criminal. q.*147. *n* 7. Aſt in jure 34
quando culpa, vel delictum di-
versâ lege punitur,non habet lo-
cum compenſatio, ſed quilibet
jure ſuo agit Salycet in *l Si quis
à me fundum. num.*13. *C.Ad Leg.
Jul.de Vi public.* Bolognin. *conſil.*
23.*num* 2. Hoc probatur ex do-
ctiſſimo Barboſa. in *l.Viro, atque
uxore.num* 19.*in fine & num.*20.*ff.
Solut matrim.* Ubi dicit eſſe de
Juriſconſultorum mente, non
conſiderandum, an mutua deli-
cta ad unam rem, vel diverſam
relationem habeant, ſed ſolùm
debet attendi an utrumque ea-
dem lege puniatur, ſi diverſis le-
gibus puniantur, tunc compen-
ſationem nõ admitti arbitratur,
ſed utrumque delictum ſua lege
plecti, quod Barboſa colligit ex
Seneca *lib.6 de Benefic.cap.6.* Et
in hujus ſententiæ comprobatio-
nem expendit Text. in dicta *l.
Viro, atque uxore ff Solut. matrim.*
ibi: *Ea lege, quam ambo contem-
pſerunt.* Ubi ſentit Juriſconſultus
ad compenſationem inducen-
dam, inſpiciẽdum eſſe an utrum-
que delictum puniatur eadem,
vel diversâ lege. Huic reſraga- 35
tur, quod quando agitur de cul-
pa levi, & excipitur de leviſſima
non admittitur compenſatio,
quia una alteri præponderat
Text. in *l.*1. *§.Non autem .ff.Si
quis teſtam.liber.juſſ.fact.* Tyndar.
*Opuſcul.de Compenſat. artic.*5.*num.*
36 Farinac.*Fragment criminal. lit.
D.num.*126 *part.*1 Berſan.*de Com-
penſat.cap.*2.*quæſt.*27.*num.*14. Bar-
gal-

Digitized by Google

gal. *de Dolo. lib. 6. Reg. 15. quæſt. 5.*
num. 61. & 62. Zanger. *de Except.*
part. 3. cap. 8. num. 87. Ergo idem
dicendum in noſtro caſu, cum
ſodomia præponderet adulterio,
& nihil magis in compenſatione
exoptatur, quàm æqualitas ar-
gum. Text. in *l. Si conſtat.* Text.
in *l. Fin. C. de Compenſat.* Text. in
§. In bonæ fidei. de Act.

36 Non obſtat, quod Sanchez
aſſerat, ſodomiam, ac adulterium
eſſe æqualia crimina. Nam ſodo-
miã cæteris omnibus in atrocita-
te, ac fœditate præcellere non eſt
cur dubitetur, ut latè proſequũ-
tur Carpzov. *Prax. criminal. part.*
2. quæſt. 76. Gomez. in *l. 80. Tauri.*
num. 32. Nec ob ſodomiam patet
dari divortium, cum in *tit. de Di-*
vort. nulla mentio fiat de illo cri-
mine, quoad ſeparationem thori,
ſed hoc ſuſpicantur ex eo, quia ſi
datur divortium ob adulterium;
ergo à fortiori ob ſodomiam, quia
eſt gravius crimen, ut argumen-
tatur Clarus in *§. Adulterium.*
num. 7. Sed hoc argumentum nõ
concludit, quia eſſe gravius pec-
catum in ſe nihil confert ad di-
vortium. Quippe odium Dei, ac
blaſphemia longè graviora ſunt
adulterio, & tamen ad divor-
tium non ſufficiunt, ut dixit
idemmet Sanchez. *de Matrimon.*
lib. 10. diſput. 4. num. 3. Nec obeſt
id, quod quoad compẽſationem,
ſi attenderetur gravitas fornica-
tionis; eſſet per repugnantiam ad
conjugium, quo in caſu dicen-
dum eſſet, adulterum ſuum deli-
ctum non poſſe compẽſare, cum
ſodomia alterius, quæ minus ma-
trimonio repugnat. Nam reſpon-
detur etiam ſodomiã magis ma-
trimonio adverſari. Quippe adul-
terium, cœteræque libidinum
ſpecies naturales ſunt, & à natu-
rali inſtinctu deſcendunt: Sed ſo-
domia, ſpretis naturæ legibus, 37
ipſam naturam violat, humanæ
ſobolis propagationem impedit,
fidei Chriſtianæ maculam ferè
inextinguendam inurit, & ex
Chriſtifidelibus filios diffidentiæ
conſtituit, quaſi de ipſorum ſa-
lute penè diffidendum ſit Text.
in *cap Clerici. de Exceſſ. prælat.*
Carpzov. *Prax. crimin. part. 2. quæſt*
76. num. 2. Tandem Sanchez idem
ſubnectit ad compenſationem
faciendam ſufficere dari crimi-
num paritatem, quo ad hoc,
quod uterque carnem ſuam di-
viſerit contra fidem in matrimo-
nio præſtitam. Sed reſpondetur,
quod non datur divortium ſo- 38
lùm ob id, quod fides in matri-
monio data frangatur. Nam quã-
do unus ex conjugibus adulte-
rium commiſit, ſuppone virum
hoc adulterium perpetraſſe,
uxor quoque cum alio viro fecit
adulterium, ſed non conſuma-
tum, nec perfectum, quia homo,
cum quo concubuit ſeminatio-
nis tempore priapum à vaſe mu-
lieris extraxit, & ſperma extra
vas ejecit. Hoc in caſu adulterio-
rum compenſatio non datur,
quia adulterium ex parte uxoris
nõ fuit perfectum, & tamen du-
bium non eſt, quin mulier viola-
vit fidem matrimonii, & carnem
ſuam diviſit. Unde quoad effectũ
violationis fidei, nulla eſt differẽ-
tia inter oſcula, complexus, ſemi-
nationem extra vas, licèt mem-
brum intra vas penetraverit; &
inter ſodomiã cum utroque caſu

fides matrimonii fracta videatur. At tale adulterium non perfectum non ſufficit ad divortium, nec ad compenſationem faciendam, ut dixit idem Sanchez. *lib.*10 *dict. diſput.*8. *num.*3. Ergo nec ſodomia.

39 Noſtra principalis concluſio, nempe ad mutuam adulteriorum compenſationem faciẽdam, nihil refert uter conjugum prius labatur in adulterium. Nam in hac compenſationis materia ſolummodò ponderant jura, utrũque conjugum ſimili crimine infectum, matrimonii fidem non ſervaſſe, nullâ habitâ ratione prioritatis, vel poſteritatis delicti Farinac. *Prax.criminal. part.*4. *quæſt.*143.*§.Compenſatio. num.*73. Hoſtienſ.in *cap.Gaudemus.in princip.de Converſ.conjug.* Sanchez. *de Matrim.lib.*10.*diſput.*6.*num.*6. Beſold.*conſil.*55.*num.*19.*part.*2. Lopez. *part.*2.*Inſtruct.cap.*54.*de Matrim.* Surd. *de Aliment. tit.*7.*quæſt.* 16.*num.*51. Gloſſ. in *cap.Veniens. verbo. Spontè. de Converſ. conjug.* Navarrus. *lib.*4.*Conſilior.tit.de Divort. conſil.*1. *num.*1. Ledeſma. *de Matrimon. quæſt.*62. *artic.*1. *dub.*1. *in fine.* Rodriguez. *Summ.part.*1. *cap.*239.*num.*3. Filliuc. *tract.*10. *part.*1 *cap.*10.*num.*375.

40 Nonnulli ſuſpicantur noſtram concluſionẽ locũ habere, quamvis prius adulterium conjugis ab altero conjuge innocente ſit condonatum. Quippe ſi poſt condonationem factam, conjux innocens in adulterium labatur, afferunt dari compenſationem, cum illo priori adulterio condonato, & neutri licere divertere; priorique divortium petenti obſtet exceptio compenſationis ſui adulterii, licèt commiſſi. Quippe quamquam remiſſum adulterium nequeat in Judiciũ deduci ad accuſationis effectũm; poteſt tamen deduci ad effectum excipiendi adversùs accuſantem ad divortium; cum quædam conſequi poſſimus excipiendo, quæ agendo nequimus, quam opinionem amplectuntur Gregor. Lopez.in *l.*8. *tit.*2. *partid* 4. *gloſſ.Eſſe miſmo.* Turrecremat. & Lugo. cum cæteris relatis à Sanchez. *de Matrimon.lib.*10 *diſput.*6.*num.*7.

41 Sed his non obſtantibus contrarium eſt verius, nempe non competere conjugi poſterius adulteranti exceptionem compenſationis illius adulterii, quod condonavit, nec dari compenſationem, ſed priorem cõjugem divortium celebrare poſſe, quia remittentibus jura ſua, non eſt dandus regreſſus Text.in *l.Quæritur* 14. *§. Si venditor. ff. de Ædilict. edict.* Text.in *l.Final. ff de Remiſſ.pign.* Text. in *§.Si quis itaque. Inſtitut. de Bonor. poſſeſſ.* Text. in *cap. Ex tranſmiſſa. de Renunciat.* Text. in *cap.Ex ore. de Privileg. cap. Quam periculoſum* 6. *quæſt.*1.

42 Quippe reconciliatio contractum matrimonii ad ſuum priſtinum ſtatum revocavit, tamquam ſi nulla eſſet admiſſa fornicatio uſque tũc, quo in caſu utique prior conjux reconciliatus poſſet divertere à conjuge adulterii reo. Quapropter hanc ſententiam ſequũtur Sotus 4.*d.*36.*quæſt.unic.artic.*1. *verſic.Dubitatio verò.* Sanchez. *de Matrimon.lib.*10.*diſput.*6. *num.*7. *in fine.* Filliuc.*tract.*10.*part.*1. *cap.*10. *n.*375.*verſ.Secundo.& verſ.Dico ſecundo.*

Quid

43 Quid dicendum quando unus conjux ſemel dumtaxat adulterium commiſit, ſed poſtea emēdatus ab uxore vult ſeparari, quę uxor plura adulteria commiſit, & adhuc in adulteriis perſiſtens, & non emendata, objicit viro ſic agenti ad thori ſeparationem, adulterium ab ipſo commiſſum, an fiet compenſatio de pluribus adulteriis ab uxore commiſſis cum unico adulterio viri, jam emendati? & affirmativam opinionem ex Divo Thoma. 4. *diſtinct.* 35: *quæſt. unic. artic.* 1. Diana. *part.* 3. *tractat.* 4 *reſolut.* 252. Coninch. *diſput.* 35. *de Sacrament. dub.* 2. *concluſ.* 3. *num.* 12. Rebell. *part.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 17. *num.* 6. inſequitur, atque amplectitur doctiſſimus Filguera. in *Summ. tractat.* 11. *cap.* 9. *de Sacrament. matrimon. verſicul. Pero Diana.* Textus qui in *tit. de Divort.* Loquuntur de compenſatione ob mutua adulteria, dūtaxat admittunt compenſationem, quando delicta ſunt paria. Nam paria delicta mutuā compenſatione abolentur Text. in *cap. Significaſti. cap. Ex literis. de Divort.* Text. in *cap. Intelleximus.* Text. in *cap. Tua fraternitas* 7. *de adulter.* Ergo argumento à contrario ſenſu prædictorum jurium, quando delicta non ſunt paria compenſatio locum habere non poteſt. Sed in noſtro caſu non datur æqualitas criminum, nec in quantitate, nec in qualitate. Ergo locum non habet compē-
44 ſatio. Aſt contrarium eſt verius, videlicet dari compenſationem, quia non attenditur adulteriorum pluralitas, ſed an uterque conjux matrimonii fidem nō ſervaverit, ut benè Beſold. *conſil.* 55. *num.* 19. *part.* 2. At matrimonii fides tam frangitur per unicum, quàm per plura adulteria, & datā fidei fractione, delicta paria cenſentur, ut tradit Sanchez. *de Matrimon. lib.* 10. *diſput.* 6. *num.* 8. Quem refert Farinac. in 4 *part. Prax. criminal. quæſt.* 143. *§. Compenſatio. num.* 72. Quam opinionem tenent Filliuc. *tract.* 10. *part.* 1. *cap.* 10. *num.* 375. *verſic. Tertio.* Sotus. 4 *d.* 36. *quæſt. unic. art.* 1. *verſic. dubitatio verò.* Lopez. *part.* 2. *Inſtruct. de Matrimon. cap.* 54. Anania in *cap. penult. num.* 5. *de Adulter.* Angles. *Florib.* 1. *part. de Matrimon. quęſt.* 9. *de Divortio art.* 1. *difficult.* 2. *concl.* 1.

Amplia noſtram concluſionem, ut habeat locum, quando unum adulterium eſt publicum, alterum verò occultum, & ſoli Deo cognitum. Quippe tunc adulter occultus nequit thori ſeparationem petere, ſed ſuum adulterium occultum cum publico uxoris compenſare tenetur in foro conſciētiæ Farinac *Prax. criminal. part.* 4 *quæſt.* 143. *§. Compenſatio. num* 82. Filliuc. *tract.* 10. *part* 1. *cap.* 10. *num.* 375. Sanchez. *de Matrimon. lib.* 10. *diſput.* 6. *num.* 9. 45

Ratio eſt, quia in foro poli in occultis non deſideratur probatio per teſtes, ſed ſola veritatis cognitio: ideoque nihil intereſt, an fornicatio ſecreta ſit, nec nè, quando conjugi ipſi conſtat ſe fornicatum fuiſſe, præterea uxori adulteræ publicæ, cujus vir adulterium occultum perpetravit, jus excipiendi non deficit, ut crimen ſuum alterius crimine tollat, ac compenſet; ſed dum- 46

Digitized by Google

taxat deficit probatio, & quamvis in foro contentioſo ob defectum probationis à cauſa cadat, ſecus verò in foro conſcientiæ, ſicut is, qui æs alienum contraxit, quamquam creditor probare non poſſit, profectò debitor eſt, nec ſimile debitum ſibi ab eodem recuperare poteſt, ſed compenſare debet Farinac: *Prax.criminal.part.4.quæſt.*143.*§.Compenſatio.num.*82. Goffred. in *Summ. tit.de Divort.num.*15.Navarr.*lib.*4. *Conſilior.conſil,*1 *num.*1. Hoſtienſ. in *cap.Final.num.*3. Jo: Andr *num.* 7. Ancharan. *num.*5. *de Adulter.* Armill *verbo. Matrimonium. num.* 73.*caſu.*1. Paludan.*quæſt.*1. *art.*2. *caſu* 1. *num.*1. Sanchez. *de Matrimon.lib.*10.*diſput.*6 *num.*9.Cum ceteris ibi congeſtis.

47 Sed opponitur Textus in *cap. Significaſti* 4.*de Divort.*Ubi ad faciendam adulteriorum compenſationem, utrumque adulterium notorium eſſe exoptatur, ut eluceſcit ex verbis Textus ibi: *Quod ſi notorium eſt mulierem ipſam adulterium commiſiſſe, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet: niſi conſtaret ipſum cum alia adulterium commiſiſſe.*Et explicat Gloſſa in *verbo. Niſi conſtaret.* Idem ſtatuit Summus Pontifex Innocentius Tertius in *cap.Intelleximus* 6. *de Adulter.* ibi: *Quocirca mandamus, quatenus (niſi tibi conſtiterit, vel per evidentiam rei, vel per confeſſionem legitimam mulieris, quod adultera ita ſponte fuiſſet) adulterii etiam, quod vir dicitur commimiſiſſe probatione ceſſante &c.* Et idem quoque habetur in *cap.Tua fraternitas* 7. *de Adulter.* Sed in noſtro caſu utrumque adulteriũ, nec notorium, nec manifeſtum eſt. Ergo locum habere compenſatio non poteſt.

At his non obſtantibus reſpondendũ eſt, prędictos Textus non loqui de cõpenſatione faciẽda in foro cõſcientiæ; ſed loquuntur in caſu, quo mulier à viro dimiſſa, Judicem adiit reſtitutionem petitura. Quippe tũc Textus tradunt mulierem audiẽdam non eſſe, ut quoque voluit Sanchez. *de Matrimon.lib.*10.*diſp.*6. *num.*9. *in fine*, Ad hoc ut fiat reſtitutio ab ipſa petita, ſi adversùs exceptionẽ ſui adulterii notorii allegans replicet viri adulterium, niſi illud etiã manifeſtum, alioquin reſtitutio impedietur, donec viri adulterium probetur, illo verò probato, reſtitutio fiet, hinc inde adulteriis compenſatis, & hujuſmodi explicant Textus citatos Innoc. in *cap.Significaſti. verbo.Conſtaret.* & Hoſtienſ ibi in fine.

Sanchez. *de Matrimon.lib.*10. *diſput.*6.*num.*10. Unum ſolummodò caſum aſſignat, in quo poteſt vir adulter, uxorem æquè adulteram dimittere, ſpretâ exceptione compenſationis; videlicet, ſi uterque conjux per tranſactionem conveniat, ut vir non accuſet uxorem ad pœnam capitalem ipſi infligendam (quod ſuo adulterio non obſtante, efficere poſſe teſtatur idem Sanchez loco citato, licèt quoad divortium, & pœnam civilem adulteria mutua compenſentur) eo pacto, ut uxor in aliquo honeſto loco ſe recipiat, ubi à viro ſeparata vitam degat, ſed hoc abſque uxoris conſenſu facere non poteſt; quia poteſt ea eligere accuſationem pati. 48

Non

Non obſtat Text.in *l.Tranſigere* 18.*C.de Trãſact.* Text. in *l De crimine* 10. *C.de Adulter* Nam ejus deciſionis variæ rationes à Doctoribus traduntur; videlicet à Bartolo, Baldo, Fulgoſio, Corraſ. *lib.2.Miſcellan. cap.2.* Valeron. *de Tranſact.tit.3 quæſt.5 num.19.* Urceol.in eodem *tractat. quæſt.56. num* 44 Sed Sanchez amplectitur rationem traditam à Padilla in dicta *l.Tranſigere. num.72.C.de Tranſact.* Nempe ob hujus delicti frequentiam arcendum eſſe ab eo.

49 Amplia iterum cõcluſionem, nempe mutua quoque cõjugum adulteria compenſari, quoad pœnas civiles, amiſſionis dotis, & bonorum adulteræ, & donationis propter nuptias, ac proinde vir adulter non lucratur dotem, nec alia bona adulteræ; quod ex pluribus comprobat Sanchez. *de Matrimon. lib.10. diſput.8. num.29.* Et præſertim ex Text. in *l.Viro, atque uxore. ff.Solut matrim.* ibi: *Viro, atque uxore mores invicem accuſantibus cauſam repudii dediſſe utrumque permutatum eſt: id ita accipi debet, ut ea lege, quam ambo contempſerunt, neuter vindicetur: paria delicta mutua compenſatione diſſolvuntur.* Et ibi Gloſſa. in *verbo Accuſantibus*. Explanat, hoc eſt objicientibus in civili cauſa, ut in donatione propter nuptias, & in dotis repetitione, ſi uterque ſe tuebatur ob delictum alterius.

50 Facit etiam de jure noſtro Hiſpano *l.13.tit.9 partid.4.* ibi: *Ca en tales acuſaciones, como eſtas el marido, e la muger ygualmente deben ſer pagados, pero tal ygualdad non debe ſer cabida en todo ante el Juez ſeglar.* Ideoque elucescit in accuſatione coram Judice ſeculari nõ eſſe pares conjuges in omnibus, ut dicit Sanchez, quaſi dicat in parte eſſe quoad accuſationem ad pœnas civiles, ſecus ad criminales Ciſuentes. in *l.81. Taur. limit.3.* Diaz. *Regul* 216. Perea. *lib. 5.Ordinament.tit.1. l.1. verſic.Tres bienes. & lib.8.tit 15.l.2.ad fin.verbo. Lo que quiſiere.* Queſada. *Quæſtion.jur.civil.cap.18.caſu 5.* Cantera. *Prax. criminal. cap 4. num.38. verſic. Sed circa intellectum.* Azeved. *lib.8.Recopil.tit.20.l.3.num 24. & l.4.num.30.* Cenedus. *Collectan. jur.166. num.4.* Hîc animadver- 51
tendum eſt, quod quando uterque conjux adulter eſt, & alter corrigitur, alter in fornicatione perſiſtit, tunc conjugi emendato licet divortium facere, quia tunc non habet locum compenſatio, ut probat Sanchez. *de Matrimon.lib.10.diſput.7. num.4.* Quoniam recõciliatio matrimonium in priſtinum ſtatum reſtituit, tamquam ſi nullum eſſet uſque tunc admiſſum adulterium, ideoque conjux poſtea delinquens, divortii fit reus Ledeſma. *de Matrimon.quæſt.62.art.1.d.2.* Sotus. *4. d.36.quæſt.unic.artic.1. verſic.Dubitatio verò.* Sanchez. *de Matrimon. lib.10.diſput.6.num.7.in fine.*

Tandem notandum eſt, quod 52
ſi maritus alias mulieres oſculatur, & uxor ab aliis paſſa ſit deoſculari, neuter adversùs alterum agere poteſt, ſed oſcula uxoris cum oſculis viri compenſantur, ut ex pluribus Doctoribus tradidit Farinac. *Prax.criminal. part.4. quæſt.142. punct.1. num.40. verſic Et plerique.*

Hæc

Google

53 Hæc enim adulteriorum compenſatio poteſt opponi tam ante, quàm poſt litem conteſtatã; dummodò,ut ſupra dixi,notoria, ac liquida ſint,ut docuerunt Covarruv. in 4.*Decret. p.2.cap.7.§.6.* Farinac. *Prax. criminal.p.4.q.142. p.1. num.42.* Sanchez. *lib.10.diſp.6. num.8.* Beſold. *conſil.55. num.21. part.2.* Bayard.ad Clar.§. *Adulterium num.88.* Surd.*de Aliment. tit. 7.quæſt.16. num.56.*

SUMMARIUM

1 *Occulta compenſatio locum habet ob damnum à ſervo, vel quadrupede datum, lata culpâ domini.*

2 *Culpa lata domini non interveniente, an habeat locum compenſatio.*

3 *Damnum fortuitò datum domino non imputatur.*

4 *Niſi ipſe dominus factus ſit ex eo locupletior.*

5 *Damno abſque culpa domini dato à ſervo, vel quadrupede, ad quid dominus ex legibus teneatur.*

6 *Obligatio ex quo jure deſcendat dedendi noxæ?*

7 *Quid ſi deſcendat ex jure naturali, dicendum eſt circa compenſationem?*

8 *Quid verò ſi deſcendat ex jure civili?*

9 *Servus an ob violatam à domino fidem circa manumiſſionem, poſſit ſe ſubtrahere propria authoritate à dominio domini viâ compenſationis?*

10 *Et quomodo fieri poſſit ejuſmodi compenſatio?*

11 *Servus, cui dominus promiſit libertatem, ſi poſtea dominus ipſe pœniteat, ac nolit eam præſtare ſervo, poteſt ille facere compenſationem, ſe ſubtrahendo à ſervitio domini, negando ei operas, quæ illi debentur.*

12 *Dominus quando injuſtè retineat ſervi dominium.*

13 *Servus per quam compenſationem maneat liber à ſervitute in foro conſcientiæ.*

14 *Servus poteſt via compenſationis ſe ſubtrahere à dominio domini furtim, ſi nullum aliud ei ſuperſit remedium acquirendæ libertatis.*

15 *Solutio ſervitutis ſit in foro fori per manumiſſionem.*

16 *Servus poteſt, quaſi hæredes inſtituere, qui in foro conſcientiæ naſciſcuntur jus ei ſuccedendi.*

17 *Chriſtiani, qui injuſtam ſervitutem patiuntur, an poſſint facere occultam compenſationem?*

ARGUMENTUM.

Utrùm occulta Compenſatio locum habere poſſit ob damnum datum per proprium Animal, vel Servum, abſque culpa Domini?

QUÆSTIO VIII.

Ponitur in hujus quæſtionis thematе, abſque culpa Domini, eò quia minimè in dubium vertitur, accedente culpâ la- 1

Digitized by Google

latâ, mortiferâ, ſeu theologicâ domini, teneri dominum compenſare damnum datum per proprium animal in foro poli. Quippe tunc dominus eſt illius damni cauſa moralis. Quæ concluſio procedit, quando culpâ domini latâ mancipium damnum dedit. Nam in utroque caſu, ſi hoc damnum dominus nolit compenſare is, qui damnum paſſus fuit juſtè in foro conſcientię occultam compenſationem facere poteſt adversùs dominum, ſi conſtet damnum latâ ejus culpâ datum fuiſſe, nec læſo aliud ſuperſit remedium ſatiſfactionem debitam aſſequendi Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4.*cap.* 13.*num.* 1. Quo in caſu, ſi pluris damnum æſtimetur, non ſufficit animal, vel ſervum præſtare, quia tunc minimè damnum compenſatur argum. Text. in *l. Si ſervus. ff. de Noxalib. act.* Text. in *cap. Si culpa. de Injur. & damn. dat.* Hæc concluſio porrigitur ad omnes caſus, in quibus damnum animalis, vel ſervi cum lata culpa domini conjungitur. Nam tunc læſus poteſt facere occultam compenſationem; quoniam dominus in foro conſcientiæ integrè damnum illud compenſare debet ante ſententiam, non ratione rei ſuæ nocentis, ſed ratione ipſius culpæ Zamoran. dicta *diſput.* 4.*cap.* 13.*num.* 3.

2 Sed major difficultas eſt, quãdo non intervenit culpa lata domini, an ſi tunc Dominus damnum compenſare recuſet, aut ſervum, vel animal tradere, vel eorum pretium præſtare, poſſit læſus, quoad præciſum ipſius ſervi, vel animalis valorem facere occultam compenſationem?

Ad cujus difficultatis intellectum debet ſupponi ad hoc, ut dominus ex tali damno teneatur expoſci ſervum in culpa fuiſſe: aliàs damnum fortuitò diceretur eventum; & minimè ſervo adſtipulandum eſſet, nec ejus domino ratione ſui ſervi aſciſcendum, ſicuti nec ſervo ipſi imputaretur, ſi eſſet liber Sanchez. *lib.* 1. *Conſil. moral cap.* 5. *dub* 3. *num.* 10. Molina. *de Juſtit. & jur. tom.* 3. *diſput.* 711. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 17. *num.* 116. Nam tunc non adeſt delictum, quo prædictæ obligationis fundamentum fulcitur. Unde ſi tunc læſus certò ſciret, ſervum minimè culpam habuiſſe, non poſſet facere hujuſmodi compenſationem Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 13. *num.* 3. *in fine*. Aliter dicendum profectò erit, ſi ex tali damno, licèt abſque culpa domini, dominus locupletior fiat. Quippe tunc læſo licebit facere occultam compenſationem, ſaltem in eo, quo dominus locupletior factus fuit Zamoran. dicta *diſputat.* 4. *cap.* 13. *num.* 4. Quia dominus tunc in foro conſcientiæ ad illius damni reſtitutionem tenetur, quatenus ex aliena re factus eſt locupletior Molina. *de Juſtit. & jur. tom.* 3. *diſput.* 711. & 713. Unde jura quoque præcipiunt, quod quando abſque culpa domini, ejus ſervus, vel animal alicui damno afficit, dominus ad unum è duobus, quod maluerit teneatur, ſcilicet, vel integrè damnum compenſare, vel læſo tradere ſervum, vel

(margin numbers 3, 4, 5 in right column)

vel animal, ut ex ipſis ſibi ſatiſfaciat Text. in *l. Si ſervus. C. de Noxalib. act.* Text. in *l.2. ff. eodem.* Text. in *§.1. Inſtitut. de Noxalib. Act.* Text. in *cap. Si culpa. de Injur. & damn. dat.* Text. in *l 1. §.1. ff. Si quadrup. pauper. feciſſ. dicat.* Text. in *§.1. Inſtitut. eod tit.* Quæ jura minimè dominum obligant ſervum, vel animal quærere, ſi fugerit; ſed ſufficit relinquere, ut læſus ſi poſſit ex ipſis faciat compenſationem, quod apparet ex *l.4. tit.13. partid.5.* ibi: *O ſea tenudo à deſamparar los ſiervos.* Et tradunt Navarra. *de Reſtitut. lib.2. cap.1. num.35.* Zamoran. *de Compẽſat. diſput.4. cap.13. num.15.*

6 Ad hoc ut eluceſcat, quando detur locus occultæ compenſationi ob damnum datum ab animali, ſeu à ſervo ſine culpa domini; videndum eſt ex quo jure deſcendat obligatio dandi ſervum, vel animal pro damno.

7 Quippe ſi verum ſit hujuſmodi obligationem à naturali jure depromi, & ante omnem ſententiam in foro poli procedere: conſequens eſt dicere poſſe læſum, ſaltem quoad pretium ſervi, vel animalis, ſi aliter ſui damni ſatiſfactionẽ aſſequi nequeat, facere occultam compẽſationem Hurtad. *de Poſſeſſor mal. fidei. cap.5. reſolut.50.* Zamoran. dicta *diſput.4. cap.13. num.26.* Torres. *2.2. diſput. 51. dub.1. num.5.* Vazquez. *de Reſtitut. cap.2. dub.1. §.2. num.6.*

8 Si talis obligatio ex poſitivo jure proficiſcatur, etiam procedit in foro conſcientiæ ante condemnationem; ideoque aſſerendum venit; quoque poſſe læſum facere compenſationem, ſaltem quoad ſervi, vel animalis pretiũ Zamoran. dicto *cap.13. num.27.* Quia dominus juxta hanc ſententiam in foro conſcientiæ tenetur ad compenſationem hujus damni, vel ad præſtationem pretii, vel ſervi, vel animalis nocentis ante ſententiam. Quæ compenſatio ex juſtitia læſo debetur. Unde ſi dominus tale damnum compenſare nequeat, & læſus aliâ viâ debitam ſatisfactionem recuperare non valeat, poterit uti occultâ compenſatione, adhibitis conditionibus ſæpiſſimè memoratis in *q.1.* Zamoran. *cap. 13. n.27. in fine. & num.28.* Ubi dicit, & mihi quoque placet, non poſſe læſum pro damno dato à ſervo, vel animali abſque culpa domini, ante ſententiam facere occultam compenſationem, ut tradidit Fagundez in *Decalog. lib.5. cap.21. num.9.* Quia obligatio domini ad compenſandum damnum, vel ad tradendum ſervum, non procedit, niſi poſt latam ſententiam.

Nunc videndum eſt, an ob violatam à domino fidem circa manumiſſionem, poſſit ſervus ſe ſubtrahere propriâ authoritate à dominio domini, vel ab ejus ſervitio, viâ compenſationis? 9

Cui difficultati reſpondetur, quod quando ſervo debetur libertas à domino, ſive quia eam pecuniis emit, ſive ob pactum initum cum domino, ſive quia is animo ſe obligandi, ſervo libertatem promiſit, quo in caſu, ſi dominus ſervum manumittere nolit, nec libertatem per Judicem conſequi valeat, poteſt facere compenſationem, ſe ſubtrahen- 10 11

hendo à ſervitio domini, negan-
do ei operas, quæ illis debentur
Zamoran.*de Compenſat.diſputat.*4.
*cap.*15.*num.*6. Quippe tunc non
ſit compenſatio libertatis cum
obligatione domini manumittē-
di ſervum; ſed ſit ſervitii debiti
à ſervo, cum obligatione ex par-
te domini ipſum tunc manumit-
tendi, & illa compenſatio ſer-
vum non liberat ab obligatione
ſerviendi, extinguendo hujus
obligationis fundamentum, &
hoc non poſitivè; ſed negativè,
quia manente ſervitute ipsâ non
tenetur ad operas ob delictum
ex parte domini, pro quo fit hęc
compenſatio. Nam dominus
12 injuſtè tunc retinet illud domi-
nium, cum illico ſervum manu-
mittere debeat. Quo in caſu fa-
ctâ compenſatione in foro con-
ſcientiæ propriâ authoritate, de-
biti ſervitutis ex parte ſervi, cum
debito, ſeu obligatione, quam ha-
13 bet manumittendi ſervum, qua
compenſatione factâ, ipſo jure in
foro conſcientiæ remanet liber,
& abſolutam aſſequitur liberta-
tem, etiam manumiſſione domi-
ni non expectatâ, ut benè dixit
Zamoran.*de Compenſat.diſputat.*4
*cap.*15.*num.*7.*in fine*. Quia domi-
nus ex juſtitia illum ſervum ma-
numittere tenetur, & aliter fa-
ciendo ei infert injuriã, quam eo
modo, quo potuerit ſervus pro-
14 pulſare poteſt. Ideoque licet illi
ad conſequendam libertatem
viâ compenſationis ſe furtim ſub-
trahere à dominio domini, ſi nul-
lum aliud ei ſuperſit remedium.
Quippe libertatis debitum eſt
certum, ac liquidum, quod ad fa-
ciendam compenſationem ſuffi-
cere fatentur Filguera *Summ.*
*tractat.*29.*cap.*1 *art.*3.*in fine*. Ca-
ſtropal.*Oper.moral.tractat.*32.*diſ-
put.*1.*punct.*16. *§.*3. *num.*6. Azor.
*Inſtitut.moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*15.
verſic.Deinde. Molina. *de Juſtit.
& jur.tractat.*2. *diſput.*691. *verſic.
Prima*. Diana.*tom.*6. *Oper. moral.
tractat.*3.*Reſolut.*148. §. 1. Trul-
lench.in *Decalog.lib.*7.*cap.*5.*dub.*5.
*num.*4.Mendus.*Epitom.opinion.mo-
ral. verbo. Compenſatio.num.*1.Bo-
nacin. *de Reſtit. diſput.*1. *quæſt.ul-
tim.punct.*2.*propoſit.*2.*num.*12.Cum
aliis à me congeſtis in *quæſt.*12.
*lib.*1.*tom.*1. Nec huic debito ſatiſ-
fit, eò quia ſervus à domini ſer- 15
vitio ſe ſubtrahat, ipsâ ſervitute
manente; quoniam id, quod ſer-
vo debetur, non eſt ſolummodò
à domini ſervitio ſubtractio, ſed
omnimoda ſervitutis ſolutio, quæ
in foro fori fit per manumiſſio-
nem. Et Zamoran. *de Compen-
ſat. diſput.*4. *cap.*15. *num.*8. *in fine.*
Subnectit, quod in dubio præ-
ſumendum eſt, quod quando
ſervi à dominis ſubtrahuntur, id
faciunt animo adipiſcendi liber-
tatem, & non præcisè, ut à do-
minorum ſervitio ſe ſubtrahant
animo quidèm compenſandi
damnum, quod injuſtè patiun-
tur. Hodie ſervus per ſuæ ſupræ 16
mæ voluntatis declarationem
poteſt hæredes inſtituere, ſeu
quaſi hæredes, & legatarios, qui
in foro conſcientiæ nanciſcun-
tur jus ad bona ex ejuſmodi in-
ſtitutione, quæ bona, ſi ipſis adi-
mantur, poſſunt facere occul-
tam compenſationem Zamo-
ran. dicta *diſput.*4. *cap.*16. *num.*4.
in fine.

Adde, quod Chriſtiani, qui 17

injuſtè detinentur captivi apud infideles poſſunt aliquid à dominis ſubripere in debitam compenſationem ſervitutis injuſtæ, & hoc non ſolùm à ſuis particularibus dominis; ſed à quibuſcumque hoſtilis Reipublicæ infidelibus, ut ex Machado. *de Perfect.confeſſar.lib.6.part.7.tract.* 13.*docum.*3.*num.*2. Fagundez. *de Juſtit.lib.*2.*cap.*2.*num.*2.& exLeſſio, Diana, & Molina tradidit Zamoran. dicta *diſput.*4. *cap.*18. *num.*4.At tu quoad hoc dubium tene concluſionem,quam ſequar in *quæſt.*17.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ in foro poli compenſari poſſunt.*

2 *Dominium, ſeu jus directum decimarum in conductorem non transfertur.*

3 *Agricolæ an & quando occultam compenſationem facere poſſint in decimis ſui Abbatis,quamvis alteri eæ locatæ ſint?*

4 *Decimæ pertinentes ex Privilegio Pontificio ad Magnates, & Principes ſeculares an compenſari poſſint.*

5 *Decimarum in compenſatione plurima animæ pericula verſantur.*

6 *Quid deſideretur, ut in foro conſcientiæ ejuſmodi compenſationes admittantur.*

7 *Opinionem facere quilibet homo doctus poteſt, & ſequentes non peccant, ſed omninò ſunt tuti.*

8 *Doctor unicus, quando ſcripſit facit opinionem,& an ea freti comcompenſantes occulti peccent, &* reprobatur Guzman.

9 *Praxis, quæ debet obſervari, ad hoc, ut ſit juſta compenſatio facta in decimis, quæ ad Magnates, & Dominos temporales pertinent; præcipuè quando illis ſolvuntur quoad certam quotam,reſiduo Eccleſiæ relicto, quod frequens eſt in multis Hiſpaniæ locis.*

10 *Compenſationes ut fiant, requiritur, ut debitum ſit certum, & liquidum.*

11 *Cauſæ ex quibus ejuſmodi compenſationes adversùs dominos decimarum ſint licitæ. Tunc ſubditis licet occultè compenſare, quando domini ex lege juſtitiæ tenentur ſubditis damna reficere.*

12 *Tributa, & vectigalia, quæ à Principe ſeculari percipiuntur, quamvis injuſtiſſima videantur, poſſunt compenſari cum decimis.*

13 *Princeps quando habeat pro ſe opinionem ad vectigalia juſta imponenda?*

14 *Principi aſſerenti egere tributis an ſit credendum?*

15 *Compenſatione vectigalium jam exactorum, quæ Principi ſubditi ſolvere debent, peccant tam qui compenſant, quàm qui compenſationem conſulunt.*

16 *Tributa an compenſari poſſint, quando non ſunt ſoluta, nec exacta?*

ARGUMENTUM.

Utrùm in Decimis, quādo ſunt alteri locatæ admittatur compenſatio?

QUÆ-

QUÆSTIO IX.

1 UTrùm in Decimis quoad forum fori locum habeat compenſatio, latè tractavi in *quæſt.* 14. *lib.* 3. *tom.* 1. Ubi denique reſolvi in Decimis compenſationem non dari, quod ex pluribus Doctoribus comprobavi. Sed nunc in foro poli contrarium eſt tenendum, videlicet in Decimis compenſationem eſſe admittendam, quamquam alteri ſint locatæ, quam opinionem ſequuntur Vega. in *Summ. part.* 1. *cap.* 15. *caſu* 8. Fagundez in *Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 10. Navarra. *lib.* 3. *de Reſtitut. cap.* 1. *num.* 248. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 10. *num.* 76. Quos refert, & ſequitur Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *cap.* 4. *num.* 1. Eamque tenent Guzman. *Verit. jur. verit.* 16. *num.* 25. *in fine.* Bonacin. *de Reſtitut. diſput.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 1. *propoſit.* 2. *num.* 12. *verſic. Addo cum Leſſio.* Ubi quoque citat Molinam *de Juſtit. & jur. diſput.* 674. & *n.* 10. Turrianum. *de Juſtit. diſputat.* 46. *dub.* 1. *num.* 2.

2 Hujus concluſionis ratio eſt, quia dominium, ſeu jus directũ harum decimarum in conductorem non transfertur; ſed ſolùm locatur jus, quod locator habet, & conductor per locationem non recipit jus efficacius, quàm habet directus dominus. Unde ſicut jus directi domini compẽſatione elidi poteſt, quando ille agricolæ debet tantumdem; ita etiam eadem compenſatione, conductoris jus elidi poteſt Zamoran. loco citato. Et in hac quæſtione militant rationes traditæ in præcedenti quæſtione, ut dixit Bonacina ubi ſupra. Ex qua concluſione Fagundez in 3 *Decalog. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 7. Aſſerit agricolam occultam compenſationem facere poſſe in Decimis ſui Abbatis; quamvis alteri locatæ ſint; ſi Abbas nolit ſolvere quod ei liquidò debet, præcluſâque ſit aliâ viâ debitum cõſequendi ab eo, aut non niſi cum magnis expẽſis, & incommodis, &c. Idem pari ratione dicendum eſt in Decimis pertinentibus ex privilegio Pontificio ad quoſdam Magnates, ſeu temporales dominos, ut docet Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *cap.* 4. *num.* 1. *in fine.*

Sed cum in hujuſmodi decimarum compenſatione ſic abſolutè admiſsâ, multa pericula animæ oriri poſſint, quod benè perpendit Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 24. Ubi dicit id eum ad excitandas, ac evertendas hujuſmodi compenſationis difficultates promoviſſe; in quibus maximum errorem, maximamque perditionem intercedere agnovit, exclamans adversùs nonnullos, qui docti nuncupantur, conſulentes licitam eſſe compenſationem cum decimis, quæ ex fructibus terræ Principi ex tertiis, vulgò *de los novenos*, à Sedo Apoſtolica conceſſis perſolvuntur; quod impium eſſe ait, & Dei præcepto refragari. Quippe debitum à Principe compenſandum appellat, quidquid gabellarum, ſive tributorum ratiõne à ſubditis Princeps exigit; tamquam injuſtè exactum, ac ſolutum 5

tum ex vi, & actione poteſtatum ſecularium id exigentium, & ſic abſque diſtinctione cœco lumine procedunt, vera cum falſis confundendo, & in præcipitium miſerandum labuntur. Unde meritò cõcluſionẽ firmãs, aſſerit diſtinguendum eſſe, quod aut debitum nobis à Principe eſt certum, liquidum, ac ſine opinione taliter ut Princeps ſub pœna peccati nobis ſolvere teneatur, & tũc non eſt dubium compenſationem locum habere

6 poſſe. Et iſtum requiſitum eſt neceſſarium ad hoc, ut in foro conſcientiæ hujuſmodi compenſationes efficiantur, ut expoſtulant Trullench. in *Decalog. lib.* 7 *cap.* 5 *dub.* 5 *num.* 4. Filguera *Sũm. tractat.* 29 *cap.* 1 *artic.* 3. *in fin.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *diſput.* 1 *punct.* 16. *§.* 3. *num.* 6. Azor. *part.* 3. *Inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 15. *verſic. Deinde.* Molina. *de Juſtit. tractat.* 2. *diſput.* 691. *verſic. Prima.* cum aliis relatis in *quæſt.* 1. Et tunc Guzman loco citato firmat in Decimis locum habere compenſationẽ, quod comprobat ex Leſſio. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33 *dub.* 10. *num.* 76. Quam primam diſtinctionis partem adeò ampliavit Guzman. *num.* 26. Ut dixerit hujuſmodi compenſationem facientes non peccare, quã-

7 vis unius Doctoris opinione nitantur, ſubjungens quemlibet hominem doctum, poſſe opinionem facere, eamque ſequentes non peccare, ſed penitus tutos eſſe, quod probat ex Henrriquez. *de Lege Pontific. lib.* 4. *cap.* 17. & 18. *num* 13. Villalob. *tom.* 1. *tractat.* 1. *diffic.* 4. & 6. *num.* 16. Caſtropal. *Oper. moral. tom.* 1. *diſput.* 2. *part.* 2. *num.* 4. Azor. *Inſtitut. moral. lib.* 2. *cap.* 17. *quæſt.* 6. Vazquez. 1. 2. *tom.* 1. *diſput.* 62. *cap.* 4. *num.* 12. Jo: Sãchez. *Select. diſput.* 14. *num.* 62. Machad. *de Opinion. probabil. artic.* 2. *§.* 1. *num.* 5. Præcipuè ſi hic Doctor ſua ſcripta Typis mandaverit. Nam tunc ejus authoritas ſufficit ad faciendam opinionem probabilem, ut probat idem Guzman ex Sà, Filliucio, Divo Thoma, Bonacina, Machado, Solorzano, & Garcia. Sed quoad id de compenſatione, ut eâ utens, unius Doctoris opinione fretus dumtaxat, nullo adveniente adminiculo non peccet, mihi non placet, & credo Guzman graviter lapſum fuiſſet & ſibimetipſi refragari, quia cum *verit.* 16. *num.* 24. Exclamet contra facilè compenſationem facientes, poſtea *num.* 26. Laxioribus habenis, compenſationem licitam eſſe ſcribit, dummodò eam facientes unius Doctoris opinione fulciantur, quod ſatis periculoſum eſſet. Unde tenen- 8
dum eſt Guzmani opinionem procedere, quando præter unius Doctoris authoritatem ad compenſationem faciendam, concurrunt requiſita relata in *quæſt.* 1. Aut debitum eſt illiquidum, ac incertũ, & dubitatũ, ut nec Princeps nobis præcisè ſolvere teneatur; & tunc nulli dubium eſt compenſationem licitam non eſſe, ut idem Guzman. *verit.* 16. *num* 27. Quod patet ex Text. in *l. Si conſtat. & l. Final. C. de Compenſat.*

Cum enim in hujus quæſtio- 9
nis initio dixerimus, compenſatio-

tionem licitam eſſe cum decimis, etiam alteri locatis, ſcire oportet praxim, quę debet obſervari, ad hoc ut ſit juſta compenſatio facta in decimis, quæ ad Magnates, ſeu Dominos temporales pertinent, præcipuè quando illis ſolvuntur quoad certam quotam, reſiduo Eccleſiaſtico relicto, quod frequens eſt in multis Hiſpaniæ locis, ut fatetur Zamoran. *de Compenſat.diſput.8.cap.4.num.2.* Dicens magnam adhibendam eſſe cautelam, ne compenſatio fiat in prejudicium Eccleſiæ,quę nihil compenſanti debet; quoniam agricolæ ſubditi Magnatum, quibus decimæ perſolvuntur quoad certam quotam,Eccleſiam exponunt periculo amittendi ſuam partem, eadecauſa nè compenſatio ab ipſis facta in decimis Dominorum ſciatur, & puniantur, quamobrem integrã omnium fructuum decimam nõ declarant, ſed ſimul occultam partem alicujus decimę ad aliquam attinentis Eccleſiam,quod ſerò, vel nunquam reſtituunt,ob cauſas relatas à Zamorano dicta *diſput.8.cap.4. num.2.* Et in *num.3.* Admonet, quod in compẽſatione in decimis factâ caveatur omnis injuſtitia; & oportet inſpicere quis eo anno fuerit conductor illius partis decimę non declaratæ metu majoris mali; & an eo anno eam Eccleſia adminiſtraverit. Si adminiſtravit eo anno decimæ partem, ſanè cum reſtitutio beneficiariis ipſis ſit facienda, nec agricolis pateat, quarta pars illius decimæ ſingulis beneficiis reſpondeat, compenſans Eccleſiæ partem occultam reſtituere debet, ut ſimul ad quem annum illud debitum pertineat declaret. Nam hac viâ illud juxta compenſationem eo anno factam,ſingulis beneficiariis diſtribuit Eccleſia.

Sin autem aliis locata fuit eo anno pars decimæ, inſpiciendi ſunt illius anni conductores, ut eis, vel ejus hæredibus reſtitutio fiat pro rata partis ipſis debitæ, habitâ ratione lucri ceſſantis, & damni emergentis. Denique ad quemcumque decima, quæ occultatur pertineat, curandum eſt, ut ita fiat reſtitutio, ut ad Eccleſiæ, vel ejus exactoribus, ſeu illius conductoribus manus perveniat; quod quandoquidèm impeditur ob rem reſtituendam deferentis infidelitatem; quod præcipuè accidit, quoties multi ſunt conductores ſinguli pro rata partis decimæ, & reſtitutio dumtaxat fit uni,cœteris penitus inſciis. Tunc niſi conductor ſit fidelitatis probatę periculum eſt, quod aliquo apparente prætextu, ſibi retinebit partem ſecretò, reſtitutam, quæ etiam aliis pro rata debetur, ſociis fraudatis manentibus. Tandem Zamoran. *de Compenſat. diſputat.8.cap.4.num.5.* Animadvertit,quod ad hoc, ut 10
fiat licitè compenſatio, in decimis attinentibus ad Magnates, & dominos temporales,per Vaſſallos, à quibus exigunt decimas quoad certam aliquam quotam, poſcitur ut debitum ſit certum, & liquidum argum. Text. in *l.Si conſtat. & l.Final. C.de Compenſat.* Ob cujus conditionis defectum ſolet aliquando in hujuſmodi compenſationibus injuſti-

ſtitia committi; quoniam non ſemper eſt certum, & liquidum debitum, pro quo fit compenſatio; ſed dubium, & fortaſſis prętenſum, quod, facto diligenti examine vidiſſe fatetur Zamoranus loco citato, ubi dicit frequẽter fieri has compenſationes ſine delectu in decimis ad Magnates pertinentibus in multis eorum Oppidis.

11 Hanc enim compenſationem adversùs dominos decimarum licitam eſſe ex quatuor cauſis ſe audiviſſe refert Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *cap.* 5. *num.* 1. Prima, quoniam à ſuis majoribus, majores porrò horum dominorum eis damna in temporalibus bonis intulerunt, olim ab ipſis extorquendo, quæ ſubditorum reſpectu æquivalent violentiæ, agros cultos, datis in compenſationem aliis incultis, ſeu minùs pinguibus; qua in re clarè læſi videntur, quæ læſio cum ſuis majoribus integrè compenſata non fuerit, debet ipſis, etiam quoad lucrum ceſſans, & damnum emergens compenſari. Secunda, quia illi agri, quos ſuis majoribus in compenſationem dati ſũt à temporalibus dominis, non erant horum dominorum, ſed Regis, ut poſtea experientia docuit. Nam his terris ſpoliati per Regem, rursùs eas emere compulſi fuere, ut contigit tempore Philippi Secundi in Ducatu Oſunenſi teſte Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *cap.* 5. *n.* 2. Ubi dicit ex hoc capite fieri occultam compenſationem in decimis. Quippe compenſantes aſſerunt dictam permutationem fuiſſe injuſtam ex parte dominorum ob damnum datum majoribus ſuis, quod reſcindi, vel compenſari debet; & ſi non reſcinditur permutatio, vel compenſatur damnum quoad lucrum ceſſans, datur ipſis locus occultæ compenſationi ex quibuſcumque bonis ad temporales dominos ſpectantibus. Tertia, hanc compenſationem juſtificans dicendo ſe in temporalibus bonis fuiſſe læſos ob dominorum negligentiam, non impediendo in ſuis ditionibus furta, aut latrocinia, vel diſſimulando, cum ex officio hoc evitare debeant; & quoties quis ex officio aliquod damnum impedire tenetur, & non impedit, cum poſſit ſine notabili ſuo detrimento; ex juſtitiâ illud compẽſare tenetur in eorum defectũ, qui ad tale damnũ poſitivè ſunt cooperati Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 69. Navarra. *de Reſtitut. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 120. Quarta, dicunt licitam eſſe compenſationem occultam in decimis; quoniam temporales Domini ſolent ad venandum certa loca deſignare, in quibus ob prohibitã aliis venationem ferę multiplicantur, quæ foras egredientes meſſibus agris, ſegetibuſque damna inferunt, quæ damna locorum domini in conſcientia reſtituere debent Covarruv. in *cap. Peccatum. part.* 2. §. 8. *num.* 11. Cajetan. *opuſcul.* 17. *Reſponſ.* 12. Navarrus. in *Manual. cap.* 17. *num.* 120. Unde ſi hanc reſtitutionem non faciant, erit adversùs eos locus occultæ compenſationi. Idem dicendum eſt, ſi Domini alerent pecoras, quæ ob ingentem multi-

titudinem compeſci, ſeu cohiberi non poſſent, quamobrem inferant damnum ſubditorum vineis, ac olivetis, & ii ob timorem dominorum ſatisfactionem non petant, nihilominus poſſunt facere compenſationem.

Hæ enim ſunt cauſæ, quæ communiter dicunt compenſationem juſtificare, ſed profectò ſatis ad vulgi plauſum adaptantur in favorem hujuſmodi comcompenſationum, quæ non plenè examinatæ temerè fiunt. Unde hæ cauſæ non juſtificāt compenſationem, ideoque ſi compēſatio eſt injuſta, fieri non debet Zamoran. *de Compenſat. diſput.8. cap.5. num.5* Ubi latè confutat, ac reprobat illas quatuor cauſas ſupra relatas. Et dicto *cap.5. num. 19.* Hanc compenſationem admittit in decimis, quando domini ex lege juſtitiæ talia damna tenentur compenſare. Nam tūc qui damnum patiuntur, poſſunt facere adversùs Dominos temporales compenſationem in decimis ad eos pertinentibus; ſecus verò ſi lege juſtitiæ compenſare non tenerentur. Quia tunc non admitteretur compenſatio Zamoran. dicto *cap.5. num.19. in fine.* Quādo temporales domini multa alunt pecora, quæ ob multitudinem nequeunt compeſci, & damno dominos prędiorum afficiunt; tunc domini pecorum hæc damna compenſare tenentur, & ſi non compenſant datur locus occultæ compenſationi. Quippe hoc in caſu ex lege juſtitiæ tenentur, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſput.8. cap.5. num. 20. in fine.*

12 Hîc adnotandum eſt, non poſſe compenſari cum decimis tributa, & vectigalia, quæ à Principe ſeculari percipiuntur, quamvis ipſis injuſtiſſima videantur; quoniam Princeps non debet reddere Vaſſallis tributa ab ipſis accepta, licèt dicant ea Principi nō debere, & magis violenter, & accuratè exigi à Principe, quàm ab illis ſpontè, & voluntariè tribui. Siquidem licèt ſubditi publi- 13 carum neceſſitatum ignari, hæc vectigalia cenſeant injuſta: tamen Princeps Senatorum, Theologorumque ſententiâ fretus, publicis diſpunctis neceſſitatibus, habet pro ſe opinionem juſtam, quod ſatis eſt ad vectigalia imponenda, eaque exigere juſtè, ut ex Surdo. *conſil.210.num. 33.* Guid.Papa. *quæſt 450.* Leſſio. *lib.2.de Juſtit & jur.cap.33. dub 6.* Navarra. *lib.3.de reſtit. cap.1. num. 265.* Tradidit Guzman. *Veritat. jur. verit.16.num.28.* Quod coarctavit Larrea. *Allegat 61. num.24.* Dum dixit, ſufficere neceſſitatem probabilem, cum imprudenter ſit de Principis aſſertione dubitare Text. in *l. A lege. C. de Pact. convent.* Text. in *l. Reprehendenda. C. de Inſtit. & ſubſtit.* Clementin. *1. de Probat.* Nam Principi aſſerenti egere tributis, ſine 14 quibus Regnum non poſſe defendere, nec regimen ſuſtinere credendum eſſe ex pluribus Auctoribus voluit Guzman. *Verit. 16.n.29.* Ideoque ſi Princeps Senatorum, & Magnatum opinione ſuffultus tributa exigat, & ab eo accepta neutiquam ſubditis reddeat, quia nec ex obligatione juſtitiæ, nec aliâ viâ reſtituere te-

teneatur. Quamobrem miratur Guzmanus. *num.* 31. Quomodo Confeſſarii, ad quos inſcii conſugiunt, conſulant ignaris hominibus compenſationem tributorum, quæ Principi ſolverunt, licitam eſſe, cum Decimis. Unde *num.* 32. Dolendum eſſe ait, ut in re tam gravi tantus verſetur error. Quadecauſa tamquam incõ-
15 cuſſum tenet in compenſatione exactorum vectigalium, cum Decimis, quas Principi ſubditi ſolvere debent peccare tam, qui compenſant, quàm qui compenſationem conſulunt, quod procedit in vectigalibus exactis, & ſolutis. Si verò de tributis non ſolutis, nec exactis: Sed de tribu-
16 tis ſolvendis, utrùm ſubditi vaſſalli juſtè non ſolvant, ſeu non ſolvendo peccent, videndi Leſſ. *de Juſtit.& jur.lib.*2.*cap.*33. *dub.*9. *num.*63. Diana. *part.*4. *tractat.*4. *Reſolut.*175. Navarr.*lib.*3. *de Reſtitut. cap.*1. *num.*265. Sanchez. in *Opuſcul. tom.*1. *lib.*2. *cap.*4. *dub.*54. Molina. *de Juſtit.& jur.tom.*3.*tractat.*2. *diſput.*274. Larrea. *allegat.* 59.*num.*54.55.56.57.

SUMMARIUM

1 *Excommunicatio fieri poteſt adversùs aliquos furto ſubripiẽtes, & contra ſcientes, & non revelantes.*

2 *Excommunicatio non ligat eos, qui in compenſationem aliquid ſubripuerunt, dummodò adſint conditiones requiſitæ ad juſtam compenſationem.* Et referuntur Doctores hanc ſententiam amplectentes.

3 *Compenſationem facientes, non ſubripiunt rem alienam; quia per compenſationem dominium rerum comparant.*

4 *Excommunicatione majori nemo incurritur, niſi ob peccatum mortale.*

5 *Compenſans juſtè non committit peccatum.*

6 *Prælatus non poteſt jubere, ut reſtituatur id, quod in occultam compenſationem ſubreptum fuit, & quando poſſit.*

7 *Accipiens in juſtam, ac legitimam compenſationem aliquam rem, non tenetur reſtituere.*

8 *Excommunicatio à Prælato lata quando dicatur nulla.*

9 *Excommunicatio ligat, ac comprehendit compenſantes occultè, quãdo accipiunt pluſquam ſibi debetur.*

10 *Compenſatio de debito illiquido fieri non poteſt.*

12 *Excommunicatio ligat detentorem, quando fecit compenſationem dubiam.*

12 *Excommunicatio contra furantes comprehendit eos, qui in compenſationem rem, quæ non erat debitoris acceperunt, quoniam accipiens peccavit.*

13 *Excommunicatio non comprehendit compenſantes, quia in retinendo non peccant, licèt in accipiendo peccaverint.*

14 *Excommunicatio pro peccato præterito an fieri poſſit?*

15 *Judex non poteſt punire aliquem, pœna pecuniaria, propter peccatum præteritum; niſi prius reus audiatur in judicio, & convincatur.*

16 *Excommunicatio pro peccato futuro ferri non poteſt.*

Ex-

17 *Excommunicatio, quando fertur expreſsè contra eos, qui alienum in compenſationem abſtulerunt: an tunc eos liget.*

18 *Excommunicatio non ligat compenſantes, juxta* Roſſellam, *quando in excommunicatione dicitur*, Adversùs eos, qui contra conſcientiam ſuam alienum acceperunt.

19 *Excommunicatio ligat compenſantes, quando in excommunicatione dicitur* Contra eos, qui per compenſationem acceperunt, ſi accepta nō manifeſtaverint

20 *Excommunicatio generaliter lata extenditur ad omnes, qui in compenſationem aliquid abſtulerūt.*

21 *Lex generaliter lata, non ſolùm ligat habentes, ſed etiam non habentes.*

22 *Sententia excommunicationis, ſecundùm* Navarram, *quādo adeſt clauſula dicens*: Ut qui accepit in compenſationem, vel ſcit ita acceptum fuiſſe, illud revelet, *tunc ligat compenſantes.*

23 *Compenſans, quando nominatim excommunicatur; ſi non reſtituat, vel non revelet, coram Judice comparere debet ad dicendum cauſam quare; aliàs excommunicatio eum comprehendit.*

24 *Excommunicatio generalis adversùs eos, qui tenent aliquam rem contra Deum, & contra conſcientiam: tunc ſi aliquis compenſavit, non tenetur reſtituere, nec revelare.*

25 *Excommunicatio ſpecialis, quando facit mentionem de compenſatione, vel revelatione, comprehendit compenſantes.*

26 *Excommunicatio, ſecundùm* Medinam, *ligat compenſantes ad reſtituendum, quando acceperunt viâ compenſationis id, quod per viam judiciariam facilè poterant conſequi.*

27 *Excommunicatio non ligat compenſantem, nec tenetur reſtituere, nec revelare, dummodò in compenſationem, quam fecit concurrant conditiones neceſſariæ ad juſtam compenſationem:* Et adducuntur Doctores hāc opinionem inſequentes.

28 *Faciens occultam compenſationem non dicitur accipere alienum, ſed proprium.*

29 *Compenſantes non peccant in acceptione, nec in retentione.*

30 *Excommunicatio quoad compenſationem occultam quid præcipiat?*

31 *Excommunicatio, quando fertur ad hoc, ut denuncietur is, qui authoritate propria rem ſubripuit, non ligat compenſantes.*

32 *Pœna ubi non adeſt, culpa eſſe non poteſt.*

33 *Prælatus quando fert ſententiam excommunicationis, fundatur in falſa præſumptione, ſcilicet, quod compenſatio ſit illicita.*

34 *Excommunicatio major ferri non poteſt; niſi ob peccatum mortale.*

35 *Excommunicatio non comprehendit compenſantem, quando compenſatio facta fuit cum omnibus conditionibus neceſſariis.*

36 *Prælatus non poteſt jubere, ut ſe ipſum compenſans prodeat.*

37 *Injuſtum eſt velle hominem obligare, ut ſeipſum re, quam poſſidet ſpoliet.*

38 *Præceptum Prælati, quando contineat errorem intolerabilem?*

39 *Excommunicatio, quando fertur ſine culpa, eſt nulla.*

40 *Compenſans per excommunicatio-*

teneatur. Quamobrem miratur Guzmanus. *num.* 31. Quomodo Confeſſarii, ad quos inſcii confugiunt, conſulant ignaris hominibus compenſationem tributorum, quæ Principi ſolverunt, licitam eſſe, cum Decimis. Unde *num.*32. Dolendum eſſe ait, ut in re tam gravi tantus verſetur error. Quadecauſa tamquam incō-
15 cuſſum tenet in compenſatione exactorum vectigalium, cum Decimis, quas Principi ſubditi ſolvere debent peccare tam, qui compenſant, quàm qui compenſationem conſulunt, quod procedit in vectigalibus exactis, & ſolutis. Si verò de tributis non ſolutis, nec exactis: Sed de tribu-
16 tis ſolvendis, utrùm ſubditi vaſſalli juſtè non ſolvant, ſeu non ſolvendo peccent, videndi Leſſ. *de Juſtit.& jur.lib.*2.*cap.*33. *dub.*9. *num.*63. Diana. *part.*4. *tractat.*4. *Reſolut.*175. Navarr. *lib.*3. *de Reſtitut. cap.*1. *num.*265. Sanchez. in *Opuſcul. tom.*1. *lib.*2. *cap.*4. *dub.*54. Molina. *de Juſtit.& jur.tom.*3.*tractat.*2. *diſput.*274. Larrea. *allegat.* 59.*num.*54.55.56.57.

SUMMARIUM

1 *Excommunicatio fieri poteſt adversùs aliquos furto ſubripiētes, & contra ſcientes, & non revelantes.*

2 *Excommunicatio non ligat eos, qui in compenſationem aliquid ſubripuerunt, dummodò adſint conditiones requiſitæ ad juſtam compenſationem.* Et referuntur Doctores hanc ſententiam amplectentes.

3 *Compenſationem facientes, non ſubripiunt rem alienam; quia per compenſationem dominium rerum comparant.*

4 *Excommunicatione majori nemo incurritur, niſi ob peccatum mortale.*

5 *Compenſans juſtè non committit peccatum.*

6 *Prælatus non poteſt jubere, ut reſtituatur id, quod in occultam compenſationem ſubreptum fuit, & quando poſſit.*

7 *Accipiens in juſtam, ac legitimam compenſationem aliquam rem, non tenetur reſtituere.*

8 *Excommunicatio à Prælato lata quando dicatur nulla.*

9 *Excommunicatio ligat, ac comprehendit compenſantes occultè, quādo accipiunt pluſquam ſibi debetur.*

10 *Compenſatio de debito illiquido fieri non poteſt.*

12 *Excommunicatio ligat detentorem, quando fecit compenſationem dubiam.*

12 *Excommunicatio contra furantes comprehendit eos, qui in compenſationem rem, quæ non erat debitoris acceperunt, quoniam accipiens peccavit.*

13 *Excommunicatio non comprehendit compenſantes, quia in retinendo non peccant, licèt in accipiendo peccaverint.*

14 *Excommunicatio pro peccato præterito an fieri poſſit?*

15 *Judex non poteſt punire aliquem, pœna pecuniaria, propter peccatum præteritum; niſi prius reus audiatur in judicio, & convincatur.*

16 *Excommunicatio pro peccato futuro ferri non poteſt.*

Ex-

17 *Excommunicatio, quando fertur expreſsè contra eos, qui alienum in compenſationem abſtulerunt: an tunc eos liget.*

18 *Excommunicatio non ligat compenſantes, juxta* Roſſellam, *quando in excommunicatione dicitur,* Adverſùs eos, qui contra conſcientiam ſuam alienum acceperunt.

19 *Excommunicatio ligat compenſantes, quando in excommunicatione dicitur* Contra eos, qui per compenſationem acceperunt, ſi accepta nõ manifeſtaverint

20 *Excommunicatio generaliter lata extenditur ad omnes, qui in compenſationem aliquid abſtulerũt.*

21 *Lex generaliter lata, non ſolùm ligat habentes, ſed etiam non habentes.*

22 *Sententia excommunicationis, ſecundùm* Navarram, *quãdo adeſt clauſula dicens*: Ut qui accepit in compenſationem, vel ſcit ita acceptum fuiſſe, illud revelet, *tunc ligat compenſantes.*

23 *Compenſans, quando nominatim excommunicatur; ſi non reſtituat, vel non revelet, coram Judice comparere debet ad dicendum cauſam quare; aliàs excommunicatio eum comprehendit.*

24 *Excommunicatio generalis adverſùs eos, qui tenent aliquam rem contra Deum, & contra conſcientiam: tunc ſi aliquis compenſavit, non tenetur reſtituere, nec revelare.*

25 *Excommunicatio ſpecialis, quando facit mentionem de compenſatione, vel revelatione, comprehendit compenſantes.*

26 *Excommunicatio, ſecundùm* Medinam, *ligat compenſantes ad reſtituendum, quando acceperunt viâ compenſationis id, quod per viam judiciariam facilè poterant conſequi.*

27 *Excommunicatio non ligat compenſantem, nec tenetur reſtituere, nec revelare, dummodò in compenſationem, quam fecit concurrant conditiones neceſſariæ ad juſtam compenſationem:* Et adducuntur Doctores hãc opinionem inſequentes.

28 *Faciens occultam compenſationem non dicitur accipere alienum, ſed proprium.*

29 *Compenſantes non peccant in acceptione, nec in retentione.*

30 *Excommunicatio quoad compenſationem occultam quid præcipiat?*

31 *Excommunicatio, quando fertur ad hoc, ut denuncietur is, qui authoritate propria rem ſubripuit, non ligat compenſantes.*

32 *Pœna ubi non adeſt, culpa eſſe non poteſt.*

33 *Prælatus quando fert ſententiam excommunicationis, fundatur in falſa præſumptione, ſcilicet, quod compenſatio ſit illicita.*

34 *Excommunicatio major ferri non poteſt; niſi ob peccatum mortale.*

35 *Excommunicatio non comprehendit compenſantem, quando compenſatio facta fuit cum omnibus conditionibus neceſſariis.*

36 *Prælatus non poteſt jubere, ut ſe ipſum compenſans prodeat.*

37 *Injuſtum eſt velle hominem obligare, ut ſeipſum re, quam poſſidet ſpoliet.*

38 *Præceptum Prælati, quando contineat errorem intolerabilem?*

39 *Excommunicatio, quando fertur ſine culpa, eſt nulla.*

40 *Compenſans per excommunicatio-*

nem, non tenetur reſtituere ſubreptum, tamquam parti debitum; quia id, quod retinet non dicitur amplius debitum, ſed proprium.

41 *Compenſatio dominium rei acceptę in compenſantem transfert.*

42 *Compenſans non committit delictum in compenſando, neque in retinendo.*

43 *Prælatus non poteſt præcipere reſtitutionem, niſi quatenus compenſans in accipiendo, vel retinendo peccavit.*

44 *Major excommunicatio non comprehendit eos, qui mortaliter non peccant.*

45 *Nemo ſe, nec alium innocentem prodere tenetur.*

46 *Clauſula, quæ de more Romanæ Curiæ in literis monitorialibus ſolet apponi, quando procedat.*

47 *Sententia excommunicationis lata contra accipientes in compenſationem quando procedat.*

48 *Sententia excommunicationis non ligat compenſantes, quando debitum ex obligatione juſtitiæ procedit.*

49 *Compenſans non tenetur reſtituere, nec revelare: nec compenſationem ipſam fateri, præcipuè ſi aliquod damnum timeatur.*

50 Reſpondetur ad fundamentum Reginaldi.

51 *Scandalum nullum oritur, quamvis aliqui ſciant compenſationem illicitam, ac injuſtè factam fuiſſe.*

52 Reprobatur diſtinctio Sylveſtri.

53 *Prælatus an poſſit ſub cenſuris præcipere, ut accipiens injuſtam, ac legitimam compenſationem reſtituat.*

54 *Compenſans, quamvis ſciret, ut facilè poſſit conſequi rem, non tenetur reſtituere.*

55 *Prælatus non poteſt, obtento jure ſuo compenſantem inquietare.*

56 *Prælatus quando certum eſt, compenſationem licitè, ac juſtè factam fuiſſe, non poteſt præcipere, ut ablatum reſtituatur.*

57 *Literæ monitoriales, in quibus præcipitur aliquid reſtitui, nequeunt jubere aliquid contra juſtum, & honeſtum.*

58 *Excommunicatio ſpecialis adversùs compenſantes illicitè: an comprehendat eos, qui fecerunt compenſationem juſtam, ſed illicitè factam.*

59 *Sententia excommunicationis ligat eos, qui compenſarunt juſtè, ſed illicitè.*

60 *Juſta excommunicatio dicitur, quando fertur in pœnam peccati commiſſi, accipiendo propria authoritate, conditionibus requiſitis, non ſervatis.*

61 *Compenſans, juxta* Lopez, *quando non teneatur reſtituere, nec obedire Judici ſententiam proferenti?*

62 *Excommunicatio, quando compenſatio non eſt injuſtè, licèt ſit illicitè facta ob defectum alicujus conditionis, non ligat compenſantes.*

63 *Sententia excommunicationis non fertur pro culpa præterita, ſed pro contumacia in peccando.*

64 *Compenſans non reſtituendo quod ſubſtulit, non dicitur contumax.*

65 *Juſtitia legalis non obligat ad reſtitutionem.*

66 *Obligatio reſtituendi in compenſationem acceptum, nulla eſt antequam excommunicatio feratur.*

67 *Compenſans, quamvis excommuni-*

catio feratur, non reſtituendo, non incidit in ſententiam.

68 *Pœna pecuniaria non poteſt imponi à Judice, niſi juridicè auditis partibus.*

69 Refellitur Molina.

70 *Compenſans nō tenetur reſtituere; quamvis Prælatus in excommunicatione expreſsè dicat*: nihil obſtante quod res in compenſationem ſit accepta.

71 *Prælatus non poteſt jubere, ut res propriæ reſtituantur.*

72 *Excommunicatio, quamvis Prælati intentio eſſet obligandi ad reſtitutionem, ſecundùm* Vazquez, *non comprehendit compenſantem; quamvis reſtitutionem nō faciat.*

73 *Accipiens aliquam rem in compenſationem, non peccat in retinendo.*

74 *Excommunicatio ferri non poteſt, niſi pro peccato futuro, vel propter præteritum pendens in futurum.*

75 *Acceptum in compenſationem, juxta* Vazquez, *retineri poteſt, quādo res accepta conſtet numero, pondere, vel menſura.*

76 *Compenſatio occulta debet fieri in pretio juſto abſque damno emergente, vel lucro ceſſante.*

77 *Accipiens in compenſationem id, quod viâ judiciaria facilè conſequi poterat; ſi res accepta recipiat functionem in genere ſuo, nō peccat mortaliter.*

78 *Dominium ad hoc ut tranſeat in compenſantem, requiritur conſenſus debitoris.*

79 *Accipiens injuſtè peccat mortaliter, & retinere nequit.*

80 Refellitur placitum Vazquez.

81 *Æqualitas in compenſatione requiritur.*

82 *Excommunicari non debet, qui ad reſtitutionem non tenetur.*

83 *Accipiens rem in compenſationem, conſenſum debitoris expectare non debet.*

84 *Compenſatio dicitur injuſta, ſi pluſquam ſibi debeatur compenſans accipiat.*

85 *Excommunicatio quando non liget injuſtos compenſantes.*

86 *Obligatio reſtituendi an oriatur ex præcepto Prælati facto in pœnam ordinis prætermiſſi in facienda occulta compenſatione, non intercedentibus conditionibus neceſſariis.*

87 *Prælatus nequit aſtringere compenſantem ad reſtitutionem, eò quia non interfuerunt conditiones requiſitę.*

88 *Prælatus non debet animadvertere peccatum occultum, quod in futurum non pendet, temporali pœna.*

89 *Poteſtas Prĕlati ferentis ſententiam excommunicationis quò extendatur.*

90 *Sententia excommunicationis quibus in caſibus liget compenſantes.*

91 *Accipiens juſtè rem aliquam, ſi rogetur à Judice an ſciret quis acceperit rem illam, vel an ipſe acceperit poteſt negare ſe ſcire, etiam cum juramento, mente intelligendo ſe neſcire, qui ita acceperit.*

92 *Interrogatus quomodo debeat reſpondere.*

93 *Interrogatus non debet Judici reſpondere, quando Judex nec juridicè, nec legitimè interrogat.*

94 *Interrogatus à Judice quando poſſit reſpondere in ſenſu equivoco.*

95 *Compenſans tenetur reſpondere Judici, quando juridicè, ac legitimè interrogat de crimine illicitæ compenſationis.*

96 *Compenſans poteſt negativè reſpõdere, præſertim ſi ipſi ex confeſſione aliquod malum immineat.*

97 *Excommunicatio lata adversùs ſcientes rem aliquam fuiſſe ſublatam, an comprehendat non revelantes.*

98 *Excommunicatio non comprehendit ſcientes, & non revelantes, quotieſcumque compenſans illicitè non tenetur reſtituere, vel ſe revelare; quamvis excommunicatio ſpecialiter feratur contra non revelantes.*

99 *Excommunicatio, quæ non comprehendit compenſantem; nec etiam comprehendere debet ſcientem compenſationem fuiſſe factam.*

100 *Excommunicatio quamquam directè contra ſcientes, & non revelantes feratur, non comprehendit eos.*

101 *Compenſans quando nõ tenentur reſtituere, nec ſcientes tenentur revelare.*

102 *Sciens compenſantem ad reſtitutionem non teneri ob aliquam cauſam; quamvis compenſatio fuiſſet injuſta, non tenetur revelare.*

103 *Sciens non debet revelare, quando ex tali revelatione prudenter timetur aliqua compenſantis vexatio.*

104 *Excommunicatio lata contra ſciẽtes, & non revelantes, ſi hi dubitant an compenſatio fuerit injuſta, vel illicita; tunc deberet revelare aliàs eos excommunicatio comprehendit.*

105 *Dubitans de juſtitia, non debet tranſgredi præceptum prælati revelare præcipientis.*

106 *Præceptum ſuperioris in dubio ſervari debet.*

107 *Denunciatio ratione juſtitiæ prætermitti non debet.*

108 *Scientes compenſationem fuiſſe factam an teneantur revelare, quando compenſantes eis dixerũt, ſe injuſtam compenſationem accepiſſe.*

109 *Revelans antequam denunciet, detentorem admonere debet, ut ſuaviori modo rem ablatam reſtituat.*

110 *Excommunicatio non ligat ſcientes, quando eſt occultum non poſſe revelare.*

111 *Revelatio, quando debet fieri, revelantes tenentur prius compenſantem monere ſecretò, ut quantùm fieri poſſit proximi damnum vitetur.*

112 *Compenſans accipiens in compenſationem pluſquam ſibi debetur, quando liberetur ab excommunicatione?*

ARGUMENTUM.

Utrùm Excommunicatio lata adverſùs eos, qui aliena acceperunt, liget eos, qui aliena accipientes debiti cõpẽſationem fecerunt?

QUÆSTIO X.

Dupliciter Cenſuræ in hoc themate ferri poſſunt; nempe adversùs eos, qui per verum furtum aliena ſubripuerũt, & reſtituere nolunt; & contra ſcien- 1

ſcientes, & non manifeſtantes, abſque mentione compenſationis. Secundo modo, quando cēſuræ feruntur contra eos, qui alienum in compenſationem acceperunt.

2 Quando Cenſuræ primo modo adversùs eos, qui per verum furtum abſtulerunt, feruntur; tunc generalis concluſio conſtituenda eſt; videlicet non ligare eos, qui in compenſationem aliquid ſubripuerunt, eſtò interveniant conditiones requiſitæ ad juſtam, ac legitimam compenſationem, ut ex Tabiena, Angelo Medina, Gabriel. tradidit Azor. *Inſtitut. moral. part.3. lib.5. cap.15.quæſt.4.* Et tenent Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num.13.* Vazquez.*Opuſc.de Reſtit. cap.5. §.1. dub.9. num.49.* Toled. *Summ.lib.1. cap 8. num.3.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.2. cap.6. num.1.* Sayr. *Clav.Reg. lib.9. cap. 14.num.13.verſic. Secundo.* Lazar. *Quæſtion.canonic. & practic. ſect.2. quæſt.8.num.2.* Navarrus in *Manual.cap.17. num.114.* Sylveſter. *verbo. Furtum. quæſt.15.* Lopez. *part.2. Inſtruct. conſcient. cap.159. verſic. At quæſtio quotidiana.* Cordub. *de Caſib. conſcient. quæſt.111.* Molina. *de Juſtit. & jur. tract.2. diſput.692.num.2.* Navarra. *de Reſtitut.part.2. cap.1. num.407. lib 3.* Filliuc. *de Cenſur. in particular. tract.14.cap.1.num 18.verſic.Quarta.* Aragon. 2.2. *quæſt.66. artic.2.* ibique Salon. *quæſt.66. art.5. controv.2.* Eſcobar. *de Confeſſar.ſollicitant.ad vener.part.2.quæſt.3.§.3. num.15.* Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2.cap.12.dub.10.num.61.* Suarez. *de Cenſur. tom.5 diſput.20.ſect. 3.num.12.* Caſtropal. *Oper. moral. tract.6.diſput.3.punct.14.num.5.* Sà. *verbo. Cenſura num.3.* Cardinal. de Lugo.*de Juſtit.& jur.diſput.16. ſect 6.num.107.*

Hujus cōcluſionis prima ratio 3 eſt,quia hujuſmodi cēſuræ ferūtur contra eos, qui alienum ſubripuerunt, ſed qui debitoris rem per compenſationem accipiunt, non contrectant rem alienam, ſed ſuam;quoniam per hujuſmodi juſtam compenſationem dominium compararunt, ut benè Azor. *Inſtitut. moral. part.3. lib.5. cap.15.quæſt.4.* Zamoran.*de Compenſat.diſput.2.cap.6. num.1. in fine.* Sayr.*Clav.Reg. lib.9. cap.14. num. 13. verſic. Ratio eſt.* Caſtropal. *Oper.moral.tractat.6.diſput.3. pūct. 14. num.5.* Ergo excommunicatio, & præceptum ad hujuſmodi compenſantes nequit extendi.

Secunda, quia in excommunicationem majorem non incurrimus, niſi ob peccatum mortale: Sed in noſtro caſu, qui juſtè compenſat, non committit peccatum,ut docent Sayr.*Clav.Reg. lib.9.cap.14 num.13.verſic.Ratio eſt* Toled.*Summ. lib.1. cap 8. num.3.* Molina. *de Juſtit. tract.2. diſput. 692.num.2.* Lugo.*de Juſtit.diſput. 16.ſect.9.num.107.* Ergo in pœnam excommunicationis incurrere nequit. 4 5

Tertia, quia is, qui accipit, 6 reddere non tenetur, tamquam ſi parti deberetur, eò quia id juſtè accipit, neque excommunicari poteſt ob delictum, eò quia nullum delictum patravit, rem ita accipiendo;nec Prælatus jubere poteſt eam rem reſtituere, ut dixit Molina. dicta *diſput.* 692.

692.*n*.2.Niſi ex hypotheſi,quod qui id ſubripuerit, non reddendo ſit in peccato, vel in aliam culpã incidat, propter quam Prælatus in pœnam id præcipere poſſit.At
7 in noſtro caſu non obſtãte,quod excommunicatio feratur, ſi quis in compenſationẽ juſtam,ac legitimam accipiat,aliquam rem,minimè ad reſtitutionem tenetur Molina dicta *diſput*.692. *num*.2. Trullench.in *Decalog.lib*.7. *cap*.5.
8 *dub*.5.*num*.13.Sin autem Prælatus in ferenda cenſura aliud intenderet(quod præſumi non debet) ejus præceptum eſſet injuſtum, ac contineret errorem intolerabilem, ideoque excommunicatio prorſus diceretur nulla Navarrus. in *Manual. cap*.17. *num*. 114. Medina *C.de Reſtitut. quæſt*. 11. Trullench. in *Decalog. lib*.7. *cap*.5.*dub*.5.*num*.13.
9 Limitatur 1. Hæc concluſio, quando nimis in compenſationem abſtuliſſent, quia tunc in exceſſum furtum diceretur, & ille eſſet reſtituendus exceſſus; alioquin excommunicatio eum cõprehenderet Vazquez.*Opuſcul. de Reſtitut.cap*.5.§.1. *dub*.9. *n*.49. Trullench. in *Decalog.lib*.7.*cap*.5 *dub*.5.*num*.13.*in fine*. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib*.2. *cap*.12. *dub*.10. *num*.61. Filliuc. *Oper. moral. tract*.14.*cap*.1.*num*.18. *verſic.Quarta*. Azor.*Inſtitut.moral. part*.3. *lib*. 5.*cap*.15.*quæſt*.4.*verſic.quæres quidnam*. Eſcobar. *de Confeſſar.ſollic. ad vener.part*.2.*quæſt*.3.§.3.*n*.23.
10 Limitatur 2.Quoties quis debitum dubium compenſare voluit.Quippe tunc cum hujuſmodi compenſationem facere non liceat per Text. in *l.Final. C. de Compenſat*. Committitur fur- 11 tum, ideoque excommunicatio comprehendit detentorem Leſſius. *de Juſtit.& jur. lib*.2. *cap*.12. *dub*.10. *num*.61. Filliuc. *tract*.14. *cap*.1.*num*.18.*verſic.Quarta*. Trullench.in *Decalog.lib*.7.*cap*.5.*dub*.5. *num*.13.*in fine*. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut.cap*.5.§.1.*dub*.9.*n*.49.

Limitatur 3. Quando quis in 12 compenſationem rem alienam accipit, quæ debitoris non erat. Nam tunc excommunicatio lata contra furantes rectè eum comprehendit; quoniam hujuſmodi accipiendo peccavit,& detinẽdo in futurum peccat Trullench.in *Decalog.lib*.7. *cap*.5.*dub*. 5.*num*.13.*in fine*. Azor. *Inſtitut. moral.part*.3.*lib*.5. *cap* 15. *quæſt*.4. *verſic. Quæres quidnam*. Filliuc. *tract*.14.*cap*.1.*num*.18.*verſic.Quarta*. Leſſius. *de Juſtit. lib*.2.*cap*.12. *dub*.10.*num*.61.

Extra hos caſus non ligantur 13 hujuſmodi compẽſantes excommunicatione, quia quamvis ſic accipiendo peccaverint,non peccant in retinendo; quoniam ſolummodò in modo accipiendi peccaverunt, ideoque ad reſtitutionem non tenentur; nec mens proferentis ſententiam excommunicationis eſt, eos compellere;ſed dumtaxat in injuſtum detentorem, & licèt mens proferentis ad hujuſmodi compenſantes dirigeretur: tamen ejus intentio nullum ſortiretur effectum; quoniam illi minimè reſtituere tenentur. Unde excommunicatio diceretur inefficax, 14 licèt quoque lethaliter peccaverint: attamen illud peccatũ jam præteriit, ideoque ob illud ex-

com-

communicari nequeunt; ulterius autem detinendo non peccant. Igitur nec propter hanc cauſam Trullench. in *Decalog. lib.7.cap.5.dub.5.num.13.* Leſſius. *de Juſtit.lib.2.cap.12.dub.10. num. 61.* Molina.*de Juſtit.tract.2.diſput. 692.num* 2. & Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.5.§.1.dub.9.nu.49.*

15 Nec obſtat dicere, Judicem per modum pœnæ poſſe imponere reſtitutionem propter peccatum præteritum. Nam reſpondetur non poſſe; quoniam Judex nequit aliquem punire pœnâ pecuniariâ, vel aliquâ aliâ ſimili pœnâ propter delictum: niſi prius reus juridicè audiatur, ac convincatur Vazquez. *de Reſtit. cap. 5. §.1. dub.9. num.52.* Ut docet Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib.2. cap. 12.dub.10.num.62.* Nec debet ex-
16 communicatio fieri pro peccato futuro; ſed in noſtro caſu is, qui retinet in futurum non peccat; quamvis de præterito accipiendo peccaverit, ut ex Sayro. *Clav. Reg.lib.9.cap.14.num.13.* Tradidit Trullench. in *Decalog.lib.7.cap.5. dub.5. num.13.* Ergo in eum excommunicationis pœnam ferri non poſſe ſequitur.

17 His hujuſmodi diſcuſſis, nunc de ſecundo diſtinctionis membro eſt agendum, in quo major vertitur difficultas; videlicet, quando excommunicatio fertur etiam expreſsè contra eos, qui in compenſationem alienum abſtulerunt: an tunc excommunicatio hujuſmodi compenſantes liget. In qua difficultate Roſella. *Summ. verbo. Familia. num 11.* Quem refert Azor. *Inſtitut.moral. part.3.lib.5.cap.15. quæſt.4. verſic. Sed difficultas.* Diſtinguit hoc 18
modo. Si in excommunicatione dicatur: *Adversùs eos, qui contra conſcientiam ſuam acceperunt alienum:* In hoc modo excommunicatio non ligat compenſantes, eſtò adſint conditiones neceſſariæ, de quibus in *quæſt.1.* Sin ve- 19
rò abſolutè dicatur: *Contra eos, qui per compenſationem acceperunt, ſi accepta non manifeſtaverint;* tunc aſſerit compenſantes ligare, quia mos Curiæ, hoc pacto habet, ut excommunicationes ferantur. At Zamoran *de Compenſat.diſput 2.cap.6.num.2.* Dicit Roſellam aſſerere excommunica- 20
tionem, eos indiſtinctè comprehendere; quoniam excommunicatio generaliter lata ad omnes, qui in compenſationem aliquid abſtulerunt porrigitur, & non eſt injuſta. Nam generaliter fertur propter ea, quæ communiter accidere ſolent, & communiter contingit eos, qui per compenſationem ſibi ſatisfaciunt, authoritate propriâ, in ipſa ſatisfactione, vel decipi, vel excedere; ad quod obviandum prædicta clauſula apponi ſolet, quæ generaliter omnes compenſantes comprehendit, licèt compenſantes in aliquo particulari caſu non excederent. Id enim juxta Roſellam eſt per accidens. Quippe lex ge- 21
neraliter lata, non ſolùm ligat habentes; ſed etiam non habentes; alioquin hujuſmodi clauſula, quæ de more Romanæ Curiæ in literis monitorialibus ſolet apponi, eſſet inanis, ut tradunt Sylveſter. *Summ.verbo Furtum quæſt. 15 num.19.* Azor. *Inſtitut.moral.part. 3.lib.5.cap.15.verſic Sed difficultas.*

Vaz-

Vazquez. *Opuſcul.de Reſtitut. cap.* 5.§.1.*dub.*9.*num.*49. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*2. *cap.*6. *num.*2. Caſtropal. *Oper. moral. tom.* 1. *tract.*6. *diſputat.*3. *punct.*14. *num.*6. Navarrus.in *Manual.cap.*17.*num.* 115.*in fine*. Quæ clauſula ponitur ad hoc, ut ſciatur, qua formâ fuerit facta compenſatio, & an ſit juſta.

22 Huic Roſellæ opinioni ſuffragatur Navarra. *lib.*2. *de Reſtitut. cap.*4.*num.*227. Dum refert, quod ſi clauſula appoſita in ſententia excommunicationis expreſsè dicat, ut qui accipit in compenſationem, vel ſcit ita acceptum fuiſſe illud revelet; & tunc non adeſt periculum, quod compenſans compelleretur reſtituere abſque ſpe recuperationis, ideoque debet revelare, quia tunc ſententia eſt juſta; ſecus verò ſi præſumit nimiam, aut illicitam fuiſſe talem compenſationem.

23 Opitulatur quoque Reginald. *de Reſtitut.lib.*10.*cap.*18. *num.*226. Aſſerens, quod ſi excommunicatio ſpecialis feratur, nempe quoad rem, vel quoad perſonam, quo caſu compenſans nominatim excommunicatur; tunc ſi hujuſmodi compenſans non reſtituat, vel non revelat, compenſans coram Judice comparere debet ad declarandam cauſam quare reſtituere non vult; aliàs eum excommunicatio comprehendit, non quia non reſtituit, ſed quia Judici parere nequit, vel non vult, ut debet, ad aliorum ſcandulum vitandum.

24 Reginaldo quoque favere videtur Sylveſter. in *Summ. verbo. Furtum. queſt.*15.*num.*19. Dicens in hac quæſtione diſtinctione utendum eſſe. Vel excommunicatio eſt generalis, vel ſpecialis. Si generalis, videlicet ſi dicat, quod ſi aliqui teneāt de rebus Petri contra Deum, & contra conſcientiam, & tunc qui ſibi compenſavit, nec reſtituere, nec revelare debet. Si verò excommu- 25
nicatio ſpecialis feratur, faciens quoque mentionem de compenſatione, aut de revelatione: tunc excommunicatio eos comprehendit. Hoc probat, quia ſi excommunicatio primo modo feratur, apertum errorem continet: Si verò ſecundo modo lata ſit, juſta eſt ſententia, ut ſciatur quantum quis per compenſationem ſubripuit. Cujus quoque Sylveſtri diſtinctionis meminit Azor. *Inſtitut. moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*15.*queſt.*4. *verſic. Sed difficultas. in fine.*

Medina. *C.de Reſtitut. quæſt.* 26
11. Tenet, quod ipſo jure id, quod illicitè fuit adeptum, ut compenſatio fieret, quoniam videlicet per viam judiciariam facilè nanciſci poterat; tunc excommunicatio ligat compenſantes retinentes, quod reſtituant, in pœnam ſui criminis, quod in acceptatione commiſerunt, quam Medinæ opinionem refert Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.*5. *dub.*9.§.1.*num.*50.

His omnibus haud obſtanti- 27
bus, indiſtinctè contraria opinio eſt tenenda, videlicet, hujuſmodi compenſantem non teneri reſtituere, nec excommunicatione comprehendi, nec revelare debere; dummodò in compenſatione, quam fecit, concurrant

om-

Digitized by Google

omnes conditiones ad juſtam, licitamque compenſationem optatæ, de quibus egi in *quæſt*.1. Quam opinionem amplectuntur Gutierrez. *lib*.1. *Quæſtion. canonicar. quæſt*.11. *num*.67. Vazquez *Opuſcul de Reſtitut.cap*.5.*§*.1.*dub*.9. *num* 49.*in fine*. Toled. *Summ. lib*.1.*cap*.8.*num*.3. Ubi refert Covarruv *lib*.1.*Variar. Reſolut. cap*.2. *num*.15. Molina. *de Juſtit. & jur. tract*.2.*diſput*.692.*num*.2.*concluſ*.1. Trullench.in *Decalog.lib* 7.*cap* 5. *dub*.5.*num*.13. Navarrus. in *Manual.cap*.17. *num*.114. *& cap*.25. *num*.46. Cordub. *lib*.1. *quæſt*.43. *col*.3.*limit*.4. Gloſſ.in *cap*. Juris gẽtium. *verbo. Sed cum. diſtinct*.1. Theophil. Raynald. *de Monitor. part*.1.*cap*.2.*quæſt*.4.*verſic.Sunt qui ferant*. Caſtropal. *Oper.moral.tom*.1.*tractat*.6.*diſput*.3.*punct*.14 *num*.5.Zamoran.*de Compenſat.diſput*.2.*cap*.6.*num*.3. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib*.2. *cap*.12. *dub*.10. *num*.61. Suarez. *de Cenſur.tom*.5.*diſput*.20.*ſect*.3.*num*.12. Lazarius. *de Monitor.ſect*.2.*quæſt*.8.*&* 9.*num*.2.Eſcobar.*de Confeſſar.ſollicitant. ad vener.part*.2.*quæſt*.3. *§*.3. *num*.15. Azor.*Inſtitut.moral. part*.3. *lib*.5. *cap*.15.*queſt*.4. Sayr. *Clav.Reg.lib*.9.*cap*.14. *num*.13. *verſic.Secundò.* Cordub.*de Caſib. conſcient. quæſt*.181.Aragon.2.2 *quæſt*.66. *artic* 2. & ibi Solon.*quæſt*.66.*artic* 5.Cardinal de Lugo.*de Juſtit. & jur. diſput*.16. *ſect*.6. *num*.107. Angel. *Summ.verbo Furtum.num*.41. Lopez. *part*.2. *Inſtruct. conſcient. cap*.159.*verſic.At quid ſi expreſsè?*

28 Hujus concluſionis ratio eſt, quia excommunicatio fertur ubi adeſt læthale peccatum, ſed hîc non adeſt peccatum læthale, quia nō furatus fuit alienum, ſed proprium, ut tradunt Caſtropal. Lugo. Molin. Sayr.& Vazquez locis citatis. Ergo excommuni- 29
catio contra hujuſmodi compēſantem locum habere non poteſt. Nam eos comprehendere nequit, quia ut benè ait Vazquez. *de Reſtitut.cap*.5. *§*.1. *dub*.9. *num*.49. Iſti nec peccaverunt in acceptione, nec in retentione peccant; ideoque nullâ ratione compelli poſſunt ad reddendum ablatum.

Secunda ratio eſt, quia ex- 30
communicatio, vel præcipit ab latam rem denunciari ad hoc, ut reſtituatur primo poſſeſſori: aut hæredibus ejus; quo in caſu excommunicatio non obligat, eò quia cum res ad æqualitatem redacta ſit, reſtitutio locum ſibi vindicare nequit Molina. *de Juſtit.& jur.tract*.2. *diſput*.692. *concl*.
2. Vel excommunicatio fertur 31
ad hoc, ut reveletur, vel denuncietur is, qui rem ſubripuit, authoritate propriâ: itaut puniri queat; & neque in hoc caſu excommunicatio ligat, quia culpa non intervenit, ideoque pœna innocenti non eſt infligenda, ut tradit Sayr. *Clav. Reg. lib*.9. *cap*.14.*num* 13.*verſic.Tum quia præ-
fata*. Quippe hîc deficit culpa, 32
ſed ubi culpa deeſt, pœna nequit imponi Text. in *l.Sancimus* 29. *C.de Pœn.Cap.Inventum* 16.*quæſt*.7. *cap* Joannes 23. *& cap final. de Homicid.*Unde Ovidius*Epiſtolar. heroid.epiſtol*.5.Oenonis Paridi.

Leviter ex merito, quidquid patiere ferendum eſt;
Quæ venit indignè pœna dolenda venit.

33 Tertia, quia hæc excommuni-
catio fundatur in falſâ Prælati
præſumptione; nempe quod ta-
lis compenſatio ſit illicita, ac in-
juſta, ut tradit Suarez. *tom.* 5.
*part.*3.*diſputat.*20.*ſect.*2. *num.*1. Et
non poſſe eſſe aliam Prælati in-
tentionem aſſerit Zamoran. *de*
*Compenſat.diſputat.*2.*cap.*6. *num.*4.
34 Quoniam major excommuni-
catio qualis eſſet hæc, ferri non
poteſt, niſi ob peccatum mor-
tale *cap.Nullus.& cap.Nemo* 11.
*quæſt.*3. Sayr.*Clav.Reg.lib.*9. *cap.*
14. *num.*13. *verſic.Ratio eſt*. Ca-
ſtropal.*Oper.moral. tom.*1. *tractat.*
6.*diſput.*3. *punct.*14. *num.*5. Trul-
lench.in *Decalog.lib.*7. *cap.*5. *dub.*
5.*num.*13. Navarr.*Manual.cap.*17.
35 *num.*115. Ideoque cum hujuſ-
modi compenſatio ſit licita, ac
juſta, cum fiat cum omnibus cõ-
ditionibus, ut in quæſtionis the-
mate ſupponitur, clarè eluceſcit
hanc excommunicationem non
36 ligare compenſantem. Quo in
caſu nec Prælatus ipſe poteſt ju-
bere, ut ſeipsũ cõpenſans prodeat
præcipuè ad præjudicium, &
damnum *cap.Quis aliquando. de*
*Pænitent.diſtinct.*1. Nec quod id,
quod accepit reſtituat. Nam
injuſtum velle videtur, homi-
nem obligare, ut ſe ipſum re,
37 quam ipſe retinet ſpoliet; aut ſi
jus certum, dubium facere intẽ-
dat, & ſic adeſſet periculum de-
bitum amittendi; Idcircò ſi hoc
38 Prælatus intendat hujuſmodi
reſtitutionem, & ad hunc finem
præcipiat revelari ſibi eos, qui
juſtè, ac licitè compenſationem
fecerunt; hujuſmodi Prælati præ-
39 ceptum intolerabilem errorem
contineret, & per conſequens
excommunicatio lata, cum abſ-
que culpa feratur, erit nulla.
Molina.*de Juſtit.& jur.tractat.*2.
*diſputat.*692.*num.*2.*concluſ.*2.*verſic.*
Pœna quippè. Zamoran. *de Com-*
*penſat.diſput.*2.*cap.*6.*num.*4. *in fine*.
Sayr. *Clav.Reg.lib.*9.*cap.*14. *n.*13.
Quarta, quia per talem ex- 40
communicationem compenſans
non tenetur reſtituere ſubreptũ;
tamquam parti debitum, quia
id quod retinet amplius debi-
tum dici nequit, nec alienum,
ſed ſuum Sayr. *Clav. Reg. lib.*9.
*cap.*14.*num.*13. *verſic.Tum quia ex*
quo. Quia per compenſationem 41
dominium in compenſantem
transfertur, ut depromitur ex
Text.in *l.Si conſtat* 4. *C.de Com-*
penſat. Text.in *§.In bonæ fidei. de*
Action. Et tradit Zamoran. *de*
*Compenſat.diſputat.*2.*cap.*6. *num.*1.
in fine. Nec reſtituere, vel reve- 42
lare debet in pœnam ob deli-
ctum, quia per hujuſmodi ac-
ceptionem, ſeu retentionem,
nullum crimen patravit Trul-
lench.in *Decalog.lib.*7. *cap.*5. *dub.*
5.*num.*13. Navarrus.*Manual.cap.*
17.*num.*115. Sayr.*Clav.Reg. lib.*
9.*cap.*14. *num.*13. Unde Præla- 43
tus hujuſmodi reſtitutionem
præcipere nequit, niſi quoties
compenſans accipiendo, vel re-
tinendo peccatum committit;
nec pro actu, in quo nihil pecca-
vit, Prælatus aliquem poteſt pu-
nire, ut probat Theophil. Ray-
nald. *de Monitorib. part.*1. *cap.*2.
verſic.Cæterum. Nec in pœnam
dicti actus obligare ſub cenſuris,
ut quis ſe ſpoliet re, cujus domi-
nium per juſtam, legitimamque
compenſationem comparavit.
Ergo cum compenſans nullum
de-

Digitized by Google

delictum in accipiendo per hujuſmodi compenſationem committat, cõſequẽs eſt ut Prælatus in pœnam illi jubere non poſſit, ut reſtitutionem faciat Zamoran. *de Compenſat. diſputat.2. cap. 6.num.6.*

44 His ſuffulta fulciminibus opinio noſtra, nunc remanet ad adducta pro contraria ſententia reſpondere, & primò non obſtat *Summ.* Roſellæ *verbo. Familia. num.*11. Nam reſpondetur, quod licèt excommunicatio quoad rem ſit ſpecialis: tamen quoad perſonas generalis dicitur, ut tradit Navarr. in *Manual. cap.*17. *num.*115. Tum quia excommunicatio major non comprehendit eos, qui mortaliter non peccant Molina. *de Juſtit. & jur diſput.*692. *num* 2. *concl.*1. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.*16. *ſect.6 num.* 107. Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap* 5. *dub* 5. *num.*13. Sayr. *Clav. Reg. lib.*9. *cap.*14. *num.*13. *verſic. Ratio eſt*. Azor. *Inſtitut. moral. part.3.lib.5.cap.5.quæſt.4. cap. Nullus. & cap. Nemo* 11. *quæſt.*3. Tum

45 quia nemo ſe, nec alium innocentem prodere tenetur, præcipuè ad damnum, & præjudicium *cap. Quis aliquando. verſic. Non tibi dico. de Pœnitent. diſtinct.*1. Et tradit Sayr. dicto *lib.*9. *cap.*14. *num.*13. *verſic. Tum quia.* Et ſi Prælati intentio eſt, ut manifeſtetur, licèt in compenſationem juſtam ſubriperet, intolerabilem contineret errorem, ideoque excommunicatio meritò invalida diceretur Text. in *cap.*1. *de Re judi-*

46 *cat.* Nec illa clauſula, quæ de more Romanæ Curiæ in monitorialibus literis ſolet apponi fruſtatoria diceretur. Nam illa clauſula intelligi debet, quando ſcitur pro compenſatione juſtâ non fuiſſe acceptum, ut tradit Navarrus *Manual. cap.* 17. *num.* 115. *in fine.* Unde quoties ſententia excommunicationis fertur contra accipientes in compenſationem, intelligitur lata adverſus eos, qui injuſtè nimium, prætextu compenſationis ſubripiunt, vel quando debitum, pro quo ſibi compenſarunt erat dubium, ut expreſsè admonet Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.*5. *dub.*9. *§.*1. *num.*50. Azor. *Inſtitut. moral part.*3. *lib.*5. *cap.*15. *quæſt.*4. *verſic. Quæres.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.2.cap.6.num.*9. Ripa. *tractat. de Peſte. tit de Remed. ad curand. peſtem*: *§. Sed quid. num.* 122. Navarr. *Manual. in cap. Inter verba. num.*792. II. *quæſt.*3. 47

Non reſpuit Navarra. Nam quamvis expreſsè excommunicatione dicatur ferri in eos, qui in compenſationem accipiunt, hujuſmodi compenſantes non ligat, dummodò debitum ex obligatione juſtitiæ proficiſcatur Navarr. *Manual. cap.*17. *num.*114. Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*5. *dub.*5. *num.*13. Caſtropal. *tom.*1. *Oper. moral. tractat. 6. diſput. 3. punct.*14. *num.*5. 48

Nec opponitur Reginald. *de Reſtitut. lib.*10. *cap.*18. *num.*226. De excommunicatione quoad rem, vel quoad perſonam, quatenus compenſans excommunicatur nominatim, ſi reſtitutionem non faciat. Quippe reſpondetur, hujuſmodi compenſantem nec reſtituere, nec revelare teneri, nec ipſam compenſatio- 49

nem fateri, præcipuè ſi aliquod damnum timeatur, ut quoque ipſe Reginaldus loco citato vere-
50 tur. Siquidem quod excommunicatio ſit generalis, eò quia perſona, ad quam dirigitur ignoratur, vel ſpecialis; quoniam determinatè cognoſcitur quoad vim obligandi, minimè ejus rationem variat, ut probat ipſe Raynald. *de Monitoriis. cap.3. quæſt.10. verſic. Semper reſtrinxi, ad med.* Et utrovis modo perpendatur, eundem producit effectũ.
51 Nec movere debet ratio ſcandali vitandi, quæ ipſum Reginaldum movit. Nam quamvis ſcientes ſciant in juſtam, ac licitam compenſationem rem fuiſſe acceptam, nullum inter eos ſcãdalum oriretur, eò quia compenſans coram Judice non compareat, confitendo compenſationem prædictam, ut teſtatur Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 6. num 5. in fine.*
52 Nec obeſt Sylveſter in *Summ. verbo. Furtum. quæſt. 15. num. 19.* Nam illa diſtinctio ex traditis ſatis confutata remanet, eamque reprobant Angelus, Gabriel, Tabiena, Navarr. in *Manual. cap. 17. num. 115.* Azor. *Inſtitut. Moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſ. Sed difficultas in fine.* Nec reluctatur Medina nam ex dicendis illi ſatis ire affatim conabor.
53 Sed adversùs concluſionem noſtram, rursùs urgere poteſt dicendo, Prælatum, ſub cenſuris poſſe jubere accipientem injuſtam, licitam, ac legitimam compenſationem reſtituere; non tamquam ſi parti deberetur, nec in pœnam delicti; ſed ad hoc, ut in primæva poſſeſſione, priori poſſeſſore reſtituto, creditor audiatur, eique juſtitia fiat; quo in caſu ſi probabiliter ſperat ſe juſtitiam aſſequuturum fore, ad rei ablatæ reſtitutionem tenebitur; ſecùs verò ſi reſtitutâ re, ſe debitum recuperaturum haud ſperet, ut tradunt Lopez *de Inſtruct. conſcient. part. 2. cap. 2.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 13. verſ. Addunt.* Medina. *C. de Reſtitut. q. 11. dub. 2.*

Huic objectioni reſponſum iri videtur, quod licèt compenſans, reſtitutâ re, ſciret facilè juſtitiam fore conſequuturum; nõ teneri reſtituere, ut tradunt Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 13.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 10. num. 61.* Quoniam poſtquam compenſans per juſtam, ac licitam compenſationem, rem fecit ſuam, abſque alterius damno, incommodo, ac periculo, Judicis ſententiam expectare non debet, nec ad eum recurrere pro juſtitia aſſequenda. Judicis namque recurſus non datur, quando creditor, authoritate propriâ, jus ſuum in Judicis defectum nactus fuit, vigore juris naturalis id concedentis, ut notat Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 6. num. 8.* Nec 55
Prælatus, obtento jure ſuo, poteſt compenſationem inquietare, eum in jus vocando, juſque ſuum litigioſum, dubiumque reddendo, quod certum, ac indubitatum ſupponit. Unde Zaran. loco citato rectè cenſet in 56
omnibus caſibus, in quibus indubitatum eſt, compenſationem licitè, ac juſtè fuiſſe factam, Prælatum jubere non poſſe, etiam

ſub

ſub dicta intentione ablatū reſtituere; quod etiam tradit Angel. *verbo. Furtum. num.* 14. Navarrus *Manual. cap.* 17. *num.* 114. & 115.

57 Et ratio hujus eſſe videtur, quia literæ monitoriales, in quibus aliquid jubetur reſtitui, nequeunt præcipere, aliquid contra juſtum, & honeſtum; ſed ſi excommunicatio præciperet ligare eos, qui injuſtam, ac licitam compenſationem acceperunt, ac retinent, præciperet contra juſtum, & honeſtum, ergo &c. ut tradunt Zamoran. *Tractat. de Compenſat. diſputat.* 2. *cap.* 6. *n.* 8. *in fine* Lazzar. *qq. Canonic. ſect.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 4.

58 His exaratis, ad aliam difficultatem pergo, videlicet, quando compenſatio fuit juſta; ſed illicitè facta, quia deficit aliqua ex conditionibus requiſitis; an ſi tunc feratur excommunicatio ſpecialis adversùs eos, qui cōpenſationem illicitam fecerunt, comprehendat hujuſmodi compenſantes? nempe quoties quis ſibi occultè compenſavit pro debito, quod per viam juſtitiæ commodè poterat recuperare.

59 Huic difficultati affirmativè reſpondendum videtur, hoc eſt ligare hujuſmodi compenſantes, talem excommunicationem, ut docent Medina *C. de Reſtitut. quæſt.* 11. Cordub. in *Summ. quæſt.* 111. Angles. in *Florib. ſentent. part.* 2. *tract. de Reſtitut. dub. ultim.* Sylveſter. in *Summ. verbo. Furtum. quæſt.* 15.

60 Cujus concluſionis ratio eſt, quia juſta dicitur excommunicatio, quæ fertur in pœnam peccati, quod fuit commiſſum accipiendo, propriâ authoritate, requiſitis conditionibus non ſervatis. Unde Medina. *C. de Reſtitut quæſt.* 11. Suſpicatur in caſu, quo aliqua conditio deficit, poſſe jubere Prælatum, rem in compenſationem acceptam reſtitui: ſubnectens id videri præcipere, quando excommunicat eos, qui illicitam compenſationem fecerunt.

Suffragatur Lopez. *Inſtruct. conſcient. part.* 2. *quæſt.* 159. *verſic. Quarto dicimus.* Dū voluit, quod ſi compenſans per hujuſmodi reſtitutionem probabiliter credit fore ſibi furti famam incurrendam, vel debitum non eſſe recuperaturum, niſi magnis cum ſumptibus; tunc compenſantem haud reſtituere teneri, nec Judici, excommunicationis ſententiam proferenti obedire; eò quia tunc negotium reducitur ad caſum, in quo creditor, occultâ cōpenſatione juſtè, ac licitè uti poſſit; & poſtquam compenſans juſtè accepit, ac retinet, ob præteritam culpam, prætermiſſi ordinis accipiendi cum debitum amittendi periculo, reſtituere non debet. Subjungit idem Lopez loco ſupra relato, quod ſi compenſans moraliter certus ſit commodè debitum recuperaturum; tunc ſententia excommunicationis eum comprehendit, Judicique excommunicanti debet parere; quoniam tunc juſta eſt ſententia de reſtituendo. 61

Sed his minimè refraganti- 62 bus, contraria opinio inſequenda eſt; nimirum quod quoties compenſatio non eſt injuſta, ſed illicitè facta propter defectum

ali-

alicujus conditionis; tunc excommunicatio à Prælato lata non comprehendit hujuſmodi compenſantem, quam opinionem quoque amplectuntur Cardin. de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.*16. *ſect.*6. *num.*108. Azor. *Inſtitut. moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*15. *quæſt.*5. Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*5. *dub.*5. *num.* 13. Molina. *de Juſtit. & jur. tract at.*2. *diſput.*692. *num* 2. *concluſ.*2. Zamoran. *de Compenſat. diſputat* 2. *cap.*6. *num* 11. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.*14. *num.*13. *verſic. Quarto.* Lazzar. *Quæſtion. canonic. & practic ſect.*2. *quæſt.*9. *num.*5. & 6. Vazquez. *opuſcul. de Reſtitut. cap.*5. §. 1. *dub.*9. *num.*51. Navarra. *lib.*3. *de Reſtitut. cap.*1. *num.*404. & 405. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.*2. *cap.* 12. *dub.*10. *num.*61. Raynald. *de Monitor. cap.*2. *verſic. Quin etiam. poſt med.* Navarrus. in *Manual. cap.*17. *num.*115.

63 Hujus aſſertionis ratio eſt, quia excommunicationis ſententia non fertur pro culpâ præteritâ in peccando; ſed is, qui per compenſationem accepit, debitis conditionibus non ſervatis, peccavit ſanè; ſed contumax in reſtituendo ablatum non fuit, quia cùm res ſibi dicatur debita ad ejus reſtitutionem non tenetur, ut tradit Azor. *Inſtitut. moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*15. *quæſt.*5. Igi-
64 tur cum nullum peccatum inobedientiæ, ac contumaciæ ſit patratum ob compenſationem illicitam dumtaxat, ſi non reſtituat, non peccat, & per conſequens excommunicatio lata contra hujuſmodi compenſantes, eum non comprehēdit Sayr. *Clav. Reg. lib.*9 *cap.*14. *num.*13. *verſic. Ergo cum nullum.*

Secunda ratio eſt, quia hic 65
compenſans juſtè retinet ſublatam rem, eò quia illicitè accipiendo adversùs commutativā juſtitiam non peccavit; ſed contra juſtitiam legalem, quæ ad reſtitutionem non obligat, ut refert Zamoran. *de Compenſat. diſput.*2. *cap.*6. *num.*11. Quippe poſt compenſationem factam, ſublatum reſtituere non debet, quia non eſt alienum; ſed proprium, quia per compenſationem ejus rei ſublatæ dominium compenſans nactus fuit, ut habetur ex Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.*691. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat.*16. *ſect.*6. *num.*112. Hæc excommunicatio fertur ad urgendam obligationem, quæ aliàs in compenſante ſupponitur. Ideoque per eam ad reſtitutionem nequit compēſans compelli. Nam priuſquam excom- 66
municatio feratur nulla eſt obligatio reſtituendi ſublatum in compenſante, ut voluit Lugo. dicta *diſputat.*16. *ſect.*6. *num.* 108. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*2. *cap.*6. *num.*11. *in fine.*

Hæc noſtra concluſio proce- 67
dit quoque; etiam ſi Prælatus juberet ſub excommunicationis pœna ut id, quod in compenſationem acceptum fuit reſtituatur. Quippe compenſans reſtituere non debet, neque in excommunicationē incideret Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.*2. *diſputat.*692. *num.*2. *concluſ.*2. Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*5. *dub.* 17. *n.*13. Navarr. in *Manual cap.*5. *num.*114. Nam Prælatus non 68
po-

poteſt præcipere, ut reſtituas quod tuum eſt, nec reſtitutionem poteſt jubere in pœnam tranſacti criminis, quoniam pecuniaria pœna non poteſt à Judice imponi, niſi juridicè auditis partibus Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub. 9. num. 52.* Leſſius. *de Juſtit: & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 10. num. 62.* Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat. 16. ſect. 6. num.*
69 108. Hic compenſans hoc in caſu non tenetur ex naturâ rei ablatam rem reſtituere, quia contra juſtitiam non peccavit, eam ita accipiendo, & per illam acceptionē, redacta eſt ad æqualitatem, quæ inter compenſantem, & debitum verſabatur. Unde non eſt adhærendum Molinæ. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 16. ſect. 692. num. 2. concluſ. 2.* Ubi dicit, quod ſi Prælatus in excommunicatione addat, *Nihil impediente, quod in compenſationem ſit accepta*, res debet reſtitui, alias excommunicatio compenſantem comprehendit. Nam contrarium eſt ſectandum; nempe quamvis Præ-
70 latus in ſententiâ excommunicationis expreſsè dicat *Nihil obſtante, quod res in compenſationem ſit accepta*, non per hoc compenſans eam reſtituere tenetur ut tradit Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 13.* ex Navarrus in *Manual. cap. 17.*
71 *num. 114.* Quippe ut dixi ſupra, per compēſationem res fit compenſantis, ſed Prælatus non poteſt præcipere, ut quis res ſuas reſtituat, ut docet expreſsè Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput. 16. ſect. 6. num. 108.* Ergo &c.

Opitulatur quoque noſtræ 72
ſententiæ adversùs Molinam Vazquez. *opuſcul. de Reſtit. cap. 5. §. 1. dub. 9. n. 51.* Ubi aſſerit, quod Prælati intentio eſſet obligare ad reſtitutionem eum, qui contra ordinem juris; quacumque viâ injuſtè accipit in debiti compenſationem, eſtò juſtè retineat, quia fortaſſis debitum liquidum erat, juxtà exoptata à Textu in *l. Final. C. de Compenſat.* Vel quia certum eſt eſſe æqualem compenſationem. Talem excommunicationem hujuſmodi compenſantem nō comprehēdere retur; quamquam reſtitutionem non faciat. Nam aliàs apertum contineret errorem, ut quoque docuerunt Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5 num. 13.* Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib 2. cap. 12. dub. 10. num. 61.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 13.* Navarrus. *Manual. cap. 17. num. 114.* Quoniam 73
licèt iſte in accipiendo peccaverit; tamen in reſtituendo non peccat; idcircò ob retentionem excommunicari nequit, nec etiā ob acceptionem, quia quamvis fuerit peccatum, jam eſt præteritum, & in eo contumacia non eſt; nec in futurum eſſe poteſt, & dumtaxat propter contumaciam ferri poteſt excommunicatio, ut docet ipſemet Vazquez. dicto *cap. 5. §. 1. dub. 9. num. 51.*

Non obnititur, quod compen- 74
ſatio fuerit illicita, utpotè abſque conditionibus requiſitis. Nam peccatum, quoad hoc patratum jam dicitur extinctum, nec amplius in futurum pendet. Ideoque nulla adeſt inobedientia in compenſante, & per conſequens ex-

excommunicatio ferri non po-
teſt propter peccatum præteri-
tum; ſed dumtaxat pro futuro,
vel. propter præteritum pendens
in futurum Suarez. *tom.5. diſput.*
2. ſect.1. Zamoran. *de Compen-*
ſat. diſput.2. cap.6. num.12. Sayr.
Clav. Reg. lib.9. cap.14. num.13.
Navarrus.in *Manual. cap.17.num.*
114. Trullench.in *Decalog. lib.7.*
cap.5.dub.5.num.13.

75 Hanc opinionem noſtram co-
hibet, ac compeſcit Vazquez. *O-*
puſcul. de Reſtitut. cap.5. §.1. num.
53. dub.9. Dum ſuſpicatur, hanc
concluſionem, nempe excom-
municationem haud ligare com-
penſantes, abſque debitis condi-
tionibus procedere, quando quis
id, quod ſubripuit reſtituere po-
teſt, quod fieri poſſe autumat,
quando indebiti compenſatio-
nem accipit rem, quæ numero,
pondere, vel menſurâ conſtat,&
in genere ſuo functionem reci-
pit, juxta Text. in *l. Mutui datio.*
§.1.ff. de Reb. credit. Quamvis aliâ
viâ commodè debitum ſuum aſ-
ſequi poſſit. Quippe non dicitur
rationabiliter invitus debitor;
quando creditor illi aufert pro
pecunia ſibi debita oleum, triti-
cum, vel pro oleo pecuniam,
dummodò talis compēſatio fiat
76 in pretio juſto abſque damno
emergenti, vel lucro ceſſante.
Azor. *Inſtitut. moral. part.3. lib.5.*
cap.5 quæſt.4. verſic. Quæres quid-
nam. Trullench.in *Decalog. lib.7.*
cap.15. dub.5. num.13. in fin. Leſſius
de Juſtit. & jur. lib.2. cap.12. dub.10.
num.61. Filliuc. *Oper. moral. tract.*
14. cap.1. num.18. verſic. Quarta.

77 Quam limitationem concluſio-
nis noſtræ idem Vazquez loco
citato extendit, adeout teſtetur
nec moraliter peccare eum, qui
quando occultè accipit in com-
penſationem id, quod ſi peteret
viâ judiciariâ facilè foret conſe-
quuturum, eſtò compenſans ſub-
ripiat de rebus, quæ ad invicem
inter ſe functionem recipiunt.
Unde ſubnectit, quod ſi quis de-
bitum accipiat, quod facilè aſſe-
qui poterat, & licèt illa compen-
ſatio ſit in valore æquali: tamen
ſi accipit rem, quæ in genere ſuo
functionem non recipit, ut ve-
ſtem, ſcyphum, &c. aſſerit pec-
care mortaliter, retinereque ſub-
latam rem non poſſe. Et ratio 78
tradita ab ipſo Vazquez eſt, quo-
niam quando accipiuntur res,
quæ in genere ſuo functionem
non recipiunt ad hoc, ut in ac-
cipientem dominium transfera-
tur, poſcitur conſenſus domini
debitoris, qui conſenſus nec de-
bitus, nec interpretativus inter-
cedit, quia rem illam pro debi-
to jure dominus renitet dare;
ideoque dominium nequit trāſ-
ferri, cum adeò facilè altera res,
illi ſimilis nequeat reperiri, quæ
vicem ejus gerat, cum functio-
nem in genere non recipiat. Un-
de præſumitur dominum noluiſ-
ſe eam rem dare. Hoc procedit 79
niſi ex conjecturis appareret
contrarium. In caſu, in quo quis
injuſtè accipit, cum mortaliter
peccet, & retinere nequeat: tunc
hujuſmodi accipiens in excom-
municationem comprehēditur;
quoniam domino reluctāte alie-
num retinet. Sed hujuſmodi
Vazquez limitatio non eſt te- 80
nenda. Nam id, quod dicit de
acceptione rerum, quæ conſtat
nu-

numero, pondere, vel menſurâ, & in genere ſuo functionem recipiunt, procedit dumtaxat in foro fori; ſecus in foro poli, ubi juris ſubtilitas conſpici non debet, ſed effectus finalis attenditur. Nam compenſatio, quæ fit propriâ authoritate, permittitur ad hoc ut is, qui à debitore ſuo debitum ſibi judicialiter conſequi nequit, propriâ authoritate capiat, & ſufficit, quod creditor ſatisfactus remaneat per talem compenſationem, & non curatur an ſibi ſatisfaciat de rebus, quæ functionem recipiant, vel
81 de aliis: dummodò res acceptæ in compenſationem debito coæquent, argum. Text. in *l.1. ff. de Compenſat.* Text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Et ipſemet Vazquez *de Reſtitut. cap.5. §.1. dub.8. num.39.* Abſolutè firmavit, poſſe res occultè in compenſationem à debitore ſubripi, remque poſſe propriam apud alium exiſtentem, etiam vi recuperare, & ad reſtitutionem non teneri. Igitur
82 ſi ad reſtitutionem non tenetur, nec debet excommunicari. Nec ſatisfacit excuſatio, quam tradidit *cap.5. §.1. dub.9. num.54. in fine.* Nempe id, quod dixit dicto *cap.5. §.1. dub.8. num.39.* Quod quando ille, qui debitum ſuum recuperare poteſt, non tenetur in rebus uſuconſumptibilibus compenſationem facere, ſed poteſt in aliis. Nam id ait intelligendū eſſe, quoties, aliâ viâ, rem ſuam recuperare non poteſt. Ideoque juſtè accipit, juſtèque retinet, quo in caſu defendit ſe, ne damnum patiatur, quod quacumque viâ facere poteſt, & cum debitoris conſenſum expectare non debeat, quit compenſationem facere, in hac, vel in illâ re, dummodò ſit in valore juſto.
Nam breviter reſpondetur, hăc 83
Vazquez rationem non obſtare, quia in caſu, quo fit hujuſmodi occulta compenſatio is, qui rem in compenſationem accipit, debitoris cōſenſum non expectat, quia ſemper rationabiliter invitus cenſetur, & ſi ut certum eſt, & ipſe Vazquez teſtatur, compenſatio in valore juſto fieri debet, nullum incommodum infertur debitori, ei auferendo æquivalens ejus, quod debet, vel ſubripiantur ei res, quæ in genere ſuo functionem recipiunt, vel quælibet aliæ res cujuſcumque ſint generis, ac æſtimationis, eſtò ut dictum eſt, debito coæquent argum. Text. in *l. Si conſtat 4. C. de Compenſat.* Text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Et quamvis com- 84
penſatio, ſeu acceptio injuſta ex aliqua parte dicatur, nempe ſi pluſquam ſibi deberetur acceperit, vel quia debitum certum non erat; tamen ſi poſtea pœniteat, & ſuperfluum paratus ſit reſtituere: aut de jure, dominioque rei ablatæ factus ſit certior, 85
aſſerendum eſt probabiliter nō ligare excommunicationem injuſtos compenſantes, ut ex Navarra. *lib.3. de Reſtitut. cap.1. part.4. dub.8. num.404.* Sayr. *Clav. Reg. lib.9. cap.14. num.13. verſ. Imo verò Petrus Navarra.* Tradidit Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.5. num.13. ad finem.*

Nec principali noſtræ quæ- 86
ſtioni refragatur, ſi quis urgeat aſſerendo, obligationem reſti-

tuendi oriri ex præcepto Prælati facto in pœnam ordinis prætermiſſi in faciẽdâ occultâ compenſatione, requiſitis conditionibus non intercedẽtibus. Nam
87 huic objectioni dupliciter reſpondetur. Primò, quia Prælatus nequit aſtringere compẽſantem ad reſtitutionem; eò quia in compenſatione facta non interfuerunt conditiones exoptatæ Vazquez *de Reſtitut. cap.5. §.1. dub.9 num 52.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.12. dub.10 num.61.* Molina *de Juſtit. & jur. tractat.2. diſput 692.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.2 cap.6 num 13.* Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.16 ſect.6. num.108.* Secundò, quoniam non attinet ad Prælatum animadvertere peccatum, ordinis non ſervati, quod in futurum non pendet, ſed extinctum jam eſt, præcipuè temporali pœnâ compellendo ſub cenſuris, compenſantem reſtituere id, quod ex natura rei juſtè retinet, & jubendo, ut ejus pœnæ exequutorem ſeipſum efficiat, ut tradidit Molina *de Juſtit. & jur. tractat.2. diſput.692. num.2. concluſ.2. verſic. Cæterum.* Quem refert, ac ſequitur Zamoran. *de Compenſ. cap.6. diſp.2. n.13. in*
88 *fin.* Sed tu quoad hoc, quod non attineat ad Prælatum, occultum peccatum punire, inſequere, quod tutius tibi cernetur, quoniam ego affirmare non audeo; verum enim eſt Molinam, & Zamoranum citatis locis id referre, ac complecti; ſed mihi contrarium tutius videtur; ideoque ſectandum, nimirum peccatum occultum corrigere, ac punire ad Prælatum ſpectare. Excommunicatio, ut dictum 89 eſt, non imponitur ob peccatum præteritum, niſi Prælati præcepto parere velit, exequendo adversùs ſeipſum, pœnam temporalem, quam Prælatus propter peccatum præteritum imponit. Quamobrem Molina dicta *diſputat.692. num.2. concluſ.2. verſic. Pœna quippe.* Cenſet Prælati poteſtatem minimè ad id ſe extendere. Idcirco ſi illa eſſet mens illius, errorem intolerabilem contineret, neque obligat in conſciẽtia. Quoties verò per excommunicationem ablata res reſtitui præcipitur, & nihilo ulterius addidit Prælatus; tunc dicit Molina dicta *diſputat.692. num.2. concluſ.2. ad finem.* Intelligendum eſſe, quando ex ipſa natura rei, compenſans, ſecluſo Prælati præcepto, ad id teneretur. Si verò in excommunicatione Prælatus adjungat, ***nihil impediente, quod res in compenſationem ſit accepta.*** Tunc intelligi debet in his tribus caſibus. Primo, quando debitum erat dubium. Secundo, quando notabiliter ultra æqualitatem progreſſus eſt, quippe reſpectu exceſſus dicitur verum furtum. Tertio, quando rem alienam accipit, quæ debitoris non erat, in quibus caſibus certum eſt, ligare hujuſmodi compenſãtes excommunicationem. Secus verò extra hos caſus, ut docent Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.12. dub.10 n.61.* Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.5. num. 13. in fine.* Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat.16 ſect.6. num.108.* Vazquez. *opuſcul. de Reſtitut. cap.5. §. 1. num.51. dub.9.* Molina. *de Ju-*

dit.

ſtit.& jur.tract.2. diſput.692. nu. 2. *concluſ.*2. Azor. *Inſtitut.moral. part.*3 *lib.*5.*cap.*15.*quæſt.*4.

91 Quando quis juſtè rem accipit, & rogatur à Judice, an ſciret quis acciperet rem, vel an ipſe acceperit, poteſt negare ſe ſcire etiam cum juramento, mente intelligendo ſe neſcire quis ita acceperit, ut Judex intendit videlicet injuſtè, ſeu neſcire quis injuſtè acceperit, vel quis acceperit neſcire, ut tradunt Navarr. *Manual.cap.*17.*num.*114. Trullench.in *Decalog.lib.*7. *cap.*5. *dub.*5. *num.*14. Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.*2.*diſputat.*692. *num.* 3. *concluſ.*3. *lit.A.* Zamoran. *de Compenſat. diſput* 2. *cap.*6.*num.*14. Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib.*2.*cap.* 12. *dub.*10.*num.*62. Sayr. *Clav. Reg. lib.*9. *cap.*14. *num.*14. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.*5. *dub.*9.§.1.*num.*55. Lugo.*de Juſtit. & jur. diſputat.*16*ſect.*6. *num.*109. Caſtropal. *Oper.moral. tom.*1.*tract.* 6. *diſput.* 3.*punct.*14. *num.*5.

92 Hujus ratio eſt,quia Judex in eo ſolo ſenſu debet interrogare; ſi legitimè, ac juridicè interroget. Nam quoties quis legitimè nõ interrogatur ad interrogantis mentem reſpondere non debet, ſed ſufficit ſi reſpõdeat in aliquo ſenſu vero, præcipuè in eo, in quo Judex interrogare deberet, ſi legitimè,ac juridicè interrogaret Zamoran.dicta *diſputat.*2.*cap.* 6.*num.*14.Molina.*de Juſtit.& jur. tract.*2.*diſput.*692. *n.*3.*concl.*3. Lugo.*de Juſtit.& jur. diſput.*16.*ſect.*6. *n.*109. Et omnes ſupra relati. In
93 caſu, de quo dixi,quando Judex nec juridicè, nec legitimè interrogat, non tenetur illi reſpondere, quia contra juris ordinem interrogat, & id, de quo Judex interrogat, nempe de crimine illicitæ acceptionis, vel eſt occultum, vel in telâ judicii non 94
deductum, vel quia fortaſſis Judex, nullâ adversùs hujuſmodi compenſantem præcedente infamiâ,interrogat, vel non competentibus indiciis, vel ſemiplenâ probatione, quibus in caſibus compenſans ad mentem Judicis reſpondere non debet; ſed ſatis eſt ſi reſpondeat in aliquo ſenſu æquivoco Molina dicta *diſputat.* 692.*num.*3. *concluſ.*3. *in fine.* Sed Vazquez.*opuſcul. de Reſtitut. cap.* 5.*dub.*9.*num.*55.Quem ſequuntur Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib.*2.*cap.* 12.*dub.*10. *num.*62. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*2. *cap.*6. *num.*14. *ad finem.* Aſſerit, quod quando 95
Judex juridicè, ac legitimè interrogat, tunc compenſans fateri tenetur; quoniam habet jus interrogandi de crimine illicitæ compenſationis, licèt periculum pœnæ immineat. At hæc Vazquez opinio, ut fatetur Cardin. de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.*6. *num.*109. Intelligi debet, dummodò præcedat ſemiplena probatio,& non immineat periculum talis pœnæ, quæ à fatendâ veritate, eum penitus excuſaret, ut quoque docet ipſemet Lugo *tractat.de Judiciis*. Et huic Cardinalis de Lugo opi- 96
nioni ſuffragatur, adversùs ſententiam Vazquez id, quod non eſt improbabile, quando quis fecit juſtam compenſationem, quoad ipſius acceptionis ſubſtãtiam, at quoad modum accipiendi peccavit,juris ordine præ-

termiſſo; aut omiſſis aliquibus conditionibus, quæ conditionum omiſſio non reddit compenſationem injuſtam; ſed dumtaxat illicitam, quo in caſu ſi à Judice interrogetur juridicè, quamvis ſit ſub juramento; an ipſe rem acceperit, Judicis mens non eſt poſtulare, an quoad modum malè acceperit, ſed quoad ſubſtantiam injuſtè. Ideoque compenſans tunc poteſt negativè reſpōdere, præcipuè ſi ipſi ex hujuſmodi confeſſione aliquod malum immineat, ut ex Raynaldo, & Leſſio. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap. 12. dub.10. num.62.* Tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.2. cap.6. num.15.* Et voluit quoque Trullench, in *Decalog. lib.7. cap 5. dub.5. num.14.*

97 Hucuſque dictum eſt de iis, qui in compenſationem aliquid à debitore abſtulerunt. Nunc videndum eſt de ſcientibus, & nō revelantibus, v.g. ſi excommunicatio feratur adversùs ſcientes rem aliquam fuiſſe ablatam, & non detegant, an comprehendat non revelantes? Ad cujus difficultatem reſpondetur, quod in omnibus caſibus, in quibus
98 compenſans illicitè non tenetur reſtituere, vel ſe revelare; in illis caſibus nec ſcientes alterum revelare tenentur, licèt excommunicatio ſpecialiter feratur contra non revelantes Caſtropal. *Oper. moral. tom.1. tractat.6. diſputat.3. punct.14. num.5.* Navarra. *lib.3. de Reſtitut. cap.1. num.407. dub.9.* Sayr. *Clav. Reg. lib.9. cap.14. num. 14.* Azor. *Inſtitut. moral. part.3. lib.5. cap.15. quæſt.5. verſic. Si roges.* Molina. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſput. 692. num. 3. concluſ. 3.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 2. cap.6. num.16.* Cordub. in *Summa quæſt. 64. & quæſt. 111.* Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub. 5. num. 15.* Vazquez. *opuſcul. de Reſtitut. cap.5. §.1. dub.9. num.55.* Suarez. *tom.5. de Cenſur. diſputat. 20: ſect.3. num.12.* Lazzar. *de Monitor. ſect.2. quæſt.8. & 9.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad vener. part.2. quæſt.3. §.3. num.15.* Ratio eſt, quia cum non comprehen- 99
dat excommunicatio principalem; minus comprehendere debet minus principalem, nempe revelantem, & in caſibus, ubi revelare non debent, æquivocatione reſpondere poſſunt, jurando, ut dixi ſupra de compenſante, & tradunt Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.12. dub.10. num.62.* Sayr. *Clav. Reg. lib.9. cap.14. num. 14.* Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.5. num.15.* Zamoran. *de Compenſat diſput.2. cap.6 num.14.* Navarrus *Manual. cap.12. num.8. & cap 17. num.116.* Navarra *lib.3. de Reſtitut. cap.1. part.4. dub.9. n.407.* Quamvis excommunicatio di 100
rectè contra ipſos ſcientes, & non revelantes feratur. Quippe nec tunc eos comprehendit Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad vener. part 2. quæſt.3. §.3. n.16.* Ubi refert Bonacinam, Filliucium, Marc. Alterium *diſputat.1. cap.7. col.3. dub.2. lib.3.* Vazquez. *opuſcul. de Reſtitut. cap.5. §.1. dub.9. num.51.* Navarram. *de Reſtitut. lib.3. cap.2. quæſt.2. dub.5.* Eſtò 101
ſcirent rem prudenter in juſtam, ac debitam compenſationem acceptam fuiſſe. Quamobrem, cum compenſans ad reſtitutionem non

non teneatur, nec etiam ſcientes eum denunciare, vel manifeſtare tenentur Sayr.*Clav.Reg. lib.9. cap.14. num.14.* Caſtropal. *tom.1.Oper.moral. diſput 3. tractat. 6.punct.14. num.6.* Angel. *verbo Furtum.* Molina *de Juſtit.& jur. tractat 2.diſput.692.num.3.concl.3.* Cordub.*quæſt.64. & 111. de Caſib.conſcient.* Quoniam hoc poſſet in grave damnum compenſantis redundare, qui tunc abſque recuperationis ſpe, reſtituere compelleretur. Quapropter

102 Navarra *lib.3.de Reſtitut. cap.1. num.407.* Aſſerit, quod quamvis compenſans, tunc injuſtam feciſſet compenſationem, ſi ſcientes ſcirent eſſe tunc excuſatum compenſantem à reſtitutione, vel ob impotentiam reſtituendi, vel propter quandam aliam juſtam cauſam, quæ rei detentionem redderet inculpabilem, aut reſtitutionis dilationem: tunc nec denunciare, nec revelare debēt. Et Zamoran.*de Compenſat. diſput.2. cap.6. num.16. ad finem.*

103 Autumat fortaſſis peccare denunciando, vel revelando, ſi nimirum ex tali revelatione prudenter timeretur aliqua gravis compenſantis vexatio; quibus in caſibus revelare non debere tradidit etiam præter ſupra relatos Raynald. *tractat. de Monitoriis. cap.3.quæſt.13.verſic. Eadem ratio militat* Quippe ſi ad extorquendam compenſationis factæ manifeſtationem, monitorium feratur, ad reſtitutionis finem dirigitur, ideoque dumtaxat obligat, quando ad dictum finem prædicta manifeſtatio prodeſt, ſecus verò ſi nihil profit.

Quando fertur excommunicatio adversùs ſcientes, & non revelantes, & hi muſſitant, an compenſatio fuerit injuſta, vel illicita: tunc excommunicatio eos comprehendit, niſi revelent Molina *de Juſtit.& jur. tractat.2. diſputat.692.num.3.concl.3.* Trullench.in *Decalog. lib.7. cap 5.dub. 5.num.15.* Azor. *Inſtitut. moral. part.3. lib.5.cap.15 quæſt.5.verſic. Si roges.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.2. cap.6. num.17.* Navarra.*lib.2.de Reſtitut. cap.4. num. 206.* Caſtropal. *tom.1.Oper.moral. tractat.6.diſput.3. punct.14. num.6.* 104

Tum quia Prælati præceptum revelare præcipiens certum eſt, illudque tranſgredi non debet, qui de juſtitia dubitat Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad vener. part.2.quæſt.3.§.3.num.21.* Ubi refert Vazquez, Monteſin.& Abulenſ. Tum quia in hoc dubio, ad Judicis favorem procliviores eſſe debemus Zamoran. *de Compenſat. diſput.2.cap.6. num.17.* Et 105

præſumptio eſt pro Superioris præcepto, quod in dubio ſervari debet Text. in *l.Si Prætor 75. ff.de Judic.* Text.in *l.Servo 65. §. cum Prætor.el ſegundo ff.ad Trebell. cap Quid culpatur 23.quæſt.1.* 106

Tum quia in dubio res non poſſidetur, præcipuè ſi dubium ab initio ortum habuit. Ideoque ratione juſtitiæ denunciatio nequit prætermitti Eſcobar. *de Confeſſar ſollicitant.ad vener. part. 2.quæſt.3.§.3.num.21.* Referens Covarruv in *cap Poſſeſſor. part.2. §.7.n.3. de Reg.jur.* Maſcard.*tractat.de Probat. concluſ.1063.* Bonacin.*de Reſtitut.diſputat.1. quæſt. 2.punct.2.num.15.* 107

Nec

108 Nec hujuſmodi ſcientes excuſantur ex eo, quod eis dixerit is, qui compenſavit, ſe accepiſſe omninò in juſtam compenſationem, aut habere juſtam cauſam non reſtituendi. Nam non eſt cuicumque facilè credendum, præcipuè in hac materia, & in cauſa propria; niſi fortaſſis is, qui ejuſmodi ſcientibus hęc dixit, eſſet talis famæ, authoritatis, fideique, ut ei omninò credendum eſſet Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. queſt. 5. verſic. Si roges. in fine.* Navarrus. in *Manual. cap. 17. num. 114.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 2. cap. 6. num. 17. in fine.* Molina. *de Juſtit. & jur. tract. 2. diſput. 692. num. 3. concluſ. 3.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5.*
109 *dub. 5. num. 15.* Ubi ex Navarra dicit, quod antequam denuncians revelet, tenetur prius admonere detentorem, ut ſuaviori modo, rem ablatam reſtituat;
110 quod ſi probare nō poteſt, quia eſt occultum, non poſſe revelare cēſet, nec ſic non denunciantem excōmunicatio ligabit, ubi refert Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14.* Solon. *2. 2. quæſt. 66. artic. 5. controverſ. 2. concluſ. 2.* Barthol. à S. Fauſt. in ſuo *Specul. diſputat. 2. quæſt. 37.*
111 Idem voluiſſe videtur Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 6. num. 18.* Dum dixit, quod in caſibus, in quibus ſcientes revelare tenentur ad finem extorquēdi reſtitutionem, debent prius monere compenſantem, ut ſi fieri poteſt, damnum proximi vitetur, cum conſervatione bonæ famæ compenſantis; & compenſans ipſe non incidat in pęnam, ob debitam ejuſmodi compenſationem, quod comprobat authoritate Navarræ, Sayri, & Lazzarii.

Hinc advertendum eſt, quod id, quod ſupra diximus ligare excommunicationem, quando quis pluſquam ſibi deberetur accepit, limitandum, ac cohibendum eſt, quando accepit plus ignorāter, vel neceſſariò, eò quia ablatum, cum debito æquare nō potuit; niſi plus accipiendo: Siquidèm ſi tunc habet animum illud reſtituendi, ideſt id, quod extra debitum accepit; ab excommunicatione liberatur; eſtò reſtituat, adveniente opportunitate, prout confitentur Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad vener. part. 2. quæſt. 3. §. 3. num. 24.* Ubi refert Navarram *lib. 3. de Reſtitut. cap. 2. quæſt. 2. dub. 5.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 12. cap. 14. num. 17.* Suarez. *tom. 1. diſput. 20. ſect. 1.* Lazzarium *de Monitor. ſect. 1. quæſt. 13.* Bonacin. *de Cenſur. diſputat. 2. quæſt. 5. punct. 1. num. 26.* 112

SUMMARIUM

1 *Filius præſtans parentibus operas induſtriales, vel alimenta ad quæ non tenetur, poteſt facere occultam compenſationem.*
2 *Filius poteſt occultè compenſare, ubi pater intercipit lucrum, quod ei obvenit ex induſtria, & labore ejuſdem exiſtentis in ſacris.*
3 *Requiſita ad hujuſmodi compenſationum validitatem.*
4 *Compenſatio an inter patrem, & filium admittatur, ſi pater intercipiat filio quid de ipſius peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi.*

5 Pa-

5 *Pater an poſſit occultè compenſare, ſi filius habens bona caſtrenſia, vel quaſi,quid ſubripiat patri.*

6 *Uxor an poſſit uti occulta compenſatione,contra maritum, quando maritus lucra communia diſſipat abſque uxoris conſenſu.*

7 *Lucra divortii tempore, vel ſoluto matrimonio quęſita, ſunt æqualiter inter conjuges dividenda.*

8 *Lucra, quæ conſtante matrimonio obveniunt ſecundùm leges Hiſpaniæ cujus fiant?*

9 *Maritus malè ſe gerens in adminiſtratione lucrorum communiũ, invita uxore, tenetur ei ad reſtitutionem eorum partis.*

10 *Uxor poteſt facere occultam compenſationem de bonis mariti, quando maritus prodigè diſſipavit.*

11 *Maritus dilapidando lucra, quæ uxori debentur, ei injuriam infert.*

12 *Maritus ſolùm habet jus adminiſtràndi lucra dotalia.*

13 *Maritus diſſipans partem lucrorum acquiſitorum durante matrimonio abſque uxoris conſenſu in foro conſcientiæ tenetur ad reſtitutionem.*

14 *Creditor quando poſſit de bonis debitoris facere occultam compenſationem?*

ARGUMENTUM.

Utrùm Filius familias plus laborans in augenda, vel adminiſtranda re familiari patris, aut matris; poſſit facere occultam compẽſationem ſubripiendo aliquid ultra legitimam?

QUÆSTIO XI.

HUic diſquiſitioni affirmativè mihi reſponsũ iri cernitur. Quippe ſi filius, patris, vel matris gerit negotia,vel ipſis aliquid miniſtrat,præſtãdo eis operas induſtriales,quoties ipſos alere minimè tenebatur, poteſt,deductis expenſis in ipſos alendos factis, accipiendo clam tantumdem ex eorum bonis,facere compenſationem occultam pro ſuo labore,& induſtria Leſſius.*de Juſtit:& jur.lib.2.cap.12.dub.13.num 81.*Angel *verbo.Peculium.num.11.* Layman.*Theolog.moral.lib.3. ſect. 5.tractat.4 cap.8. num.6.* Navarr. *Manual.cap.17.num.144.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.4. cap.24. num.7.* Ubi refert Dianam *Oper. moral.tom.4.miſcellan. Reſolut. 66.* 1

Quia lucrum proveniens patri ex induſtriâ, vel labore filiũ exiſtentis in ſacris paternis, eſt partim profectitium, & partim adventitium, cum non ſolùm ex paternis bonis proficiſcatur, ſed etiam ex filii induſtriâ,& labore, ideoque ſoli patri cedere non debet, qui ſi totum lucrum capit injuſtè ſe gerit. Igitur filio præſtare debet,vel partem, vel ſalarium ob induſtriam,& laborem, quod cuilibet extraneo tradere 2

te-

teneretur;cum filius non debeat gratis miniſtrare patri,quoad artificiales operas valdè utiles ipſi patri, niſi pater egeat. Quamobrem ſi in hoc caſu filius debitum ob laboris ſalarium conſequi nequeat,vel ob reverentialem metum petere non audeat, poterit facere occultam compenſationem Zamoran. *de Compenſat. diſputat.4.cap.24. num.7.in fine*. Sed ad hujuſmodi compenſationis validitatem tria eſſe neceſſaria aſſerit Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2.cap.12.dub.13.num.81. verſic.*
3 *Hic tamen*. Primũ, ut filius proteſtetur ſe minimè id gratis facere, ſed ſalarium velle. Quippe is, qui pro alio negotia gerit, & petit pro hoc ſalarium, id explicare debet, præſertim quando alter eſt præſens; quia hic fortaſſis nollet,& rebus ſuis aliter conſulet. Quam proteſtationem, ſi filius ob metum, ſeu reverentialem pudorem exterius expreſsè facere non audeat: ſufficit tacita proteſtatio,quam pater ægreferre non debet,ut ex eodem Leſſio loco citato tradidit Zamoranus ubi ſupra *num.*8. Secundum, ut pateat nequaquam per ſe illud negotium patrem eſſe facturum, neque qui gratis, vel minoris tunc faciat inventurum. Tertiũ, ut iſtius lucri uſumfructum ante patris mortem filius minimè vindicet. Nam hoc lucrum in adventitiis filii cenſetur, cujus uſusfructus, vitâ patris durante, ad eum ſpectat Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.4. dub.3. num.*10. Hæc enim compenſatio à filio fieri non poteſt, ſi ipſe gratis velit patri, aut matri ſervire in augenda, ſeu adminiſtranda re familiari eorum, ut notant authores ſupra relati, & præcipuè Zamoran dict. *diſput.4.cap.24.num.9.*

Sed an inter patrem,& filium 4
admittatur compenſatio propter acceptionem rei ſpectantis ad alterum? Et ſi loquamur de peculio caſtrenſi, & quaſi caſtrenſi affirmativè reſpondetur;nempe patrem ex illis bonis quidquã ſibi uſurpare non poſſe; niſi neceſſarium ad alimenta filii,cùm illum ex ſuis alit;aliàs ſi filius velit ad reſtitutionem teneretur. Et ſi filius futurum non ſperet, quod parens reſtituat, occultam compenſationem facere poteſt, vel patre vitâ functo, à cohæredibus petere Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.2.cap.4.dub.3.num.9.& cap.12. dub.13. num.*80. Zamoran. *de Compenſat. diſput.4. cap.25. §.2.*
n.16. Quoniam in bonis caſtren- 5
ſibus, vel quaſi caſtrenſibus filiifamilias,pater nullum jus habet; ſed in his filius habetur pro patrefamilias. Unde ſi filius habeat hæc bona caſtrenſia,vel quaſi caſtrenſia, & ultra illa ex paternis bonis, inſcio ſeu reluctante patre,aliquid ſubripiat; poteſt pater tantundem clam, viâ compenſationis de bonis filii ſumere. Zamoran dicto *cap.25.§.2. num.17.* Quia tunc non creditur patrem remittere, vel condonare velle filio hoc furtum, niſi modicum ſit. Nam aliàs filius committeret mortale peccatum,obligans ad reſtitutionem, ſi patre rationabiliter invito, filius notabilem quantitatem accipiat. Quippe tunc reſtituere debet,& ſi reſtitutionem facere nequeat

in diviſionem debet adducere; alioquin alii fratres poſſunt facere occultam compenſationem contra hunc filium, id non adducentem in diviſionem, ſi aliter jus ſuum tueri non poſſint Zamoran. *diſputat.* 4. *cap.* 25. *ſ.* 2. *num.* 24 *ad finem.* Quod verum eſt juxta Leſſium ubi ſupra; niſi conſtet alios fratres tantundem fuiſſe furatos, aut contra patris voluntatem expendiſſe, vel niſi pater condonaverit, vel ex circumſtantiis putetur condonaturus, ſi filius auderet rogare Zamoranus ubi ſupra.

6 Hîc videndum eſt de marito, qui durante matrimonio, lucra communia diſſipat, expendendo prodigè abſque uxoris conſenſu, an uxori teneatur reſtituere ſuam partem in conſcientia, quam partem ſi aliâ viâ conſequi nõ poſſit, an queat facere occultã compenſationem? Cui difficultati negativè reſpondendum videtur, ſcilicet non teneri maritum in conſciẽtia uxori reſtituere, licèt matrimonio conſtante, lucra communia in eo quæſita malè, ac prodigè dilapidet; quia uxor matrimonio ſoluto, non poteſt petere eorum lucrorum partem: aut quod ex aliis bonis mariti ſibi ſatisfat, nec poteſt facere occultam compẽſationem, dummodò maritus hæc lucra in uxoris fraudem non expenderit, animo fraudandi uxorem, parte ſuâ Navarrus in *Manual. cap.* 17. *num.* 155. cum bi relatis. Eò quia

7 dumtaxat ea, quæ divortii tempore, vel ſoluto matrimonio inveniuntur lucrfacta, videntur lucra abſolutè inter virum, & uxorem æqualiter dividenda. Cætera verò quamvis illico, ac lucrifiũt uxori pro dimidio quęrantur juxta leges noſtras Hiſpa- 8 niæ, tamen lucrifiunt, & quæruntur uxori revocabiliter, quatenus maritus ad quem libera pertinet illorum adminiſtratio, poteſt ad ſuæ voluntatis libitum benè, vel malè expendere: dummodò hoc non faciat animo minuendi portionem, quam in his lucris uxor habere debet; ſed casù, & vitio proprio; quæ omnia probari poſſunt ex *l.* 5. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat.*

Sed his minimè refragãtibus, 9 contrarium eſt tenendum, videlicet, quod ſi maritus adminiſtrando hæc bona malè ea expẽdat, ſeu in ludos, mulieres, ac donationes prodigas dilapidet, abſque uxoris conſenſu in partem lucrorum, quæ ipſi contingit, imputare debet, ideoque in conſcientia reſtituere tenetur dimidiam partem horum lucrorum quęſitorum matrimonio durante, quæ lucra ad uxorem pertinebant; licèt maritus id non faciat animo defraudandi uxorem parte ſuâ, ſed ex casù, & vitio proprio. Unde tunc poteſt 10 uxor facere occultam compenſationem de mariti bonis tantundem ſubripiendo ſecretò; quãtũ maritus ipſe malè, ac prodigè diſſipavit in magna quantitate, de dimidia lucrorum parte Navarra. *de Reſtitut. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 115. & 116. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 4. *n.* 87. Matienzus. in *lib.* 5. *Recopil. l.* 5. *gloſſ.* 6. *num.* 10. & Palat. Rub. in *Rubric. cap. Per veſtras de Donationib. §.* 6. *num.*

*num.*18. Relati à Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4. *cap.*26. *ſ*.3.
11 *num.*44. Quia maritus hujuſmodi lucra dilapidando uxori infert injuriã, eique damnum infert, quatenus abſque rationabili cauſa uxorem privat lucro legali acquiſito, conſtante matrimonio, quod ad ipſam uxorem pertinebit. Quippe ut dixit Matienzus ubi ſupra, uxor iſtorum lucrorum dominium, ac poſſeſſionem nanciſcitur pro indiviſo ipſo jure,ac percipiuntur, quamquam partialiter, ſicut accidit in
12 qualibet ſocietate, quoad hæc lucra maritus ſolummodò habet jus ea adminiſtrandi liberè in ſuum, ac uxoris commodum Zamoran.loco citato. Ex quibus
13 patet, quod cum maritus non ſit dominus partis lucrorum quæſitorum durãte matrimonio, ad uxorem ſpectantium, ſequitur, quod ſi eam uxoris partem abſque ejus conſenſu malè diſſipet, in foro conſcientiæ tenetur ad reſtitutionem, & quoties aliquis debitor ita ad alicujus rei ſolutionem tenetur, ut prætermiſsâ ſolutione peccet; tunc poteſt creditor, ſi aliâ viâ abſque multis incommodis,ac impenſis, quod ſibi debetur recuperare non poſſit, in bonis illius debito-
14 ris facere occultam compenſationem,ad tradita perFagundez in *Decalog.cap.*30.*num.*2.Leſſium. *de Juſtit.& jur.lib.*2. *cap.*12. *dub.* 10.*num.*58. Bonacin. *de Reſtitut. diſput.*1.*quæſt.ultim.punct.*2. *propoſit.*2.*num.*12. Caſtropal. *Oper.moral.tractat.*32.*punct.*16 §.3.*num.*6. Trullench. in *Decalog.lib.*7. *cap.* 5.*dub.*5. *num.* 4. Vazquez. *de Reſtitut. cap.* 5. §. 1. *dub.* 8. *num.*4. Azorium. *Inſtitut.moral.p.*3.*lib.*5. *cap.*15 *verſic.Deinde.* Ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.

SUMMARIUM.

1 *Obligatio naturalis nulla oritur propter relicta in teſtamento minus ſolemni.*

2 *Hæres nec legatarius non poſſunt aliquid accipere in compenſationem ob relictum ipſis in teſtamento minus ſolemni, quamvis ex voluntate teſtatoris apertè conſtaret.*

3 *Debitum liquidum eſſe debet ad hoc, ut locum habeat compenſatio.*

4 *Occulta compenſatio ad hoc, ut licitè fieri poſſit, debitum liquidum certum, ac indubitatum eſſe debet.*

5 *Conditio poſſidentis in dubio melior eſt.*

6 *Occulta compenſatio ſolummodò fieri poteſt in illis debitis, quæ ex juſtitia debentur.*

7 *Inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, hæreditatem ſibi relictam ex juſtitia petere nequit.*

8 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, ſi hæreditas hæredi ab inteſtato adjudicetur, poteſt facere occultan compenſationem: dummodò abſit ſcandalum.*

9 *Hæres ab inteſtato tenetur hæreditatem ex juſtitia reſtituere hæredi inſtituto in teſtamento minus ſolemni.*

10 *Obligatio naturalis ex teſtamento minus ſolemni oritur.*

11 *Teſtium ſolennitates requiruntur in teſtamento ad evitandas fraudes*

des, & pro forma probatoria.

12 *Defectus voluntatis teſtatoris, ſeu defectus legitimæ probationis voluntatis teſtantis in foro fori, eſt tamquam ſi ab inteſtato deceſſiſſet.*

13 *Judex quomodo favore hæredis ab inteſtato proferat ſententiam.*

14 *Hæres ab inteſtato ſi certò ſciat voluntatem teſtatoris fuiſſe, ut institutus hæres in teſtamento minus ſolemni hæreditatem capiat, peccat mortaliter, petendo hæreditatem ſibi adjudicari.*

15 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, ſi hæres ab inteſtato non velit hæreditatem reſtituere, poteſt facere occultam compenſationem.*

16 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni faciendo occultam compenſationem fundatur in voluntate certa teſtatoris.*

17 *Voluntas teſtatoris hæredi inſtituto in teſtamento minus ſolemni tribuit jus faciẽdi occultam compenſationem.*

18 *Hæres ab inteſtato, ſi ex Judicis ſententia hæreditatem retineat, institutus hæres poteſt facere cõpenſationem occultam.*

19 Referuntur verba l. 4. tit. 4. lib. 5. Recopilat.

20 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni poteſt tuta conſcientia uti occulta compenſatione.*

21 Layman reprobatur, ac expenditur.

22 *Sententia Judicis favore hæredis ab inteſtato, non tribuit ei in foro conſcientiæ æternæ ſalutis ſecuritatem, contra hæredem inſtitutum in teſtamento minus ſolemni.*

23 Refellitur Sanchez.

24 *Teſtamentum, in quo juris ſolemnitates abſunt validum eſt in foro conſcientiæ.*

25 *Hæres ab inteſtato in foro conſciẽtię, ac contra hæredem ſcriptum in teſtamento minus ſolemni nullum jus poteſt habere.*

26 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, vel hæres ab inteſtato hæreditatem poſſidens, an poſſit ſibi facere compenſationem aliorum debitorum, quæ illi occultè debebat.*

27 *Occulta compenſatio, quando admittatur inter hæredem inſtitutum in teſtamento minus ſolemni, & hæredem ab inteſtato.*

28 *Opinio ad hoc, ut probabilis dicatur, quid requiratur.*

29 *Sponſus non poteſt propria authoritate diſſolvere ſponſalia, quoties cauſa non eſt certa,* & referuntur verba Sanchez.

30 *Hæres ab inteſtato, ſi certò ei conſtiterit de voluntate teſtatoris, peccat mortaliter, ſi non reſtituat hæreditatem in teſtamento minus ſolemni.*

31 *Hæres ab inteſtato, ſi non ſolvat legata relicta in teſtamento minus ſolemni, tenetur ad reſtitutionem omnium bonorum, & non excuſatur propter probabilitatem opinionis contrariæ.*

32 *Compenſatio occulta an fieri poſſit ob rationabiliter præſumptam teſtatoris voluntatem.*

33 *Proponitur hujus dubitationis exemplum.*

34 *Negativè contra occultam compenſationem nonnulli reſpondent.*

35 *Hujus concluſionis ratio affertur.*

36 *Voluntas imperfecta nullum præſtat jus, etiam in foro conſcientiæ.*

37 *Voluntas hominum eſt ambula-*

toria uſque ad ultimum vitæ ſpiritum.
38 *Affirmativè pro compenſatione reſpondetur.*
39 *Famuli non præſumitur, ut velint impedire legata, quæ ipſis ſiunt à Dominis ſuis morientibus.*
40 *Conjectura remiſſionis debiti, quādo præſumatur?*

ARGUMENTUM.

Utrùm in foro Conſciētię detur locus occultæ Compenſationi ob Relicta in Teſtamento minus Solemni?

QUÆSTIO XII.

1 PLures ſunt Doctores aſſerentes, ex teſtamento nullo ex defectu ſolemnitatum, quas jus civile præſcribit, nullam naturalem obligationem proficiſci, ut videre eſt apud Molinam. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat.* 81. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 6. Sanchez. *lib.* 4. *Conſil. moral. cap.* 1. *dub.* 15. Leſſium. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 3. Covarruv. in *cap. Cum eſſes. de Te-*
2 *ſtament.* Unde Doctores, hanc aſſertionem amplectentes, propoſitæ theſi negativè reſpondēt; videlicet, quod hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni ex defectu ſolemnitatum, nec legatarius, quamvis utrique evidenter patefiat, etiam per hæredis ab inteſtato confeſſionem, teſtātis voluntatem fuiſſe, quod ad eos ejus bona pervenirent, non poſſint nec hæreditatem, nec legatum in occultam compenſationem ſubripere, ut tradunt Philiarcus. *de Reſtitut. lib.* 1. *cap.* 12. Covarruv. in *cap. Cum eſſes. num.* 10. *de Teſtament.* Menoch. *de Præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 80. *num.* 34. Sanchez. *lib.* 4. *Conſil. moral. cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 12. Cardenas. *Criſ. Thelogic. tract.* 1. *de Probabilitat. diſputat.* 16. *cap.* 8. *artic.* 6. *num.* 184. Layman. *lib.* 1. *de Legibus. tractat.* 4. *cap.* 17. *num.* 7.

Cujus aſſertionis ratio eſt, 3
quia ad hoc ut locum habeat compenſatio, utrumque debitum liquidum eſſe debet, ut clarè depromitur ex Text. in *l. Si conſtat* 4. & *l. Final. C. de Compenſat.* Præcipuè cum una ex conditionibus requiſitis ad juſtam, ac licitam compenſationem faciendam in foro conſcientiæ ſit, quod debitum ſit certum, liqui- 4
dum, ac indubitatum, ut docent Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. Caſtropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *diſputat.* 1. *punct.* 16. Diana. *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3. *Reſolut.* 148. §. 1. Filguera. *Summa. tractat.* 29. *cap.* 1. *artic.* 3. *in fine.* Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *n.* 4. Mēdus. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio.* Sed in 5
noſtro caſu, debitum non eſt liquidum, nec certum, nec luce clariùs, dum dubitatur an hæreditas debeatur hæredi ab inteſtato, vel hæredi inſtituto in teſtamento minus ſolemni. Ergo locum habere nequit occulta compenſatio; maximoperè quia quoties verſamur in dubio, an de-

debeatur, vel non, melior eſt conditio poſſidentis; & in noſtra facti ſpecie, ſive poſſideat hæres ab inteſtato vigore ſententiæ Judicis, ſive hæres inſtitutus vigore teſtaměti minus ſolemnis, nõ eſt clarius luce alteri deberi, quia uterque habet pro ſe opinionem probabilem, ut retinere poſſit ſicuti tradidit Sanchez. *lib.*4. *Conſil. moral. cap.*1.*dub.*14. *num.*12. *in fine.*

6 Secunda ratio, quia compenſatio dumtaxat fieri poteſt pro illis debitis, quæ debentur ex juſtitiâ Eſcobar *de Confeſſar.ſollicitant.ad vener. part.*2. *quæſt.*3. §.3. *num.*18. Machad. *tom.*1. *lib.*2.*part.* 3. *tractat.*23. *document.*5. *num.*5. Sayr. *Clav. Reg.lib.*9.*cap.*14. *num.* 6. Navarr. *Manual.cap.*17. *num.* 113. Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*5. *dub.*5. *num.*3. Bonacin. *de Reſtitut. diſputat.*1. *quæſt. ultim. punct.*2 *propoſit.*2. *num.*13. Diana *Oper.moral.tom.*6 *tractat.*3. *Reſolut.*152. §.2. Sed is, qui in teſta-
7 mento minus ſolemni eſt inſtitutus, vel is, cui in eo aliquid relinquitur, nequit hæreditatem, vel legatum petere, tamquam ſi ex juſtitiâ ſibi deberetur, ut docet Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4.*cap.*6.*n.*16.*in fine.* Ergo, &c.

8 Sed his minimè obluctantibus opinio contraria eſt tenenda, nempe hæredem in minus ſolemni teſtamento inſtitutum, non ſolùm poſſe occupare, & retinere hęreditatem ſibi relictam, celareque defectum teſtamenti; ſed etiam (dummodò abſit ſcandalum) facere occultam compenſationem, ſi hæreditas in foro fori hæredi ab inteſtato adjudicetur, quam opinionem amplectuntur Leſſius. *de Juſtit. & jur.lib.*2. *cap.*19. *dub.*13. *num.*22. Granadus in 1.2. *controverſ.*7. *de Legib.tractat.*3.*part.*2.*diſputat.*15. *ſect.*2.*num.*17. Molina. *de Juſtit.& jur. tract.*2. *diſput.*81. *circa finem. verſic. Quod ſi hæc fuit.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4. *cap.*6. *num.* 17. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.*95. *verſic.Tertiò.* Sylveſter. *Summ. verbo. Hæreditas* 3.*quæſt.*7. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4.*cap.*1.*num.*3. *ad medium.*

Hujus concluſionis ratio eſt, 9
quia hæres ab inteſtato, qui certè ſcit defuncti voluntatem fuiſſe, ut hæreditas ſua perveniret ad hæredem inſtitutum in teſtaměto minus ſolemni; debet ex juſtitiâ ei hæreditatem relinquere, vel reſtituere, ſolvereque legata iis, quibus à teſtatore in prædicto teſtaměto relicta ſunt, etiam ſi hujuſmodi hæreditas in foro externo per Judicis ſententiam hæredi ab inteſtato eſſet adjudicata; quia tunc minimè adjudicata fuit, tamquam ſi abſolutè ad illum pertineret, eò quòd non oriatur obligatio naturalis ex teſtamento minus ſolemni, quod verum non eſt, cum talis 10
naturalis obligatio ex hujuſmodi teſtamento minus ſolemni proficiſcatur, ut ex Text. in *l. Final. C. Si adverſ. delict.* & ex Text. in *l. Fideicommiſſum. C de Condict.indeb.* & ex Jaſone. in *l. Si unus. num.*3.*C. de Teſtament.* & ex Ripa. in *l. Nemo poteſt. num.*96. & ibi Alciat *num.*24. & ibi Gloſſ *ff. de Legat.*1. & Gloſſ. in *l.*1. *ff. de Condict.indeb.* Tradidit; Nettus.
de

de Ultim. voluntat. lib. 1. *tit.* 7. *num.* 3.
Sed quia, qui innititur tali teſta-
mento refellitur, tamquam de-
ſtitutus probatione, quam leges
ad faciẽdam fidem probatoriam
voluntatis defuncti expoſcunt.
11 Nam ſolemnitates teſtium in
teſtamento deſiderantur ad evi-
tandas fraudes, & pro formâ pro-
batoriâ Crotus. in *l. Nemo poteſt.*
num. 16. *ff. de Legat.* 1. Bachovius
ad Treutler. *Select. diſput.* 10. *theſ.*
5. *lit A. verſic. De ſubſtantia teſta-*
menti. Nettus. *de Ultim. voluntatib.*
lib. 1 *tit.* 7. *num.* 6. Mantic. *de Con-*
ject. lib. 2. *tit.* 11. *num.* 1. Menchac.
de Succeſſ. creat. lib. 1. §. 2. *num.* 2.
12 Defectus voluntatis teſtato-
ris, ſeu defectus legitimæ proba-
tionis, voluntatis teſtantis in fo-
ro fori cenſetur, tamquam ſi ab
inteſtato deceſſiſſet, quia leges
civiles non aſſiſtunt teſtamento
minus ſolemni, actionem civi-
13 lem illi præbendo. Ideoque quã-
do Judex favore hæredis ab in-
teſtato ſententiam profert, non
dicit abſolutè hæreditatem eſſe
prædicti hæredis; Sed interim
decernit hæreditatẽ eſſe hæredis
ab inteſtato, juxta id, quod appa-
ret ex probationibus. Siquidèm
ad relicta in minus ſolemni te-
ſtamento, hæres inſtitutus, & le-
gatarius habent jus legitimum
ex tali teſtamento ad hæredita-
tem, & legata, cui juri minimè
derogare poſſe forum externũ,
enitet, per illam adjudicationem
hæredi ab inteſtato factã, in de-
fectu legitimæ probationis volũ-
tatis teſtantis, ut tradidit Zamo-
ran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 6.
14 *num.* 17. *in fine*. Quippe ſi hæres
ab inteſtato certus ſit, vel ſibi
perſuadeat defuncti volũtatem
fuiſſe illam, quæ in minus ſolem-
ni teſtamento continetur, peccat
mortaliter, ſi petat ſibi adjudica-
ri hæreditatem alteri relictam,
vel ſi non ſolvat legata, vel fidei-
commiſſa, in tali teſtamẽto reli-
cta teneri ad reſtitutionem, tam
omnium bonorum hęreditatis,
quàm litis expenſarum, aliorum-
que damnorum, hæredi inſtitu-
to, vel fideicommiſſario, ſeu le-
gatario propter eam litem, bono-
rumque ſubſequutorum, ut be-
nè docet Molina *de Juſtit. & jur.*
tract. 2. *diſputat.* 81. *verſic. Quod ſi*
hæc fuit. Zamoran. *de Compenſat.*
diſput. 4. *cap.* 6. *num.* 19. Unde ſi tũc 15
hæres ab inteſtato reſtituere nõ
vult, hæres inſtitutus in teſta-
mento minus ſolemni, poteſt fa-
cere compenſationem occultam,
quia res eæ erant ipſorum, ut
ex Sylveſtro in *Summ. verbo. Hę-*
reditas 3. *quæſt.* 7. Tradit Leſſius.
de Juſtit. & jur. lib. 2. *cap* 19. *dub.* 3.
num. 22. Ideò in hoc caſu hæres 16
inſtitutus poteſt facere compen-
ſationem, quia hæres ab inteſta-
to ſtat in opinione probabili, in-
ſtitutus verò fũdatur in volũta-
te, teſtatori certâ, ac notâ. Igitur
tãquam de debito certo, ac liqui-
do poteſt facere compenſatio-
nem Zamoran. *de Compenſat. diſ-*
putat. 4. *cap.* 2. *num.* 4.
His hujuſmodi pro noſtræ 17
concluſionis fulcimine jactis,
non obſtat prima ratio adducta
pro contrariâ opinione. Nam
reſpondetur, non eſſe illiquidum
debitum, quod optatur compen-
ſari. Cum in foro conſcientiæ ſuf-
ficiat voluntas teſtatoris ad tri-
buendum jus neceſſarium hære-
di-

di in minus ſolenni teſtamento inſtituto ad hoc, ut poſſit hære-
18 ditatem capere. Idcirco ſi hæres ab inteſtato hæreditatem ex Judicis ſententiâ retineat, hæres inſtitutus rectè tamquam de debito certo, ac liquido facere poteſt occultam compenſationem. Quippe licèt teſtamētum minus ſolemne ſit ex ſolemnitatis cujuſdam defectu, non per hoc vim
19 ac vigorem perdit. Nam quamvis *l.3. Tauri in fine*. Quę hodie eſt *l.2. tit.4. lib.5. Novæ Recopilat. in fine*, dicat: *Los quales dichos teſtamentos, y codicilos ſi no tuvieren la dicha ſolemnidad de teſtigos, mãdamos, que no fagan fè, ni prueba en juicio, ni fuera del.* Attamen illa verba nullam vim, nullamque obligationem teſtamentis auferre docet Molina. *de Juſtit. & jur. tract. at. 2. diſputat. 81. verſic. Quintò cum mihi perſuadeat*. Sed ſolummodò ſtatuere, ut fidem non faciant, eorumque inſufficientiam oſtendere, itaut ex illis nihil in judicio, nec extra probari queat.

20 Non reſpuit ſecunda ratio, quia quamvis hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, ex juſtitiâ nequeat hæreditatem petere, quia lex civilis prædicto teſtamento non favet: tamen poteſt, tutâ conſcientiâ, occultâ cõpenſatione uti, quia illud jus, quod in foro poli hęres inſtitutus eſt adeptus, privari nequit, quamquam Judex per ſententiam hæredi ab inteſtato hæredi-
21 tatem adjudicet. Unde merito reprobandus Layman. *de Legib. tractat. 4. lib. 1. cap. 17. num. 7.* Ubi dicit improbabilem eſſe opinionem Molinæ *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſput. 81. verſic. Quod ſi hæc fuit*. Docentis inſtitutum in minus ſolemni teſtamento, poſſe facere compenſationem occultam contra hæredem ab inteſtato, cui per ſententiam Judicis hæreditas fuit adjudicata. Quippe replicat Layman contra Molinam, quod ſi ſententia Judicis adjudicātis hæreditatem fuit juſta, ſequitur hæredem ab inteſtato ex tale ſententiâ habere jus capiendi, poſſidendique hæreditatem in foro conſcientię, quo jure acquiſito privari, nec ſpoliari nequit per hæredem inſtitutum in teſtamento minus ſolemni.

Huic objectioni reſpondetur 22
quod, quando Judex profert ſententiam adjudicationis hæreditatis favore hæredis ab inteſtato, tunc non declarat prædictam hæreditatem abſolutè eſſe ſuam, nec illa Judicis ſententia quoad ſecuritatem æternæ ſalutis in foro conſcientiæ præſtat verum jus hæredi ab inteſtato; ſed ſolummodò declarat eſſe prædicti hæredis, ut ex probationibus, quæ in jure admittuntur eluceſcit; ideoque operari nequit, ut hæres in minus ſolemni teſtamento inſtitutus, cui certè, ac indubitatè conſtat fuiſſe defuncti voluntatem, ut ad ipſum hęreditas perveniret, quo minus utatur jure ſuo Zamoran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 6. num. 18. ad finem.*

Nec reluctatur Sanchez. *lib.* 23
4. Conſil. moral. cap. 1. dub. 14. num. 13. Ubi docet, quod ſi hæres ab inteſtato coram Judice petat hæreditatem relictam in teſtamento

to minus ſolemni, & hæres inſtitutus negaret, vel falſis Teſtibus ſi defenderet, vel occultaret teſtamentum, teneretur hæ-
24 reditatem reſtituere. Nam reſpondet in foro conſcientiæ validum eſſe teſtamentum, in quo juris ſolemnitates non adſunt.
25 Igitur hæres ab inteſtato in foro conſcientię contra hæredem ſcriptum in dicto teſtamento minus ſolemni, nullum jus poteſt habere: & quamvis hæres neget aliquid ſibi in eo teſtamẽto eſſe relictum, vel illud occupet, ſeu occultet, vel ſi ſe falſis teſtibus tueatur, hæredi ab inteſtato nihil reſtituere debet, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4 *cap.* 6 *num* 21 *in fine.*
26 Nec etiam complecti debemus id, quod tradidit idem Sanchez. *lib.* 4. *Conſil. moral. cap.* 1. *dub.* 14 *num.* 12. Nempe, quod ſi hæres inſtitutus in minus ſolemni teſtamento, vel hęres ab inteſtato hæreditatem poſſideat, alter nequit ſibi facere compenſationem aliorum debitorum, quæ occultè illi debebat, adeout aſſeveret neutram ſententiam exiſtimandam eſſe probabilem. At
27 contrarium docuit Leſſius *de Juſtit & jur. lib.* 2. *cap.* 19 *dub.* 3. *num.* 30. Ubi compenſationem in favorẽ hæredis ab inteſtato admittit, dummodò ob potentiam adverſarii in judicio petere nequeat. Et non eſſe ſolidum fundamentum illud Sanchez fatetur Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 6 *num.* 23. Quia authoritas tot
28 gravium Doctorum, qui non obſtante poſſeſſione, locum habere dicunt compenſationem occultam, ſufficit ad reddendam probabilem eam opinionem. Unde meritò Cardinalis de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 95. *verſic. Tertio.* Dixit Sanchez exceſſiſſe in cenſurâ; ut quoque ex Lugo ſcribit Cardenas *Criſ. Theolog. tract. de Probabilit. diſput.* 16. *cap.* 8. *artic.* 6. *num.* 184. Nam adversùs Sanchez aſſerit Lugo probabilem ſatis eſſe id, quod tot, & adeò graviſſimi Authores concedunt; quod probat ex authoritate ipſiuſmet Sanchez. *lib.* 1. *de Matrimon diſput.* 69 *num.* 9. Ubi poſtquam dixit non 29
poſſe ſponſum propriâ authoritate ſponſalia diſſolvere, quoties cauſa non eſt certa; ſubnectit hæc verba. *Ne tamen intelligas exigi, ut undequaque certa ſit ſufficientia cauſæ; itaut nulla ſit opinio contraria: Vix enim caſus contingerit, ſed requiritur rectitudo moralis, ideſt ut cauſa juſta probabilem opinionem ſit ſufficiens; quia in moralibus ad operandum hæc dicitur certitudo; cum ſatis ſit, ut quis tutò operetur opinionem probabilem amplecti.* Hactenus Sanchez. Quod comprobat authoritate Lopez *part.* 2. *Inſtruct. de matrimon cap.* 38 *ad finem.* Ubi docet ſufficere authoritatem viri docti aſſerentis cauſam eſſe ſufficientem ad diſſolvenda ſponſalia.

Hæc noſtra principalis quæ- 30
ſtio diſcutitur in caſu dubio, hoc eſt quando hæres ab inteſtato dubitat de voluntate, ac mente defuncti. Quippe ſi ei certò conſtet de voluntate teſtatoris, peccat mortaliter retinendo hæreditatem, ut docet Molina *de Juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 81. *verſ.* *Quod*

31 *Quod ſi hęc fuit*. Vel ſi non ſolvat legata in minus ſolemni teſtamento relicta, teneri ad omnium bonorum reſtitutionem, neque eum excuſare poteſt probabilitas opinionis contrariæ. Unde Cardenas. *Criſ. Theologic. tractat. 1. de Probabilit. diſputat. 16. cap. 8 artic. 6. num. 189*. Dicit eſſe manifeſtum ſignum Molinam id docere, tamquam certum ex principiis intrinſecis, quâ certitudine Cardenas loco citatò aſſerit adversùs poſſidentem compẽſationem eſſe licitam. Id quod dixi de probabilitate, ne amplectaris. Sed inſequi quod dicam in quæſtione peculiari.

32 Nunc videndum eſt, an liceat aliquando occulta compenſatio ob rationabiliter præſumptam teſtatoris voluntatem, qui teſtator voluit aliquid relinquere ſuo ſecreto debitori; ſed non relinquit, quia debitor animo compenſandi hoc debitum eũ ſeriò perſuaſit, ut id ſibi non relin-
33 queret. Cujus difficultatis caſus hujuſmodi figurandus eſt. Quidam in extremis conſtitutus in teſtamento centum relinquere decrevit famulo ſuo debenti ei quinquaginta minutatim ſublata. Dominus hujus debiti ignarus priuſquam illa centum ſcriberentur, dixit famulo velle dictam quantitatem illi relinquere. Famulus autem ad hoc, ut cõpenſarentur illa quinquaginta minutatim ſublata, perſuaſit dominũ, ut dumtaxat quinquaginta ſibi relinqueret; ut dominus fecit. Nunc dubitationis quæſtio eſt, an poſt mortem teſtatoris relictis quinquaginta illi famulo, debitum aliorum quinquaginta compenſatum cenſeatur, itaut famulus ad reſtitutionem aliorum quinquaginta non teneatur?

Cui rogitationi videtur negativè reſpondendũ; nempe dictũ debitum compenſatũ non eſſe, ſed famulus illa quinquaginta hæredibus defuncti reſtituere debet, quã opinionem tenẽt Vega. *part. 2. Summ. cap. 82*. Graffis. *lib. 2. Deciſ. aur. cap. 93. de Furt. n. 11*. Navarrus. *de Teſtament. lib. 3. conſil. 1*. 34

Cujus aſſertionis ratio eſt, quia velle legare, non eſt legare, ideoque famulo non centum, ſed quinquaginta fuerunt legata, idcirco famulus liberatus non manet à debito aliorum quinquaginta, cum pateat defunctum tempore, quo legavit centum relinquere noluiſſe, licèt hoc ſequutum ſit ad contemplationem famuli. Quippe hoc ad valorem ultimæ voluntatis non facit, quia prior voluntas teſtatoris legandi centum famulo fuit imperfecta, cum non ſit effectum ſortita, niſi quoad quinquaginta; & voluntas imperfecta nullum præſtat jus, etiam in foro conſcientiæ, juxta tradita à Covarruv. in *cap. Relatum 1. de Teſtament. num. 9*. Et quamquam teſtator legaſſet famulo centum, potuit mutare voluntatem, cum ſit deambulatoria uſque ad ultimum vitę ſpiritum Text. in *l. Quod ſi iterum 4. ff. de Adimend. legat*. Qua voluntate, non daretur locus compenſationi illorum quinquaginta. Ergo nec dari debet in hoc caſu, cum elucefcat te- 35 36 37

teſtatorem noluiſſe legare pluſquam quinquaginta.

38 Sed his neutiquam reluctantibus pro compenſatione reſpondendum eſt, ut reſpondent Rodriguez. *Summ. part.*3. *cap.*199. *num.* [illegible] Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4. *cap.* 7. *num.*3. Comitol. *lib.*7. *Reſponſor. moral. quæſt.*14.

39 Hujus concluſionis ratio eſt, quia ex eo, quod famulus perſuaſit herũ, ne ipſi centum, ſed quinquaginta tãtùm relinqueret, debebat colligere eſſe debitorẽ ſibi aliorũ quinquaginta, cũ famuli non ſoleãt impedire legata, quæ ipſis fiunt à dominis morientibus, ut dicit Zamoran. dicta *diſput.*4. *cap.*7. *num.*3. Quippe tunc videtur quinquaginta gratis famulo ſuo remittere.

40 Hæc concluſio magis patet: Nam ex animo liberali, quo Dominus famulo centum legare peroptabat, quod feciſſet, niſi famulus ipſe impediſſet, ſumitur urgens conjectura, quod illa quinquaginta gratis remiſerit, quæ famulus noluit animo compenſandi cum eo, quod teſtatori debebat, & in hoc caſu id eſſe conjectandum aſſeverat Comitol. dicto *lib.*7. *Reſponſ. moral. quæſt.* 14. Unde juxta Zamoran. *diſputat.*4. *cap.*7. *ad finem.* Solvũtur adducta pro contrariâ ſententiâ, quod non manet liber famulus ob ſolam voluntatem legandi, quam ei teſtator expreſſit, & ipſe exploſit cum fuerit imperfecta; ſed ob teſtatoris præſumptam condonationem, ſeu remiſſionem.

SUMMARIUM

1 *Compenſatio nõ datur in his rebus, quæ functionem non recipiunt in genere ſuo ex* Panormitano.

2 *Compenſatio an in rebus diverſæ rationis dari poſſit?*

3 *Compenſatio in omnibus rebus admittitur, quamvis diverſi generis.*

4 Explicatur Panormitan. in cap Bonafides 12. de Depoſit.

5 *Debitor, quando uterque eſt pecuniarũ, licet facere compenſationẽ ſine recurſu ad Judicẽ; ſecus verò quando unus tantùm ſit debitor.*

6 *Diverſitatis ratio aſſignatur.*

7 *Remedium quando ad debitum recuperandum nullum ſubeſt, licet compenſatio occulta in quibuſcùmque rebus.*

8 *Compenſatio, ſi poteſt fieri, debet in re ejuſdem generis, cujus erat, quæ debebatur.*

9 *Ordo an aliquis ſit in compenſatione ſervandus?*

10 *Compenſatio ſemper fieri debet cum minore gravamine debitoris.*

11 *Compenſans debet conſulere & conſcientiæ, & indemnitati ejus, à quo fit compenſatio.*

12 *Compenſans quando non teneatur monere debitorem de debito compenſato?*

ARGUMENTUM.

Utrùm Compẽſatio occulta indifferenter in omnibus Rebus Debitoris fieri poſſit, vel de-

Digitized by Google

de beat aliquis ordo in ipſis rebus ſervari?

QUÆSTIO XIII.

1 HUic quæſtioni reſpondet Panormitanus in *cap.Bona fides. num.*12.*de Depoſit.* Aſſerens non dari compenſationem, niſi in his rebus, in quibus una alterius vice fūgitur, ut ſunt,quæ in genere, numero,vel menſurâ conſtant, de quibus eſt Textus in *l.*2.*§.Mutui datio. ff.de Rebus credit.*Secus in aliis,in quibus poteſt conſiderari aliquod ſpeciale intereſſe in una præ alia. Ideoque ſolummodò compenſationem admittit, quoties res utrinque debita, eſt uſu conſumptibilis, ac ejuſdem ſpeciei cum alia re debita.Quamobrem ſi res ſint diverſæ rationis, videlicet ſi tibi debeam equum, & tu mihi debeas pecuniam, in hoc caſu non licet compenſationem facere, quoniam fortaſſis alteri us potius intereſt equum,quàm pecuniam habere.

2 Nonnulli fatentur,quod quoties debita ſunt diverſæ rationis, nempè ſi unum debitum ſit pecuniarium, & alterum rei cujuſlibet in ſpecie, liceat ei,qui pecuniam debet retinere,ſecus ei,qui equum debet,quoniam iniquum eſt quemquam ob debita pati in rebus ſuis diminutionem;& quia de ſpecie ad ſpeciem,nec de ſpecie ad quantitatem compenſatio non datur Text. in *l. Si convenerit. ff.de Pignorat.act.*Text.in *l Si non ſortem. §.Si centum.ff.de Condictionibus in deb.* Text. in *l. Si ex pecunia. C. de Rei vindicat.* Text. in *l Quod dicitur.ff.de Impenſ.in reb. dotal.fact.*

Sed his non obſtantibus, tenendum eſt, compenſationem indiſtinctè in omnibus rebus admitti, quamvis ſint diverſi generis, dummodò qui compenſationem facit reponat id, quod ſupereſt ex æquali æſtimatione debiti, & rei, quam pro illa retinet & dum exindè grave malum non oriatur.Et id quod dicit Panormitanus non obeſt,quia procedit, ac debet intelligi quoad cōpēſationē in foro fori;ſecus verò in foro conſcientiæ,ut docent Medina.*quæſt.*13.*cauſ.* 12.*fol. pen. C. de Reſtitut.* Zamoran. *de Compenſat.diſput.*10.*cap.*1.*num.*3.Mendus.in *Stater. benignar.opinion. ad 7.præcept.Decalog.Diſſertat.*6.*q.*4. *num.*28.Navarr. *de Reſtitut. lib.* 3. *cap.*1.*num.*185.Ubi quo ad compenſationem in foro conſcientiæ hujuſmodi diſtinguit. Vel quæſtio proponitur in eo caſu,in quo ad recuperandum debitum aliquod poteſt adhiberi remedium; vel in caſu quo tale remedium applicari nequit. 3 4

Primo caſu aſſerit, quando uterque eſt pecuniarum debitor, licere facere compenſationem, ſine recurſu ad Judicem negativè,videlicet non ſolvendo tibi,ſi mihi non ſolvis æquale debitum. Sin autem unus tantummodò ſit debitor,non licet contra eum facere compenſationem, privatâ authoritate,ſine judicis recurſu, quod hujuſmodi exemplificat. Finge me debere tibi centum ex mutuo, tu mihi totidem debere 5

emptione, vel ex legato ejus, cujus es hæres; tunc licet judicialiter facilè à te debitum poſſem recuperare, tamen in foro conſcientiæ benè poſſum, omiſſo hoc remedio, facere negativam compenſationem, non ſolvendo tibi illa centum, dum aliud debitum mihi non ſolvis.

Quando ad invicem debitores nõ ſumus, cõtra definitionẽ Text. in *l.1.ff.de Compenſat.* Sed tu ſolus mihi debes, & ſolvere recuſas, tũc ſi in judicio debitũ meũ à te recuperare poſſum, non licet mihi propriâ authoritate, facere cõpẽſationem per poſitivam ablationem rei æquivalentis, eã occultè
6 à te ſubripiendo. Hujus diſcriminis ratio eſt, quia hoc in caſu poſitivè à te aufero rem tuam, quamquam ſit mihi debita, & uſurpo judicis officium, & tu eris rationabiliter læſus, cum viâ judiciariâ debitum à te facilè conſequi poſſem, capiam res tuas privatâ authoritate, in mei debiti compenſationem, quæ in hoc caſu non eſt licita teſte Mendo. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio num.9.*

In primo caſu nihil à te accipio poſitivè, ſed negativè me habeo non ſolvens, ſicut & tu mihi quoque non ſolvens, quo in caſu nec tu es læſus, nec Judicis officium uſurpatur. In illo verò caſu facere occultam compenſationem, privatâ authoritate per ablationem poſitivam rei æquivalentis, quando compenſans jus ſuum aliâ viâ conſequi poteſt, eſt peccatum mortale contra juſtitiam commutativam Zamoran. *de Compenſat. diſput. 3. n. 9.* Hurtad. *de Juſtit. diſput. 13. differ. 6.* Card. de Lugo *de Juſt. & jur. tom.*
1. diſput. 16. ſect. 5. num. 91. Quando 7
ad debitum recuperandum nullum aliud poſſit adhiberi remedium, tunc Navarra dicit, quod nulli injuriam infero, ſi utar occultâ compenſatione, in quibuſcumque rebus mei debitoris, quamvis extent in ſpecie, nec in genere ſuo functionem recipiãt. At quod compenſatio, quoad fieri poſſit fiat in re uſu conſumptibili, ejuſdemque ſpeciei cum ea, quæ debeatur voluit Molina. *de Juſtit. & jur. tom. 3. diſput. 691.* Ita ut ſi debeatur pecunia, fiat in pecunia, ſi triticum, aut oleum, fiat in tritico, aut oleo: nam in cæteris rebus non facilè ſervatur æqualitas, & facilè accidit debitorem gravari, ultra id ad quod tenetur, & rationabiliter eſſe invitum. Sed ſubjungit idem Molina, quod quando non ſunt alia bona, in quibus fieri poſſit occulta compenſatio, poteſt tunc fieri in foro conſcientiæ in quibuſcumque aliis rebus: dummodò ſint debitoris, & non alterius tertii, & ſervetur æqualitas quoad valorem, & fiat dicta compenſatio, cum minima poſſibili jactura ipſius debitoris.

Vazquez. in *Opuſcul. de Reſtit-* 8
tut. cap. 5. §. 1. dub. 9. num. 53. Quem refert, ac ſequitur Zamoran. *de Compenſat. diſput. 3. num. 8. & diſp. 10. cap. 1. num. 6.* Exiſtimat non obligari creditorem compenſantem ad aliquem ordinem ſervandum. Quippe ſi res aliena accipiatur pro pretio æquali, poterit debitor cum pecunia, vel tritico, quod tunc debebat comparare, aliam

aliam rem ſimilem uſu non con-
ſumptibilem : ideoque non eſt
in aliquo, nec læſus, nec grava-
tus. Contrarium tenet Medina.
C. de Reſtit. quæſt. 11. Scilicet, quod
quoties ſubeſt juſta cauſa facien-
di compenſationem occultam,
quæ commodè fieri non poteſt
in re uſu conſumptibili ejuſdem
ſpeciei, cum ea quæ debebatur,
tùnc compenſans hunc ordinem
debet ſervare, nempe ut hujuſ-
modi compenſatio prius fiat in
rebus uſu conſumptibilibus, quæ
in genere ſuo functionem reci-
piunt, in cæteris rebus non niſi
in earum defectum, quoniam
debitori gravius eſt his carere,
quàm rebus uſu conſũptibilibus.

Utramque opinionem facilè
ad concordiam perducit Card. de
Lugo. *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput.*
16. *ſect.* 5. *num.* 92. Videlicet, ut
non debeat in compenſatione
occulta aliquis ordo ſervari, quo-
ties ex acceptione rei uſu non
conſumptibilis debitor non gra-
vatur, quia facilè non poteſt pe-
cuniâ, vel re debitâ comparare
rem ſimilem, aliàs quando id fa-
9 cilè fieri non poteſt. Nam com-
penſatio ſemper fieri debet, cum
minore gravamine debitoris,
cum totum illud debitoris diſ-
pendium nequeat, niſi ex ne-
ceſſitate juſtificari, quæ neceſſitas
ceſſat, quando in aliis rebus ſinè
ullo diſpendio fieri poteſt com-
penſatio. Quapropter quando
quidèm contingere poteſt, ut po-
tius fieri debeat in rebus non uſu
conſumptibilibus, quia poteſt de-
bitor majus diſpendium capere
amiſſo tritico, quàm vaſe argen-
to, quoniam facilius pretio, illo
vas ſimile, quàm triticum
inuenire poteſt, quam concilia-
tionem de Lugo amplectitur
Zamoran. *de Compenſat. diſp.* 10.
cap. 1. *num.* 7. *in fine.*

Pro hujus quæſtionis coro- 10
nide admonendum eſt, quod
compenſans debet conſuleri tam
ſaluti ſpirituali ejus, à quo fit
compenſatio, eum eruẽdo à con-
ſcientia erronea, quia fortè cre-
deret, ſe adhuc debitori teneri;
quàm indemnitati illius, ne ipſe,
aut ejus hæredes iterum reſtituãt
Vazquez. *de reſtit. cap.* 5. *§.* 1. *dub* 8.
num. 41. *verſ. Secundo.* Lugo. *de Juſt.*
& jur. tom. 1. *diſp.* 15. *ſect.* 5. *num.* 87.
Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 13.
num. 1. Navarr. in *Manual. cap.* 17.
num. 113. Sotus. *de Juſtit. & jur. lib.*
5. *quæſt.* 3. *art.* 3. Ad hoc verò non
tenetur compenſans quando de-
bitum eſt certum, ac liquidum,
ex juſtitia; ſed dumtaxat ex cha-
ritate providendo ne ex admo-
nitione ſibi immineat infamia,
vel grave aliquod damnũ, videli
cet ſi debitor autumaret aliquid
ab eo ſibi in compẽſationẽ fuiſſe
adẽptũ, ex quo prudẽter timere-
tur, malũ alicujus momenti com-
penſanti inferẽdum eſſe. Quippe
tunc ut ait Molina. *de Juſtit. &*
jur, diſput. 691. Compenſans non 11
tenetur monere debitorem, ſed
ſufficit iteratam non recipere ſo-
lutionem, ſaltem debiti remiſſio-
nem aliquo apparenti prætextu
ſimulando, & ſi ex hujuſmodi
debiti ſimulatione timet, debito-
rem venturum in notitiam factæ
compenſationis, & aliquod ma-
lum ſibi parare, poterit exterius
ſolutionem recipere, eo tamen
animo, ut datâ commodâ oppor-
tu-

tunitate, quando abſque infamia, vel alio probabili periculo potuerit, reſtituat Zamoran. *de Compenſat.diſput.13.num.2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Adulteria compenſantur antequam divortii ſententia feratur.*

2 *Compenſatio poſt ſententiam objici poteſt.*

3 *Divortio celebrato conjux innocens ad priorem uxorem redire compellitur.*

4 *Sententia tendit ad hoc, ut condemnato ſolutio fiat.*

5 *Conjuges de jure divino, niſi ex cauſa fornicationis, ſeparari non poſſunt.*

6 *Sententia divortii anſam adulterandi præbere non debet.*

7 *Sententia divortii in favore innocentis, continet tacitam conditionem, niſi adulterum conjugem repetere velit.*

8 *Fides non ſervatur frangenti fidem.*

9 *Innocens, poſtquam in adulterium labitur, licèt alteri reconciliationem petere.*

10 *Sententia divortii lata, nulla actione remanet conjugi, ut adulterum innocentem repetat.*

11 *Fornicatio carnalis efficit, ut quilibet poſſit uxorem dimittere.*

12 *Adulterium commiſſum extinguitur per ſententiam.*

13 *Remiſſio, ſeu condonatio adulterii matrimonium ad priſtinum ſtatum reſtituit.*

14 *Crimen ſemel tranſactum, amplius ab accuſatore in judicium deferri non poteſt.*

15 *Maritus, extincto primo adulterio per ſententiam, ſi poſtea uxor in eodem crimen labatur, divortium petere poteſt, compenſatione rejecta.*

16 *Innocens per ſententiam divortii liberatur à debito conjugalis ſocietatis.*

17 *Conjux fornicàns altero conniventе, reus eſt adulterii quoad Deũ.*

18 *Servitus ſemel amiſſa amplius non reviviſcit.*

19 *Exceptio adulterii per ſimile adulterium extinguitur; ac compenſatur.*

20 *Retractari non debet, quod optimè definitum eſt.*

21 *Sententia divortii ſub aliqua conditione ferri non poteſt.*

22 *Judex ſi adulterium contingat poſt divortii ſententiam, ex officio tenetur conjuges reconciliare.*

23 *Judex debet reconciliare conjuges quando ſententia divortii tranſivit in rem judicatam.*

24 *Jus exigendi debitum per adulterium conjux amittit.*

25 *Nemo tenetur ad pœnam ante Judicis ſententiam.*

26 *Compenſatio poſt ſententiam admittitur in foro fori.*

27 *Divortium inductum èſt favore viri.*

28 *Compenſatio eſt ficta, & imaginaria ſolutio.*

29 *Satis itur quartæ rationi.*

30 *Delicta, quando plectuntur condignis pœnis, non datur anſa peccandi.*

31 *Vir ſi promittat fœminæ eam in matrimonium ducere, & decepit virum dicens ſe virginem cum non eſſet, an aliquid reſtituere teneatur.*

32 *Promittens ducere eam in uxorem quam virginem exiſtimabat, ſi nõ ſit virgo, ad nihil tenetur.*

Pro-

33 *Promiſſor fictus non tenetur aliquid reſtituere fœminæ, ratione copulæ extortæ, ficta promiſſione quando non eſt virgo.*

34 *Deceptio fœminæ cum deceptione viri compenſatur.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ſi lata Divortii Sententia, contingat innocentem in Adulterium iterum labi, illa mutua Adulteria compenſari queant?

QUÆSTIO XIV.

1 OMnia quæ in ſeptima quæſtione, dicta ſunt, nempè mutua adulteria cōpēſari, intelligi debent, antequam divortii ſententia feratur. Nunc percunctandum eſt poſt latam ſententiam, an tunc compenſatio locum habere poſſit. Et affirmativè reſponſum iri videtur. Primò, quia 2 ferè indubitatum eſt, poſt ſententiam compenſationem objici poſſe, ut docent Gothofred. in *l.2.lit.S C.de Compenſat.* Platea.in *§.In bonæ fidei.num.20.de Act.* Barboſ.in *l.Divortio.§.fin.part. 2. num. 22.ff.Solut.matrim* Sabelli. *Variar. Reſolut.cap.56.num* 4. Bonden. *de Jur.controverſ.collect.43. num.* 32. Eſcobar. *de Ratiocin.cap.36. num.* 2.Treutler.*Select.diſput.vol.1.diſp. 25. theſ.11.litera.D.* Cum cæteris 3 à me congeſtis in *q.6.lib 5tom.2.* Secundò quoniam habemus in Text.in *cap.Ex litteris.de Divort.* Quod divortio celebrato, conjux innocens, qui ad ſecundas nuptias convolavit, ad priorem uxorem redire compellitur, & tamen ibi adfuit divortii ſententia, ut notat Gloſſa ibi verbo *Ad invicem.* Et facit Abb.in *cap.de illa num.3.de Divort.*

Tertiò quia ſententia dumtaxat tendit ad id, nempè ut reo condemnato ſolutio fiat; ſed opponendo compenſationem ſolvitur, quia compenſatio eſt ſolutio Text.in *l.Si cōſtat.C.de Compenſat.* Text.in *l.Si peculium.§. de Illo.ff. de Stat.liber.* Ergo &c. 4

Quartò conjuges jure divino, niſi ex fornicationis cauſâ, ſeparari non poſſunt. Igitur ſi uterque fornicatus fuerit rursùs conjungi debent. Non obeſt ſi ab innocente poſt ſententiam divortii fornicatio admiſſa fuerit, quoniā hominis ſentētiam, jus Divinum adulteriorum compenſationem admittens, nequit auferre. Hoc confirmatur, quia poſteriori admiſſo adulterio, facta eſt compenſatio, commodum ſententiæ extinguens. Quippe plura ſunt quæ rei judicatæ præponderant: nempè matrimonii vinculum perſiſtens, adulterium innocentis, compenſationis æquitas, adulterandi periculum, facilis ad priſtinum ſtatum regreſſus. 5

Quintò Divortii ſententia anſam adulterandi præbere non debet. Igitur ſi innocens in cujus favorem fertur, poſtea adulterium faciat, alteri reddendus eſt. 6

Sextò divortii ſententia in favorem innocentis tacitam conditionem; niſi ipſe, adulterum 7

con-

conjugem repetere velit, abſtrudit. Igitur in favorem adulteri comprehenditur etiam conditio tacita, nempe ſi innocens continens fuerit. Ideoque eo incontinenti, ſententia non tenet; alioquin hujuſmodi conditio litigantibus eſſet inæqualis, ac injuſta, quoniam in pœnam poſterioris adulterii non eſt, ſed ex naturâ contractus matrimonii, quod tacitam conditionem continet, ut altero non ſervante fidem, alteri divertere liceat, & utroque conjuge fidem frangente, delicta compenſentur, quia fides non ſervatur frangenti fidem Text. in *l. Cum qui.* §. 1. *ff. de Inoffic.* Text. in *l. Quæro.* 56. §. *Inter locatorem. ff. de Locat.* Text. in *l. Qui fidem. ff. de Tranſact.* Et ut cæcinit Ovid. *lib.* 1. *de Arte amandi.*

Fallere fallentem, fraudemque repellere fraude.

Exemploque licet lædere quemque ſuo.

9 Ideoque illico poſtquam innocens in adulterium labitur, integrum eſt alteri reconciliationem poſcere, & ille debet nullâ Judicis coactione expectatâ admittere Jo: Andr. in *cap. fin. num.* 5. Anton, *num.* 8. Ancharan. *num.* 5. Anan. *num.* 3. *de Adulter.* Panormitan. in *cap. Ex litteris num.* 1. *de Divort.* Barboſa. in *l. Viro, atque uxore.* 40. *num.* 3. *verſ. Ex qua reſolutione.* Gloſſ. in *cap. Final. in fine de Adulter.* Jul. Clar. *lib.* 5. *Recept. ſentent.* §. *Adulterium num.* 17. Covarr. 4. *Decret.* 2. *part. cap.* 7. §. 6. *num.* 10. Felin. in *cap. Lator num.* 9. *de Sent. & re judic.* Navarrus. *lib.* 4. *conſiliar. tit. de Divort. conſil.* 1. *num.* 2. & 3. Cum cæteris relatis à Sanchez. *de Matrimon. lib.* 10. *num.* 27. *in fine diſput.* 9. Aſſerentibus compenſationem fieri poſſe.

Sed his non obluctantibus, 10 contraria opinio eſt tenenda; videlicet, quod poſt latam divortii ſententiam, nulla actio remaneat conjugi adultero, ut innocentem repetat, quia latâ prædictâ ſententiâ adulterans eſt; ideoque illa adulteria compenſari non poſſunt, quam opinionem amplectuntur Beſold. *conſil.* 55. *num.* 21. *part.* 2. Covarr. 4. *part. Decret. part.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 11. Sanchez. *de Matrimon. lib.* 10. *diſput* 9. *num.* 23. Farinac. *Prax. criminal. part.* 4. *quæſt.* 142. *tit.* 16. *num.* 42.

Hujus concluſionis ratio eſt, 11 quia propter carnalẽ fornicationem poteſt quilibet uxorem ſuã dimittere, ut ex Divino præcepto habetur Matth. *cap.* 19. ibi: *Quicumque dimiſerit uxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit mæchatur.* Quod etiam habetur ex jure Canonico in Text. in *cap. Ex parte. de Sponſalib.* Text. in *cap. Significaſti. cap Ex litteris. cap Gaudemus. de Divort.* Text. in *cap. Intelleximus. cap. final. de Adulter. cap. Tuæ de Procuratorib.* Et de jure civili adeſt Text. in *l. Conſenſu. C. de Repudiis.* Nec refert quod in *cap Significaſti, cap. Ex litteris de Divort. cap. Intelleximus, & cap. final. de Adulter.* Non fiat divortium ob adulterium utriuſque conjugis, ſed admittitur adulteriorum compenſatio. Quippe hoc eſt indubitati juris mutua adulteria compenſatione tolli Text. in *l. Viro, atque uxore.* 40. *ff. Solut. matrim.* Sed in noſtro caſu

caſu non adeſt adulterium utri-
uſque conjugis, ſed dumtaxat
ſuppone ex parte uxoris. Ergo
jure meritò compenſatio locum
12 habere non poteſt. Nam licèt
maritus priùs adulterium com-
miſerit, tamen illud jam per ſen-
tentiam extinctum eſt; quia ut
optimè dicit Covarruv. *de Ma-
trimon part.2.cap.7.§.6.num.13.in
fine*. Primum crimen ad judiciũ
deferri non poteſt, ſed ſolùm no-
vum delictum; hoc eſt adulte-
rium poſt divortii ſententiam la-
tam, commiſſum; & quamvis
Covarruvias non loquatur de
ſententia, ſed de condonatione,
ſeu remiſſione adulterii factâ à
marito; per quam condonatio-
nem, ſeu remiſſionem primum
13 adulterium extinguitur *cap.His.
de Accuſat.* Et fit divortium ex-
plosâ compenſatione, quia re-
miſſio, ſeu condonatio matrimo-
nium ad priſtinum ſtatum reſti-
tuit, tamquam ſi nulla penitus
fornicatio uſque tunc admiſſa
eſſet, ut quoque docent Sotus 4.
*d.36.quæſt.unic.artic.1.verſic.Dubi-
tatio verò.* Sanchez. *de Matrimon.
lib.10.diſput.6.num.7.in fine.* Quod
idem Covarruvias comprobat ex
Text.in *cap.His. de Accuſat.* & ex
Text.in *l.Tranſigere. C.de Tran-*
14 *ſact.* Quibus in locis traditur cri-
men ſemel tranſactione, vel re-
miſſione accuſantis peremptum,
ab eodem ad judicium adduci
non poſſe: Attamen hoc à for-
tiori in noſtra facti ſpecie proce-
dere debet. Nam ſi condonatio,
aut remiſſio mariti, ſeu tranſa-
ctio primum adulterium extin-
guit, multò magis ſententia ip-
ſum extinguere debet, cum lon-
gè majorem vim, quàm tranſa-
ctio, ac condonatio Judicis ſen-
tentia aſſequatur. Hoc tamquam 15
certiſſimum ſuppoſito, extincto
primo adulterio mariti per ſen-
tentiam, ſi poſtea uxor in eodem
crimen labatur ob illud adulte-
rium maritus rectè divortium
petere poteſt, compenſatione
perpulsâ, quia ad eam inducen-
dam ex utraque parte adulte-
rium adeſſe debet. Et tunc adul-
terium cum adulterio compẽſa-
tur, ut refert doctiſſimus Carolus
Antonius de Roſa Sacri Regii
Conſilii Senator, ac criminalium
rerum maximâ imbutus peritia
in *Praxi crimin.part.2.cap.4.n.22.*
Sed in noſtro caſu ex parte ma-
riti adulterium non adeſt, quia
per ſententiam extinctum fuit.
Ergo jure meritò compenſatio
locum habere nequit, quia ex-
trema habilia ad eam inducen-
dam deficiunt.

Secunda ratio, quia per di- 16
vortii ſententiam innocens à de-
bito conjugalis ſocietatis abſol-
vitur, & diſſolvitur matrimo-
nium, quo ad jus thori, & habi-
tationis, manente vinculo. Un-
de conjux innocens poſtea for-
nicans in ordine ad Deum adul-
terii reus erit, ob matrimonii
vinculum ſubſiſtens. Quo in ca-
ſu non peccabit contra dimiſſum
conjugem, nec infert illi inju-
riam, utpotè, qui jure in illius
corpus per ſententiam deſtitu-
tus erat. Sicut conjux fornicans,
altero connivente, adulterii reus
eſt, quoad Deum ratione ma- 17
trimonii: non tamen quoad cõ-
jugem conniventem, cujus in-
juria ceſſat; & ſicuti in hoc caſu
con-

conjugi conniventi aliqua actio non datur, ad hoc ut propter id adulterium divortium poſtulet, quia ejus injuria ceſſat, quæ eſt fundamentum actionis ad petendum divortium. Ita in illo actio eſt deneganda ad conjugem fornicantem poſt ſententiam repetendum, cum etiam injuria ceſſaret, quæ eſt mutuæ delictorum compenſationis fundamentum ad repetendum.

18 Tertia. Servitus ſemel amiſſa non reviviſcit, neque renaſcitur Text. in *l. Qui res. §. Arcam. ff. de Solut.* Text. in *l. Si mus. §. Sed ſi ſtipulatus. ff. de Pact.* Text. in *l. Inter ſtipulantem. §. Sacram. verſic. Nec revocari. ff. de Verbor. obligat.* Text. in *l. Mævius. §. Duorum. ff. de Legat. 2. cap. Quæris. de Conſecrat. diſt. 4.* Sed ſervitus conjugis innocentis amittitur, latâ divortii ſententiâ. Ergo ipſo poſtea adulterante, renaſci non poteſt.

19 Quarta. Quamvis adulterii exceptio per ſimile adulterium extinguatur, ac compenſetur Text. in *cap. Significaſti. cap. Ex literis. de Divort. cap. Intelleximus. & cap. final. de Adulter.* Tamen exceptio rei judicatæ, quæ obſtat priori conjugi repeti, per crimen poſt ſententiam commiſſum non aboletur, ut tradit Sanchez *de Matrimon. lib. 10. diſputat. 9. num. 23.*

20 Quinta. Quia id, quod ſemel benè definitum eſt, retractandum non venit *cap. Quod benè 6. quæſt. 4.* Gloſſ. *verbo. Definitum.* Sed per divortii ſententiam rectè definitum fuit divortium eſſe faciendum ob conjugis adulterium, juxta divinum præceptum Matth. *cap. 19.* Ergo retractari per compenſationem non debet.

Sexta. Quoniam divortii ſententia non profertur ſub aliquâ conditione in favorem rei, videlicet, ſi innocens continuerit, cũ in odium ipſius in rem judicatam tranſeat. Igitur, cum abſolutè, & in perpetuum à matrimonii ſervitute innocentem abſolvat, ſequens adulterii crimen non revocabit ad eam; præſertim cum de jure id cautum non comperiatur, ut dicit Sanchez. *de Matrimon. lib. 10. diſp. 9. num. 23.* Quoniam omnia jura clamant ſententiam ritè latam revocandam non eſſe. 21

Quamvis, ut viſum eſt locum compenſatio non habeat cum adulterio poſt divortii ſententiam patrato; tamen concedendum puto, integrum eſſe Judici, ut eos conciliet ex officio ſuo, illos compellens, ut fornicationis periculo conſulatur; quoniam ſecundùm tradita à Bart. in *l. 4. §. Hoc autem judicium. num. 2. de Damno infect.* Quit Judex uti officio ſuo nobili in utilitatem publicam, & miſerabilium perſonarum, præcipuè cũ delictum ſubſequẽs propter animæ periculum ex Judicis officio rei judicatæ præjudicet. Quamobrem hanc amplectuntur ſententiam Gloſſ. in *cap. final. de Adulter.* & in *cap. Apoſtolus. verbo. Viro. 32. quæſt. 7.* Sylveſter. *Summ. verbo Divortium. quæſt. ultim.* Abbas. in *cap. De illa. de Divort.* Philiarc. *de Offic. Sacerdot. tit. 1. part. 2. lib. 2. cap. 17. ad fin.* Abulenſ. *cap. 19. Matth. quæſt. 76. ad 4.* 22

Quam

23 Quam opinionem intelligendam eſſe dixit Sanchez, quando divortii ſententia in rem judicatam tranſit, quia fortaſſis decennium appellationi indultum labatur, vel ſi tres ſententiæ proferantur. Quippe ſi hæc aliter ſe habent proinde eſt, ac ſi poſteriori adulterio ſententia non antecelleret, quia ſententiæ virtus, ac vis remanet in ſuſpenſum. Quapropter rationes, quibus hęc opinio ſuffulta videtur, locum ſibi aſciſcuntur, quando ſententię debitam nanciſcuntur firmitatem, ut tradit Sanchez *de Matrimon. lib. 10. diſputat. 9. num. 23. in fine.*

24 Nonnulli voluerunt in foro cõſcientię virum fornicantem poſt latam divortii ſententiam, quæ in rem judicatam tranſitum fecit, teneri admittere ob adulterium uxorem derelictam, quia adulteria compenſationem patiuntur, & ſicut per adulterium jus exigendi debitum conjux amittit; ita ipſo jure altero adulterante illud aſſequitur Durãd. 4. *d.* 35. *quæſt.* 2. *art.* 2. *num.* 8. Cañed. *Summ. de matrim. cap.* 7. *num.* 57. *caſu* 1. Clar. *lib.* 5. *Recept. ſent.* §. *Adulterium. verbo. Facta Thori ſeparatione.* Sed contrarium eſt verius, nempe minimè teneri, donec ab Eccleſia cogatur Gloſſ. in *cap. Apoſtolus. verbo. Viro* 32. *quæſt.* 7. Abulenſ. *cap.* 19. Matth. *quæſt.* 76. *ad* 4. Sotus. 4. *d.* 36. *q. un. art.* 6. *ad* 4. Ledeſma *de Matrimon. quæſt.* 62. *art.* 6. *dub. unic. concluſ.* 2. Henriquez *de Matrim. lib.* 11. *cap.* 17. *num.* 3. Sà. *Summa verbo. Divortium.* Quoniam ex officio cõpelli eſt in pœnam fornicationis, & ob fragilitatis periculum, quia conjux privilegio libertatis abuſus fuerit, & nemo tenetur 25
ad pœnam ante Judicis ſententiam, & nec ex juſtitia ad id tenetur, quia per ſententiam à cõjugali cõſortio eſt abſolutus, quo in caſu delicta compenſari nequeunt. Nec ex charitatis præcepto, cùm hoc cum totali detrimento non obliget, nec extra gravem neceſſitatem, cui alteri poteſt ſubvenire. Quippe grave conjugis detrimentum recipere eſt cum ſervituti matrimonii, à quo liberatus erat alligetur, nec admittẽdo ad ſtatum perfectiorem poteſt tranſire, & ſi vir uxorem recipiat, bigamus eſt, magnamque honoris profectò jacturam patitur; nec gravis neceſſitas conſpici potuit, cum cõjugum fragilitati, aliis modis cõſuli poſſit, ut hæc omnia ſedulò perpendit Sanchez. *de Matrim. lib.* 10. *diſput.* 9. *num.* 32. *in fin.*

Non obſtant rationes pro cõ- 26
trariâ opinione. Non prima, quia compenſationem poſſe objici poſt ſententiam procedit in foro fori, ut dixi in *q* 6. *lib.* 5. *to.* 2. Secus in caſu noſtro. Non obnititur ſecunda ex Text. in *cap. Ex literis.* Nam reſpondetur ibi ſententiam divortii latam non fuiſſe, ut colligitur ex illo verbo, *Privatim.* Nam ſi fuiſſet ſententia; non fuiſſet id privatim, ſed publicè, ut aſſerit Apoſtill. in *verbo Contrarium.* Ubi dicit, quod fuit quædam individualis proviſio, ut probaret an ex colluſione factum eſſet; & quamvis divortium concederemus, (quod ex verbis textus non ap-

paret) nihil tamen nobis refra
27 garetur. Nam cum divortium inductum ſit in favorem viri, jus petendi debitum ei auferre non poteſt, vel revocandi uxorem, ut ex Divo Thoma docet Apoſtill. *verbo. Et ratio optima.* Et uxor illud redderetenetur, & ad virum
28 redire. Non tertia, quia compenſatio non eſt vera ſolutio, ſed ficta, ac imaginaria Gutierrez. *de Juram. confirm. part.3. cap.6. num.1.* Giurb. *ad Conſuetud. Meſſan. cap.2. gloſſ.16. num.9. part.1.* Bachov. ad Treutler. *vol.1. diſput. 25. theſ.11. lit. D. verſic. Illud univerſaliter. in fine.* Weſſembec. *Paratitl. lib.16. tit.2. num.2.* Cum cæteris à me congeſtis in *quæſt. 4. lib.1. tom.1.* Non quarta, quia
29 poſt ſententiam divortii, unus dumtaxat conjux fornicatus eſſe videtur, ideoque compenſatio locum habere non poteſt; & cũ ibi ſententia divortii ritè, ac rectè lata ſit, propter incommoda, quæ evenire poſſunt, retractari non debet, ut dicit Sanchez. *de Matrimon lib.10. diſput. 9. num.23.*
30 Non quinta, quia per talem ſententiam prius adulterium plectitur divortio. Ergo quotieſcumque delictum patratum punitur pœnis à jure ſtatutis, anſa delinquendi minimè præbetur. Tandem nõ obluctatur ſexta, ac ultima ratio; quoniam reſpondetur, divortii ſententiam ſub aliqua conditione in rei favorem non fieri, ſed in odium ipſius tranſit in rem judicatam, & abſolutè innocens abſolvitur à ſervitute matrimonii; nec comprehendit conditionem, videlicet, ſi innocens continuerit, ut docet Sanchez. *de Matrimon. lib.10. diſputat. 9. num.23.*

Pro hujus quæſtionis coroni- 31
de ſubnectendum eſt, ſi quis alicui fœminę promiſit eam in matrimonium ducere, quæ mulier virum decepit, dicens ſe eſſe virginẽ, cum in rei veritate nõeſſet, 32
an ei aliquid reſtituere teneatur? Et negativè reſpondetur, nec eam ducere debet, quamvis verè promiſſum fuiſſet matrimonium. Quod etiam extenditur, 33
ut nec fictus promiſſor aliquid reſtituere teneatur ratione copulæ, illâ fictâ promiſſione extortæ. Quippe certum eſt, quan- 34
do fœmina virum decipit, fingendo ſe eſſe virginem, illum ad nihil mulieri teneri, quia cum deciperet, & decipiatur, una deceptio cum altera compenſatur, ut docet Cardin. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſputat. 12. ſect.2. num.24. verſic. Tertio limitatur.* Quia ut præcinuit dulciſſimus Ovidius *lib.1. de Arte amandi.*

Fallite fallentes: ex magna parte profanum
Sunt genus in laqueos, quos poſuere, cadant.

SUMMARIUM.

1 *Compenſare an liceat ei, qui poſſet alia via commodè debitum ſuum recuperare.*
2 *Affirmativa aſſertio proponitur.*
3 *Compenſans occultè jus ſuum exequitur abſque communis boni detrimento.*
4 *Occulta compenſatio pax publica non læditur.*

Com-

5 *Compenſare occultè quando liceat, etiam per furtum?*
6 *Contraria opinio probatur.*
7 *Compenſatio occulta, ut licitè, ac juſtè fieri poſſit, neceſſariò requiritur, quod creditor alia via commodè, & ſine magnis expenſis debitum ſuum recuperare nequeat.*
8 *Occulta compenſatione juris ordo perturbatur.*
9 Laudatur Textus in l. Creditores. ff. ad Leg. Jul. de vi privat.
10 *Authoritate propria unuſquiſque poſſit rem ſuam extantem in propria ſpecie penes injuſtum detentorem in compenſationem accipere; quamvis facilè per Judicem recuperare poſſit.*
11 *Id ipſum improbatur.*
12 Expenditur Innocent. in cap. Olim 1. de Reſtit. ſpoliator.
13 *Compenſatio occulta in quibus rerum generibus fieri poteſt.*
14 *Occulta compenſatio an liceat facere in rebus, quæ recipiunt functionem in ſuo genere, etiam ſi quis commodè ſuum recuperare poſſit?*
15 *Compenſatio occulta in re fungibili, quoad rei acceptæ ſubſtantiam fit conſenſu ſaltem tacito debitoris.*
16 *Compenſationem occultam an liceat fieri in rebus, quæ certa ſpecie conſtant?*
17 *Res, quæ in certa ſpecie conſiſtunt abſque injuſtitia, una alterius vice fungi non poteſt.*
18 *Compenſatio quando fit in rebus, quæ non recipiunt functionem in genere, quando creditor alia via commodè debitum ſuum poteſt conſequi, & fit domino rationabiliter invito.*
19 Vazquez, & Zamoranus refelluntur, eorumque diſtinctio admittitur in foro fori.
20 *Compenſari in foro poli, ut occultè liceat, non requiritur, ut res functionem in ſuo genere recipiant, ſed dumtaxat, ut ſint in dominio debitoris.*
21 *Conditio, ut creditor alia via commodè ſuum debitum recuperare non poſſit, eſt neceſſaria dumtaxat in compenſatione poſitiva.*
22 *Secus verò in negativa.*
23 *Poteſtas publica in poſitiva compenſatione extra neceſſitatem contemnitur.*
24 *In negativa verò nullum Judicis officium uſurpatur.*
25 *In foro conſcientiæ quoad compenſationem omittuntur.*
26 *Hæredes, qui non confecto inventario tenentur ultra vires hæreditatis, ſi nihil ſubripuerint, poſſunt occultè compenſare.*
27 *Sed an id verum ſit quoad defuncti debita?*
28 *An verò quoad legata à defuncto relicta?*
29 *Hæres in foro conſcientiæ tenetur ſolvere legata ultra vires hæreditatis, & poſtquam ſolverit legata non erit locus occultè compenſationi.*
30 *Hæres licèt in foro fori cogatur integrè ſolvere legata ultra vires hæreditarias: tamen in foro conſcientiæ poteſt facere occultam compenſationem.*
31 *Legatarii poſſunt facere occultam compenſationem propter detractam ab hærede falcidiam, cum de ea re lata fuerit ſententia.*

AR-

ARGUMENTUM.

Utrùm ad licitam Compenſationem requiratur, quod Creditor nequeat alia via Debitum ſuum commodè recuperare?

QUÆSTIO XV.

1 ABſtruſam porrò thesin nobis adoriendam proponi ex ipſamet hypotheſi perabundè nitescit, cum de præcipua licitæ compenſationis occultæ conditione interrogetur. Siquidèm ſi commodè abſque magnis impenſis, quis judicialiter rem ſuam nanciſci poſſet, eam authoritate propriâ capeſſere, cerneretur incongruum. Aſt, ut clariori methodo in hoc aperiendo, ac exarãdo dubio procedere poſſimus à caſus figuratione mihi fas ſit ordiri, qui hujuſmodi figurari poteſt. Finge, quod Sempronius debet Cajo centum; an hic Cajus creditor poſſit ceſſante ſcandalo, vi ac Reipublicæ perturbatione, propriâ authoritate facere occultam compenſationem, ſubripiendo poſitivè ex bonis Sempronii debitoris, pretium rei, vel aliam rem æquivalentem, etiam ſi Cajus compenſans poſſet aliâ viâ commodè debitum ſuum recuperare, ſive petendo privatim à debitore, ſive coram Judice?

Huic quæſtioni affirmativè reſpondent Malder. *de Reſtitut. cap.1. dub.11.* Diana. *Oper. moral. part.2. tract.16. & tom.6. tractat.3. reſol.150. ſ.1. & reſol.148. ſ.3.* Malder. in *2.2. tract.4. cap.1. dub.6* Valero in *differ. utriuſq. for. verbo. Compenſatio. diff.3. num.2.* Villalobos. *Summ. tractat.11. diff.23.* Quos refert, licèt non ſequatur Zamoran. *de Compenſat. diſput. 1. cap.3. num.2.* Docentes in hoc caſu licitam eſſe compenſationem. 2

Cujus aſſertionis ratio eſt, quia in tali modo compenſandi, nemo ſcandalizatur, nec perturbatur, cum hujuſmodi compenſatio fiat clam, & ſine vi, quæ moraliter loquendo, poſſit eſſe occaſio rixarum, ac tumultuum; & perturbationum & is, qui hoc modo utitur jure compenſandi, jus ſuum exequitur abſque detrimento, & per conſequens non committit peccatum, quod vidẽtur admittere Trullench. in *Decalog. lib.7. cap.5. dub.5. num.4.* Machad. *tom.1. lib.2. part.3. tractat.23. docum.5. num.6.* Ut exiſtimavit Diana. *Oper. moral. tom.6. tract.3. reſolut.150. ſ.2.* Eò quia Judicis officium non invadit; ſed utitur jure naturalis defenſionis rerum ſuarum, nec poteſtati publicæ injuriam irrogat, quæ cum ad pacem publicam tuendam ſit inſtituta, hanc compenſationem vitare voluiſſe nõ videtur. Quippe ex hac compenſatione minimè pax publica læditur; quia per compenſationem hoc modo factam, dumtaxat agitur de retinendo eo, quod compenſanti debitum erat. 3 4

Opi-

5 Opitulatur Innocent. in *cap. Olim* 1. *de Reſtit.ſpoliator.* Ubi aſſeverat, quod ſi rem meam aſſequi nequeo, poſſum in compenſationem furtivè æquivalentem ſubripere: dummodò ex tali furto, nec malum, nec ſcandalum proficiſcatur, quæ aſſertio locum ſibi vindicare videtur, quoque Judicum copiâ datâ, ut notavit Alex. *cōſil.* 135. *num.* 1. *vol.* 1. Quod adſtipulavit Paulo de Caſtro in *conſil.* 400. *vol.* 1. Aſſerenti Judicis licentiam neceſſariam non eſſe, ut quis clam furtivè, & ſine violentia, ac ſcandalo rem ſuam conſequatur.

6 Sed his nō reſpuentibus contrarium eſt tenendum, ſcilicet compenſationem hanc fieri non poſſe, quoties creditor debitum ſuum commodè, ac ſine magnis impenſis in judicio recuperare poteſt. Quippe tunc nulla poteſt eſſe ratio, quæ ipſi jus præbeat ad ejuſmodi compenſationem faciendam, authoritate privatâ, vel quæ illum liberet à peccato, ſaltem veniale, ob inordinatum modum accipiendi. Unde tam-
7 quam certiſſimum tenendum eſt, quod ad hoc, ut compenſatio occulta licitè, ac juſtè fieri poſſit, neceſſariò requiritur, quod creditor aliâ viâ commodè, ac ſine magnis expenſis debitū ſuum recuperare nequeat, ut docent Azor. *part.* 3. *Inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 15. *verſic. Deinde.* Mendus in *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio. num.* 1. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 7. *verſic. Quarta*. Divus Thomas relatus à Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. Bonacin. *de Reſtitut. diſputat.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. *num.* 18. Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 19. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *& diſput* 3. *num.* 4. Balmaſeda. *de Collect. queſt.* 110. *num.* 18. Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.* 691. *verſic. Secunda.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *diſput.* 1. *punct.* 16. *§.* 3. *num.* 6. Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap.* 147. *num.* 2. *concluſ.* 1. *ad finem.* Sotus. *de Juſtit. & jur. lib.* 5. *quæſt.* 3. *art.* 3. Navarr. *Manual. cap.* 11. *num.* 152. Vazquez. *de Reſtitut. cap.* 5. *§.* 1. *dub.* 8. *num.* 41. *verſic. Secudo.* Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat.* 15. *ſect.* 5. *num.* 91. Sylveſter. *Summ. verbo Furtum. quæſt.* 13. *num.* 17. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 59. Filguera. *Summ. in* 7. *præcept. Decalog. tract.* 29. *cap.* 1. *art.* 3. *ad finem.* Alex. *conſil.* 135. *verſic. Pro hoc allegato. & verſic. Nec videtur obſtare*.

Non obſtant rationes traditæ pro contraria opinione. Non prima, quoniam licèt dicto modo compenſandi nullus ſcandalizetur, aut perturbetur, cum compenſatio fiat ſecretò, & ſine vi: attamen negari non poteſt, dicto modo compenſandi juris 8
ordinē perturbari, dum abſque rationabili cauſa hic ſpernitur, ac prætermittitur, & creditor ſibi ipſi juſtitiam facit, ſubripiendo rem debitoris, privatâ authoritate abſque ulla neceſſitate, quæ tunc eum compellat ad ſic tuendum jus ſuum, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 3. *num.* 5. Cum poſſit aliâ viâ commodè debitum ſuum conſequi, quod

Digitized by Google

quod nihil aliud eſſet, niſi quodãmodò publicæ poteſtati vim inferre, ut probari poteſt ex
9 Text.in *l.Creditores. ff. ad Leg. Jul.de vi privat.* ibi: *Cum Marcianus diceret:vim nullam feci;Cæſar dixit: tu vim putas eſſe ſolum ſi omnes vulnerantur? vis eſt,& tunc, quoties quis quod ſibi deberi putat, non per Judicem repoſcit.*

10 Nec refragatur id, quod nonnulli referunt, ſcilicet unumquemque poſſe propriâ authoritate rem ſuam extantem in propriâ ſpecie penes injuſtum detentorem in compẽſationem accipere; quamvis facilè per Judicem recuperare poſſit. Nam reſpondet Zamoran. *de Compenſat. diſput.3. num.6.* Diſparem eſſe rationem ob privilegium dominii, quod habet accipiens, ſeu compenſans in re illa, quæ indubitanter eſt ſua. Ideoque eam revocare poteſt ad ſuam poſſeſſionem, etiam authoritate privatâ, quando non oritur incommodum adversùs bonum commune, publicamque authoritatem. Aliter enim dicendum, quando quoties res non extat in propriâ ſpecie, & recuperatio eſt facienda per compenſationem in re æquivalente; quippe tunc dominium ejus rei, in qua fit compenſatio, non pertinet ad creditorem compenſantem, ſed ad debitorem, quem compenſans, propriâ authoritate, ſpoliari nequit, ſi commodè judicialiter facere poteſt. Quippe compenſans debitorem ſpoliando, publicæ poteſtati vim inferre videtur. Ergo qui tunc facit compenſationem peccabit.

Sed mihi omne id, quod Za- 11
moranus autumat, maximoperè diſplicet. Nam in primis negandum eſt, cuique licere rem ſuã apud alterum exiſtentem poſſe authoritate propriâ in ſui debiti compenſationẽ ſubripere, quamquam in eadem ſpecie exiſtat, ſi honeſtiori modo, vel aliâ quavis viâ commodè poteſt recuperari, ut tenent Doctores ſupra relati. Idem approbavit Zamoranus ſibi contrarius in *diſputat.1. cap.3.num.1.* Ex authoritate Divi Thomæ. Et dato, quod hæc compenſatio licita eſſet, quando creditor aliâ viâ commodè debitum ſuum aſſequi poteſt, minimè impediretur, ex eo quod res creditoris non extet, & ſic compenſatio fieri debeat in re alterius ſpeciei, quæ non ad creditorem compenſantem; ſed ad debitorem ſpectat, ut dicit idem Zamoranus. Tamen hoc, quod res, quæ in compenſationem ſumitur ſit in dominio debitoris, non ſolùm compenſationi non obeſt, ſed eſt una ex conditionibus, quæ ad juſtam, & licitam compenſationem poſcuntur, nẽpe quod res, in qua fit compenſatio ſit debitoris, & nõ alterius Azor. *Inſtitut.moral. part.3. lib.5. cap.15.verſic.Deinde.* Lugo. *de Juſtit.& jur.tom.1. diſput.15. ſect.5. num.90.* Machad. *lib.2.part.3.tractat.22.docum.5.num.5.* Trullench. in *Decalog.lib.7.cap.5. dub.5: num.5.verſic Tertia* Navarr.in *Manual. cap.17.num.113.* Vazquez. *opuſcul de Reſtitut. cap.5: §.1.dub.3.num.41.verſic.Denique.* Molina. *de Juſtit.& jur. tractat.2. diſputat.691. verſic.Quinta.*

Non

12 Non obſtat ſecunda ratio ex Innocentio. Nam illius conſilium intelligi debet, quotiès res commodè ſine magnis expenſis recuperari poſſit; quo in caſu intrat noſtra concluſio, & admittitur compenſatio; & debet etiam intelligi, quãdo non adeſt copia Judicis, vel ſuperioris, qui jus creditoris tueatur Zamoran. *de Compenſat.diſputat.3.num.3.* & *num.4. in fine.* Ubi refert Covarruv. *lib.1. Variar. cap.2. num.15. verſicul.Id tamen intelligendum eſt.* & *verſic. Primum hanc acceptionem.* Menoch. *de Arbitrar. lib.2. centur.6. caſu* 516. Quippe, aliàs conſilium Innocentii generaliter intellectum, periculoſum eſt, ut teſtatur Alex. *conſil.135.verſic. Pro hoc allegato.* & *verſic. Nec videtur obſtare. vol.1.*

13 Hujuſmodi compenſatio in duobus rerum generibus fieri poteſt. Primum genus eſt earum rerum, quæ numero, pondere, vel menſurâ cônſtant, & in genere ſuo functionem recipiunt, ita ut una alterius vice fungatur, ſive res ſint ejuſdem ſpeciei, ſive diverſæ, ſcilicet ſi creditor pro pecunia ſibi debita triticum accipiat, vel pro tritico pecuniâ in pretio juſto abſque damno emergente, & lucro ceſſante. Secundum genus eſt earum rerum, quæ in genere ſuo non accipiunt functionem, videlicet ſi creditor pro pecunia ſibi debita vas aureum ſubripiat, equum, bovem, vel veſtem, in pretio juſto ſine lucro ceſſante, & damno
14 emergente. Quando fit compenſatio in rebus prioris generis, quę ob naturam, vel artis ſimilitudinem inter ſe functionem recipiunt, & una alterius fungitur vice, & fiat itaut debitoris non ceſſet lucrum, vel ei damnum emergat, dummodò ſit abſque vi, & ſcandalo; tunc licèt creditor aliâ viâ judicialiter debitum ſuum commodè recuperare poſſit, faciendo talem compenſationem, privatâ authoritate, cómpenſans non peccare læthaliter fatentur Vazquez *opuſcul.de Reſtitut.cap.5.§.1.dub.9. num.53.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 3. num.8.*

Hujus ratio eſt, quia quando 15
fit compenſatio in ejuſmodi rebus, quæ inter ſe functionem recipiunt, quæ ad rei acceptæ ſubſtantiam intervenit debitoris conſenſus, ſaltem tacitus; dummodò in compenſatione ſervetur æqualitas in pretio, & bonitate, nec ex ea compenſatione, illi aliquod damnum emergat. Nam concurrente tacito domini conſenſu, non infertur illi gravis injuria per hujuſmodi compenſationem, quia non cenſetur læſus, nec rationabiliter invitus, quamquam inordinatus accipiendi modus illi diſpliceat, cum ſit nocendi periculo expoſitus. At debitor quoad ſubſtantiam rei in compenſationem ſubreptæ rationabiliter non videtur invitus, dummodò hæc compenſatio fiat abſque ullo ſuo damno. Quamobrem Vazquez dicto *cap.5.§.1. dub.9. num.53.* Aſſerit non peccare graviter creditorem accipientem in compenſationem clam à debitore ſuo pecuniæ ſibi indubitanter debitæ quantitatem, quod voluiſſe vi-

dentur Sylvius in 2.2.q.62.art.8. *quæri* 1.*concl*.7.*cauſ*.5.Nec peccare graviter ſumente triticum pro pecuniã, vel pecunia pro tritico, in pretio juſto abſque damno emergente, & lucro ceſſante ſcripſit Zamoran. *de Compenſat. diſput*.3.*num*.8.*in fine*. Quia quando fit hæc compenſatio debitor non compellitur grave ſubire onus ultra illud, ad quod tenebatur, ſed potius in hanc compenſationem tacitè conſentire videtur.

16 Si verò compenſatio privatâ authoritate fiat in rebus generis poſterioris, quæ inter ſe ob diſſimilitudinem artis functionem non recipiunt; tunc talis compenſans peccat mortaliter contra juſtitiam commutativam, ſi aliâ viâ poterat debitum ſuum commodè recuperare Zamoran. *de Compenſat.diſput*.3.*num*.9.Vazquez. *opuſcul.de Reſtitut.cap*.5. *§*. 1.*dub*.9.*num* 53.& 54. Ratio eſt, 17 quia cum hujuſmodi res equidem non recipiant functionem, in genere ſuo, abſque injuſtitia una alterius vice fungi non poteſt Oynotom. in §.*In bonæ fidei.num*.30.*Inſtitut. de act*. Ideoque credendum non eſt, creditorem huic compenſationi velle aſſentiri, per quam talium rerum dominium in cõpenſantem transfertur, quod abſque conſenſu tacito, vel expreſſo debitoris in creditorem dominium nequit transferri; & per cõſequens nec poſſe fieri juſtam compenſationem Zamoran. *de Compenſat.diſput*.3.*num*.9.

18 Suffragatur, quippe quando fit compenſatio in rebus, quæ inter ſe non recipiſit functionem, quando creditor aliâ viâ commodè debitum ſuum poteſt conſequi, fit penitus invitò rationabiliter domino, qui tunc eſt debitor.

Sed hæc diſtinctio Vazquez, 19 & Zamorani rejicienda eſt. Unde firmiter contra eos eſt tenẽda noſtra principalis concluſio, ideſt eſſe illicitam compenſationem, authoritate privatâ factam per compenſantem, quando aliâ viâ commodè debitum ſuum poterat recuperare; nec curandum eſt, an dicta compenſatio fiat in rebus, quæ functionem recipiunt, vel non; quia id dumtaxat attenditur in foro fori. Secus verò in forō poli, in quo li- 20 citè fieri poteſt compẽſatio, tam in rebus, quæ functionem accipiunt, quàm in illis, quæ functionem refellunt, & ſic rectè fit de ſpecie ad ſpeciem, vel ad quãtitatem. Unde ſi tu mihi debes pallium, & ego tibi equum, & dictum equum mihi tradere renuas, poſſum in pallio compenſationem facere, ut ex Valero, Navarra, & Rebello docet Diana *Oper. moral. tom*. 6. *tractat*. 3. *Reſolut*.148. *§*.4. Ad faciendam compenſationem in foro poli (ſuppoſito, quod aliâ viâ debitum commodè recuperari nequeat) nullus eſt, qui dicat res in compenſationem acceptas inter ſe debere functionem recipere: ita ut una alterius vice fungatur; ſed benè, quod res, in quibus compenſatio fit, ſint debitoris, & non alterius, ut docent Machad.*lib*.2.*part*.2.*tractat*.22.*docum*. 5.*num*.5. Trullench. in *Decalog. lib.*

ib.7. cap.5. dub.5. num.5. verſic. Tertia. Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib.5. cap.15. verſic. Deinde.* Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.12. dub.10. num.59. verſic. Tertia.* Navarr. in *Manual. cap.17. num.113.* Sed res, quæ inter ſe non recipiunt functionem, certum eſt, quod ſunt in dominio debitoris, ut quoque fatentur iidemmet Vazquez, & Zamoranus locis citatis. Ergo in eis licitè fieri poteſt compenſatio. Sed non exiſtimes, me tenere poſſe fieri cõpenſationem tam in rebus, quæ recipiunt functionem, quàm in aliis abſolutè, quod periculoſum eſſet; ſed firmo, poſito, quod creditor aliâ viâ debitum ſuum cõmodè recuperare non poſſit, tũc indiſtinctè compenſatione uti poteſt, tam in rebus, quæ inter ſe functionem recipiunt, quàm in aliis, dummodò ſint res propriæ, ac in dominio debitoris, ſpretâ prorſus diſtinctione Vazquez, & Zamorani.

21 Hæc principalis noſtra concluſio quodammodò coarctanda venit. Nam hæc conditio, ſcilicet, quod creditor aliâ viâ commodè debitum recuperare nequeat, dumtaxat eſt neceſſaria in compenſatione poſitiva; videlicet quando unus ſolùm eſt debitor, & alter creditor, qui via ordinaria debitum aſſequi poteſt, vel petendo coram Judice, vel privatim à debitore, vel alio quovis remedio, quod facilè adhiberi poteſt, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſp.3. num.10.*

22 Sin autem compenſatio ſit negativa, nempe quando uterque eſt ad invicem debitor pecuniarum; prædicta conditio non eſt neceſſaria, & abſque ea licitè fieri poteſt compenſatio, ſic Navarra. *de Reſtitut. lib.3. cap.1. num.385.* Puta ſi debeam tibi ex mutuo centum, & tu mihi ex emptione tantundem debeas, vel ex legato relicto in teſtamento, in quo es hæres. In hoc caſu quamvis judicialiter legatum meum, vel debitum ex emptione conſequi poſſim: attamen juris ordine prætermiſſo, privatâ authoritate unius debiti cũ alio compẽſationem facere poſſum, non ſolvendo tibi centum ex mutuo, dum mihi non ſolveris totidem ex legato mihi relicto Zamoran. *de Cõpenſ. diſput. 3. n.10.*

Hujus diſcriminis, ſeu differentiæ ratio eſt, quia in primo caſu poſitivè rem tuam, quamvis mihi debitam à te aufero, uſurpãdo Judicis officium, dum extra neceſſitatem in contemptu publicæ poteſtatis, privatâ authoritate jus meum exequor; cum tu rationabiliter invitus videaris, juſtèque potes conqueri, quod cum commodè judicialiter debitum meum habere poſſim, te ignorante, aut invito, rem tuam in mei debiti compẽſationem injuſtè ſubripiat Navarra. *de Reſtitut. dict. lib.3. cap.1. num.385.* 23

In ſecundo verò caſu aliter eſt dicendum, cum tunc nihil poſitivè à te auferam, ſed negativè me habeo non ſolvendo, ſicut & tu quoque mihi non ſolvis, vel ſecundùm juris diſpoſitionem unum debitum cum alio compenſare volo, quo in caſu minimè Judicis officium uſur- 24

uſurpo, nec debitor ex hujuſ-
modi compenſatione juſtè po-
teſt conqueri Zamoran. *de Com-
penſat. diſputat. 3. num. 10. ad finem.*
Quam negativam compenſa-
tionem locum ſibi vindicare in
foro conſcientiæ, etiam in rebus,
quæ inter ſe functionem non re-
cipiunt teſtatur Navarr. *de Re-
ſtitut. lib. 3. cap. 1. num. 387.* Ut ſi
mihi debes veſtem, & ego tibi
debeam bovem, ſi veſtem mihi
reddere detrectas, retinendo bo-
vem tuum compenſationem fa-
cere poſſum; licèt Zamoranus
loco citato fateatur, hoc exem-
plum non eſſe ad rem ſatis accõ-
modatum, quia illa magis vide-
tur eſſe pignoris loco retentio,
quàm propria compenſatio; ſed
hoc non obſtanre verum eſt,
quod Navarra dicit. Nam in fo-
25 ro conſcientiæ jurium ſubtilita-
tes quoad compenſationem o-
mittuntur & id, quod dicit Za-
moranus intelligi debet in foro
externo, ſecus verò in foro inter-
no, ut ex Navarra, Valero, &
Rebello comprobat Diana. *Oper.
moral. tom. 6. tractat. 3. Reſolut. 148.
§. 4.*

26 Huic ſubjiciendum eſt, quod
quando hæredes compelluntur
ſolvere debita, aut legata ob nõ
confectum inventarium ultra
vires hæreditatis, ſi verum eſt
leges hoc præcipientes fundari
in ſola præſumptione, quod ali-
quid ſubripuerint, vel occulta-
verint, nihilominus ultra vi-
res hæreditatis ſolvere coguntur
Zamoran *de Compenſat. diſputat.
4. cap. 9. num. 19.* Si verum ſit hæ-
27 redes dumtaxat ad debita de-
functi teneri ex quaſi con-
tractu, etiam ultra vires hæredi-
tatis in foro poli, nullâ Judicis
expectatâ ſententiâ, & quoque
ad legata teneri in pœnam ob
non confectum inventarium,
tunc aliter eſt dicendum, quod
pertinet ad defuncti debita, non
erit hæredi locus occultæ com-
penſationi, ſi ultra vires hæredi-
tatis ob non confectum inven-
tarium, licèt de hæreditariis bo-
nis nihil occultaverit Zamoran.
dicta *diſput. 4. cap. 9 num. 19.*

Si ſermo ſit de legatis à defũ- 28
cto relictis, diſtinctione utẽdum
eſt, vel hæres fuit in culpa non
conficiendo inventarium; vel
culpâ caruit ob ignorantiam in-
vincibilem legis, vel ob inculpa-
bilem inadvertentiam. Primo in
caſu hæres in foro conſcientiæ 29
debet ſolvere legata ultra vires
hæreditatis, & poſtquam integra
ſolvit legata, non erit locus oc-
cultæ compenſationi; poſt latam
à Judice de hoc ſententiam; quia
tunc pœna actu debetur. Si ve-
rò hæres culpam non habuit, 30
quamvis in foro fori, ultra vires
hæreditatis integrè legata ſolve-
re cogeretur: tamen in foro po-
li occultam compenſationem fa-
cere poteſt, ut ex Molina *de Juſt.
& jur. diſput. 213. ad fin.* tradidit
Zamoran. *de Compenſat. diſput. 4.
cap. 9. n. 19. in fine.* At contrarium 31
ſectandum eſt indiſtinctè, ut di-
cam fuſius in *q. 20.* In foro con-
ſcientiæ tunc dumtaxat erit lo-
cus occultæ compenſationi, ut
legatarii eâ utantur propter de-
tractam ab hærede falcidiam,
cum lata fuerit de ea ſententia
Zamoran. *dict. diſput. 4. cap. 10.
num. 14. in fine.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Mandator, quoties expreſsè, aut tacitè tranſit in locationem-conductionem; tunc ſi mandatario debitum ſtipēdium non ſolvatur, poteſt contra mandantem occulta uti compenſatione.* Et referuntur Doctores, qui tractant de materia mandatorum.

2 *Obligatio ex juſtitia inducit occultam compenſationem.*

3 *Mandans ſi putaverit ſibi gratis negotium geri, an mandatarius poſſit occultè compenſare?*

4 *Occulta compenſatio in vero, ac proprio mandato non datur.*

5 *Stipendium, in vero mandato negotium geri debet gratis, nec ullum ex juſtitia debetur.*

6 *Sed quid ſi mandans gratuitam illam remunerationem promiſerit?*

7 *Promiſſio ſimplex acceptata ex juſtitiæ lege obligat; ideoque poteſt clam ſubripi in compenſationem æquivalens promiſſioni.*

8 *Hæredes mandantis an ſi eo mortuo, ante mandati executionem, nolit mandatarius ipſis reſtituere rem mandatam donari, ſed donatario tradat in bonis mandatarii compenſationem facere poſſint?*

9 *Morte mandantis mandatum finitur.*

10 *Res mandata in quibus caſibus donari tradenda eſt donatario, & non hæredibus mandantis poſt ipſius mortem.*

11 *Mandatum, ſi fiat ad pias cauſas, videlicet ſi alicui aliquam juberet elargiri eleemoſinam, tunc favore cauſæ piæ tale mandatum mandantis morte non finitur.*

12 *Mandatum non finitur, quando mandans ex neceſſitate tenebatur facere id ipſum, quod mandatario juſſit.*

13 *Mandatum de ſolvendo creditoribus haudquaquam morte finitur, quoniam dicitur mandatum neceſſarium.*

14 *Hæredes mandantis, quando non habeant jus ad faciendam compenſationem occultam in bonis mandatarii, ſeu donatarii?*

ARGUMENTUM.

Utrùm liceat Mandatario facere compenſationem pro exequutione Mandati ſibi injuncti, præcipuè ſi Mandans credebat id fieri gratis?

QUÆSTIO XVI.

Hîc enim, ut citiùs ad perquiſitionem noſtram pergamus, haudquaquam nobis in mandati differentia detegenda, immorandum eſt, quam ſi quis ſcire peroptet, conſulat Zamoranum *de Compenſat. diſputat.*5. *cap.*8. Donellum. *lib.*12. *Comment. jur. civil. cap.*5. *& cap.*10. Molinam. *de Juſtit. & jur. tract at.*2. *diſputat.*548. Connanum. *lib.*7. *Comment. jur. civil. cap.*14. Vigelium. *lib.*19. *Jur. civil. cap.*12. Et utrum 1

utrùm ſit exequendùm ſecundùm formam in eo contentam, inſpicito Text.in *cap.Final.de reſtitut.ſpoliat cap.3. in fine. De eo, qui mittitur in poſſeſſionem rei ſerv.* Sabell. *Summa diverſor. tractat. §.Mandatum.* Salg.*de Protect. 4. part.cap.3.à n.36.* Valenz.*conſ.3.à 42.* Gonzal in *Reg.8.gloſſ.12 n.80.* Barboſá. in *cap.4.n.4.de Poſtulat.* Riccium *part.4.collect.1063. & par.6.collect.2213.* Cyriac.*controv.275.* P.Molin. *de Juſtit. tractat.2. diſputat.552.* Ubi an poſſit excedere Eſcobar.*de Purit.1.part.quæſt.6.§.2.* Et quando excedatur Solorzan.*tom.2.de Jur.ind.lib.2.cap.6. num.18. & cap.11. num.16.* His hujuſmodi animadverſis, difficultas propoſita eſt, an quando mandatario debetur ſalarium, merces, vel ſtipendium pro mãdato exequuto, ſi ipſi non ſolvatur, poſſit facere occultam compenſationem in bonis mandantis?

2 Cui inveſtigationi reſpondetur, quod quoties mandatum expreſsè, aut tacitè tranſit in locationem, vel conductionem; tunc ſi mandatario debitum ſtipendium non ſolvatur, contra mandantem poteſt facere occultam compenſationem, ut quoque docet Zamoran. *de Compenſat.diſputat.5.cap.8.num.5.* Hujus concluſionis ratio eſt, quia mandatario debetur ſtipendium ex juſtitia; ſecus verò ex ſola gratitudine; ſed benè ex contractu ſaltem tacito locationis, & conductionis, inducente ſtrictam, legalemque obligationem ex juſtitia, quæ obligatio in utroque foro vim aſſequitur, quapropter præſtat jus ad faciendam occultam compenſationem Zamoran.dicto *num.5. in fine.* Nam cõcurrentibus conditionibus neceſſariis ad licitam compenſationem, de quibus in *quæſt.1.* In debitis non ex gratitudine proficiſcentibus; ſed ex lege juſtitiæ rectè fieri poteſt compenſatio, ut tradunt Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant ad vener.part.2. quæſt.3. §.3.num.18.* Diana. *Oper. moral. tom.6.tractat.3. Reſolut.152. §.2.* Trullench. in *Decalog lib.7. dub.5.cap.5.num.3.* Azor.*Inſtitut.moral. part.3.lib 5.cap.15 quæſt.2.* Bonacin.*de Reſtitut. diſput.1. quæſt.ultim. punct.2. propoſit. 2. num. 13.* Sayr.*Clav.Reg.lib.9.cap.14. num. 6.* Navarr. *Manual. cap.17. num. 113.* Machad. *tom.1. lib.2. part.3. tractat.23 docum 5.num 5.*

Nec refragatur, ſi exiſtimet mandans illud beneficium ſibi gratis præſtari, vel ſaltem pro ſola ſpe gratuitæ remunerationis. Quippe hoc locum ſibi aſciſcitur in mandato propriè, ac formaliter ſumpto, quale non eſt hoc, ſed potius contractus locationis, & conductionis tacitè initus. Et eò ipſo, quod mãdatarius ſolitus erat ob mercedem tale munus exercere, quod mandantem latere non poterat, debebat advertere non præſtari ſibi illud obſequium gratis; ſed mediante ſtipendio; præcipuè ſi mandatarius in gratiam mandantis gratis illud mandatum ſe velle exequi non indicaverit; ut benè Zamoran.*de Compenſat. dict.diſput.5.cap.8. num.6. in fine.* 3

Sin autem mandatum ſit propriè, ac formaliter tale, itaut nõ 4

tran-

tranſeat in locationem, & conductionem, quamvis latè acceptam; tunc mandatarius propter exequutionem ejuſmodi mandati adversùs mandantem non poteſt uti occulta compenſatione, & ſi tunc aliquid à mandante clam in compenſationem ob hanc cauſam ſubripiat, tenetur ad reſtitutionem, niſi c. mandante deprehendatur reſtitutionem fieri ſibi nolle Molina. *de Juſtit. & jur. tom. 2. diſput. 548.*

5 Hujus ratio eſt, quia in hoc caſu mandatario ſtipendium nõ debetur ex juſtitia. Nam mandatum formale, ac propriè ſumptum, debet fieri gratis, abſque mercede, nec virtualiter, nec formaliter Zamoran. *diſputat. 5. cap. 8 num. 1.* Sed in illis debitis, quæ non ex lege juſtitiæ, ſed ex gratitudine deſcendunt, non poteſt admitti compẽſatio Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6.* Bonacin. *de Reſtitut. in gener. quæſt. ultim. diſp. 1. punct. 2. propoſit. 2. num 13.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5 cap. 2. num. 2.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5 dub. 5. num. 3.* Diana. *Oper. moral. tom. 6. tract. 3. reſol 152. §. 2.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicit. ad vener. part. 2. quæſt. 3. §. 3 num. 18.* Ergo nec in caſu noſtro. In hoc ſecundo caſu mandatarius non cenſetur, ſicut in primo, ſi mandatum ſiſtat intra limites mandati ſumpti, juxta mandati definitionem propriè ſumpti, tunc mandatarius illud mandatum minimè pro ſtipendio exequitur, nec preſumitur tale munus unquã pro mercede exercere, aliàs non erit propriè mandatarius, ſed ſuas operas locans, quod ad primum caſum ſpectat. Unde aſſeverandum eſt, ſtando in hoc ſecundo caſu, mandantem juſtè credere debere præſtari gratis mandatum, vel ſaltem ob ſolam gratuitæ remunerationis ſpem; & cum ei fortaſſis non deerant, qui hac ſpe, vel gratis in ipſius gratiam mandatum exequerentur; non eſt cur in hoc caſu mãdans ex juſtitia mandatario quidquam ſolvere teneatur; cujus obligationis ratione adversùs mandantem, mandatarius occultam compenſationem facere queat Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap. 8 num. 7. in fine.*

6 Licet mandatarius hoc titulo compenſationem facere non poſſit per mandati exequutione propriè, ac formaliter accepti. Si verò mandans aliquid ei animo ſe obligandi promiſit, non tanquam illius mandati ſtipendium, ſed in gratuitam remunerationem exigere tamquã ſibi debitam ex juſtitia ratione promiſſionis ab ipſo acceptatæ, quo in caſu ſi mandans renuat adimplere promiſſum, poteſt mandatarius adversùs eum facere compenſationem occultam Zamoran. dicta *diſputat. 5. cap. 8. num. 8.*

7 Cum certum ſit ſimplicem promiſſionem acceptatam ex juſtitiæ lege obligare, ideoque poſſe ſubripere clam in compenſationem æquivalens promiſſioni, dummodò promiſſum aliter conſequi nequeat Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num 44. verſic. Tertio ſi non pateret.* Sanchez. *de Matrimon. lib. 1. diſput. 5. num. 20. & lib. 4 diſputat. 8 num.*

pe compenſationem fieri poſſe non ſolùm ſi pecunia dono mittatur; ſed etiam ſi in debiti ſolutione mandetur; dummodò is, cui mittitur pecunia indemnis reddatur, quia adhoc ipſe habet jus, ut compenſatio aliena non fiat cũ ejus præiudicio, vel damno, ſi fieri poteſt, ut docet Diana.

SUMMARIUM

1 *Captivi Chriſtiani via compenſationis ob injuſtam ſervitutem, dominis infidelibus aliquid ſubripere non poſſunt.*

2 *Accipiens authoritate propria rem alterius, peccat, & tenetur ad reſtitutionem.*

3 *Debitum, cujus prætextu fit compenſatio occulta, debet eſſe moraliter certum, ac indubitatum.*

4 *Servi Chriſtiani nullum creditum liquidum, nec certum habent contra dominos infideles ad hoc, ut ejus prætextu poſſint facere compenſationem.*

5 *Dominorum res ſubripiendo, compenſatio fieri debet in rebus debitis ipſi compenſanti ex juſtitia lata.*

6 *Compenſans non debet ſumere in compenſationem; pluſquam ſibi debetur.*

7 *Compenſatio ad hoc ut rectè fiat, debet eſſe æqualis debito.*

8 *Accipiens in compẽſationem pluſquam ſibi debetur, quoad exceſſum furtum committit.*

9 *Scandalum, vel damnum aliorum quando imminet, compenſatio fieri non poteſt.*

10 *Damnum poſſet oriri, ſi ſervis Chriſtianis licitum eſſet facere compenſationem de rebus dominorum infidelium.*

11 *Compenſatio admittenda non eſt, quoties alicui damnum affert.*

12 *Compenſatio fieri non poteſt in rebus, quæ dominis eorùm ſervorum compenſantium in depoſito datæ ſunt.*

13 *Captivi Chriſtiani, ſecundùm opinionem nonnullorum Doctorum, poſſunt facere compenſationem de rebus dominorum.*

14 *Servi, juxta quoſdam Doctores, poſſunt facere compenſationem, non ſolùm contra dominos detinentes: ſed quoque adversùs omnes, quorum opera, & auxilio facti ſunt ſervi,* & adducuntur Doctores hanc opinionem inſequentes.

15 *Chriſtiani, juxta aliquos, poſſunt via compenſationis aliquid ſubripere ab infidelibus dominis, qui Chriſtianorum Principum Provincias occupant ex eorum Principum tacita voluntate.*

16 *Chriſtiani captivi qua ratione, ſecundùm quoſdam Doctores, poſſint facere compenſationem, non ſolùm de bonis eorum dominorum, ſed etiam omnium aliorum infidelium, & quare?*

17 *Infideles dominio Provinciarum, ac rerum, quas poſſident, carent.*

18 *Catholici abſque peccati labe, & abſque reſtitutionis onere Provinciis, ac Regnis ſuis, infideles ſpoliare poſſunt.*

19 *Hebræi ex præcepto Domini vaſis aureis, & argenteis, atque veſtibus, Ægyptios ſpoliarunt.*

20 *Judæi exeuntes de Ægypto ſecum Ægyptiorum bona, aſportantes, haudquaquam peccarunt.*

21 *Reſponſum Divi Auguſtini ad quoſ-*

quoſdam Hæreticos, qui querebantur à Catholicis, quaſdã Eccleſias, quas ſuo labore, & induſtria fecerant, ſibi ablatas fuiſſe.

22 *Turcæ, vel Mauri, cæterique omnes infideles in Regnis eorum nullam juriſdictionem babent.*

23 *Principes Chriſtiani eorum Regnis, ac rebus, infideles, præter neceſſaria, ſpoliare poſſunt.*

24 *Infidelitas eſt gravior cœteris omnibus vitiis, quæ virtutibus moralibus opponuntur.*

25 *Juriſdictio, ac dominium poſt adventum Chriſti Domini noſtri, ab infidelibus ad fideles tranſlatum fuit.*

26 *Homini, ex Dei præceptu cætera omnia animalia inſervire tenentur.*

27 *Infideles ſunt injuſti, ac intruſi poſſeſſores rerum ſuarum; ideoque à Chriſtianis ſpoliari poſſunt.*

28 *Bona à Chriſtianis tantùm haberi poſſunt, juxta ſententiam* Clementis Alexandrini.

29 *Eccleſiæ præcepto, dominium rerum ſuarum infidelibus tolli poteſt.*

30 *Hebræi quare Ægyptos reconvenerunt?*

31 Tertulliani locus affertur, attinens ad operarum exhibitarum compenſationem.

32 *Theologorum ſacræ cõgregationis propagãdæ fidei reſpõſũ affertur.*

33 *Chriſtianis captivis, juxta reſpõſum Theologorum congregationis propagandæ fidei, licitum eſt via compenſationis ſubripere à dominis ſuis; aliquid pro debita mercede, captivæ libertatis injuria, & pro damno emergenti, & lucro ceſſanti.*

34 *Conſultatio Theologorum congregationis Sancti Officii refertur.*

35 *Servis infidelium licet abſque injuſtitia ab ipſis particularibus dominis ſubripere ad juſtam cõpenſationem, ſecundùm Theologos congregationis Sancti Officii.*

36 *Chriſtiani captivi, juxta* Dianam, *apud Turcas exiſtentes, poſſunt Turcarum bona ſibi applicare, ratione laborum, injuriarum, & famulatus.*

37 *Infideles, bona Chriſtianorum tyrannicè poſſident.*

28 *Infideles, Principibus Chriſtianis ſubjecti ſunt, & ab eis poſſunt dominio rerum privari, ac tam publicè, quàm privatè ſpoliari.*

39 Solorzanus debitis encomiis, ac laudibus afficitur.

40 *Infideles poſt adventum Chriſti, nil proprii habere, nec poſſidere poſſunt.*

41 *Infideles à Chriſtianis bello infeſtari poſſunt, ac rerum, & Provinciarum ſuarum dominio, ac juriſdictione ſpoliari, præſertim ſi concurrat authoritas Summi Pontificis;* & adducuntur Authores hanc aſſertionem docentes.

42 *Captivi Chriſtiani, juxta* Molinam, *poſſunt facere compenſationem de rebus dominorum infidelium; non ſolùm tempore belli, ſed etiam tempore pacis, & treguæ.*

43 *Bellum adversùs Turcas, & Mauros ex parte Chriſtianorum eſt juſtum, & ex parte infidelium injuſtum.*

44 *Captivi Chriſtiani damnorum, ac injuriarum competentem compenſationem ſumere poſſunt, non ſo-*

ſolùm ab eorum particularibus dominis; ſed etiam à cæteris aliis jure belli, ac præſumpta voluntate Principum Chriſtianorum ſecundùm placitum Molinæ.

45 *Furari ab hoſtibus, atque prædari de jure licitum eſt*. & referuntur verba Textus in l. Nō ſolum 2. C. de Commerc. & Mercatoribus.

46 *Barbari, juxta* Gloſſam, *dicebantur antiquitus, hoſtes Populi Romani.*

47 *Græci Barbaros nuncupabant omnes eos, qui Græci non erant.*

48 *Thales Mileſius gratias Diis referre ſolebat, quia Græcus, non barbarus natus eſſet.*

49 *Turcæ, ſive Mauri hodie ſunt publici Chriſtianorum hoſtes.*

50 *Turcis licitum eſt ſubripere, dummodò actio ſumendi bona Turcarum, non ſit annexa cum aliquo ſcandalo aliorum Chriſtianorum.*

51 *Reſtitutio rerum in compenſationem acceptarum à Chriſtianis captivis, Turcis, ſeu infidelibus fieri non debet, juxta aliquos, ne per hanc reſtitutionem inimicorum Chriſtiani nominis vires roborentur.*

52 *Conſenſus Principum Chriſtianorum, ſub cujus prætextu Chriſtiani captivi, infidelibus poſſunt furari; non præſumitur, quando inter fideles, & infideles adeſt tempus pacis, treguæ, vel ſalvi conductus.*

53 *Vectigalia Turcis impoſita, Chriſtiani fraudare poſſunt, quando intelligitur cōſenſus tacitus Principum Chriſtianorum, & quare?*

54 *Captivus Chriſtianus, ſi graviter egeat, poteſt indiſtinctè ab omnibus infidelibus furari omnia, quæ ipſi ſunt neceſſaria ne pereat.*

55 *Chriſtianus ſervus infidelis, fugiēs ab eo, poteſt ſubripere, quæ ei ſunt ad iter neceſſaria, donec ad ſuos revertatur.*

56 *Hoſtibus nocumentum afferre licitum eſt.*

57 *Bellum dum durat inter Chriſtianos, & Turcas, licet illis ſubripere quantum potuerint, tam ad dominis particularibus, quàm à quibuſcumque aliis contrariæ Reipublicæ infidelibus.*

58 *Principes Chriſtiani habent jus gerendi bellum adversùs Turcas, vel Mauros.*

59 *Principes Christiani, dum bellum contra infideles durat, volunt, ut eorum ſubditi, quibus poſſint moleſtiis, ac damnis infideles perſequantur.*

60 *Captivis, per infideles in ſervitutē injuſtam redactis, facultas ſpoliandi hoſtes elargita eſt, juxta* Dianam.

61 Sed ejus opinio refellitur à Zamorano.

62 *Aurum non ſolùm barbaris tradendum eſt: verum ſi apud eos fuerit repertum, ſubtili auferatur ingenio.*

63 *Militibus ſtipendiariis in ſervitutem infidelium redactis, non ſolùm facultatem ſubripiendi datam eſſe videtur: ſed quoque omnibus aliis fidelibus captivis elargitam videtur.*

64 *Æquivalentem compēſationem facere poſſunt, ſervi Chriſtiani de bonis eorum, qui tunc profectò inferunt damnum, vel nocumentum ipſis illato.*

65 *Servi compenſationem facere poſſunt de bonis dominorum infide-*

lium, ratione belli juſti ex parte Chriſtianorum, & ob tacitum conſenſum fidelium Principum.

66 *Pacis, vel treguæ tempore, non licet Chriſtianis captivis aliquid à dominis furari in ſervitutis injuſtæ compenſationem.*

67 *Hieroſolymam petentibus, de infidelium conſenſu, tranſeuntes per Regiones, quæ olim Chriſtianorum erant, non licet ab infidelibus aliquid in compenſationem furari.*

68 *Chriſtianis commorantibus ex infidelium conſenſu in Provinciis eorum, ſive cauſa redemptionis captivorum, ſive negotiationis, ſeu aliis ex cauſis, non licet ab eis aliquid furari.*

69 *Servi captivi commorantes in Urbibus infidelium, an ex tacito conſenſu Principum Chriſtianorum poſſint in compenſationem aliquid ſubripere.*

70 *Treguæ, vel ſalvi conductus tempore: utrùm liceat Chriſtianis via compenſationis aliquid ſubripere ab infidelibus.*

71 *Hieroſolymam petentibus, quando adversùs Turcas compenſationem facere poſſint?*

72 *Tregua, aut pacto quid intelligatur?*

73 *Violatio fidei quando in compenſatione intelligatur.*

74 *Servo ſicut licet ad ſuos fugere: ita licet furari, quæ ſunt ei neceſſaria ad fugam arripiendam.*

75 *Injuria accepta à ſervo quando compenſari poſſit?*

76 *Captivo Chriſtiano exiſtēti apud infideles, non licet adire Magiſtratum, nec Judicem petere, cujus authoritate fiat injuriæ, vel accepti damni compenſatio.*

77 *Captivus injuſtè detentus in ſervitute, quando poſſit damna ſibi illata, operas, atque obſequia, quæ exhibuit abſque mercede debita compenſare?*

78 *Officium Judicis, qui implorare non poteſt, authoritate privatâ, poteſt rem ſuam recuperare.*

79 *Chriſtianis captivis infidelium non licet in injuſtæ ſervitutis cōpenſationem aliquid à dominis ſuis furari remiſſivè.*

80 *Compenſatio tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ ad hoc ut fieri poſſit creditum & debitum ex utraque parte compenſantium ad invicem eſſe debet.*

81 *Compenſatio fieri non poteſt in illis caſibus, in quibus non adſunt debitores, & creditores ad invicem.*

82 *Occulta compenſatio fieri non poteſt, quoties debitum non eſt liquidum, certum, & indubitatum; itaut debitor in foro conſcientiæ id ſolvere teneatur.*

83 *Servus captivus, qui in ſervitute injuſta detinetur apud infidelem dominum, nihil ab eo, cauſa mercedis petere, vel furari poteſt.*

84 *Servo captivo, quamvis habeat jus fugiēdi, nō habet jus furandi, nec ad hoc, ut fugiat, licitum eſt ei dominum ſuum, quamquam infidelem occidere.*

85 *Mala facienda non ſunt, ut inde eveniant bona.*

86 *Mala omnia prius pati debent, quàm malo aſſentiri.*

87 *Fugere ſervo captivo non licet, quando fugere non poteſt: niſi aliquid domino furando.*

88 Laudatur Don Raphael de Viloſa Regiæ Cameræ Summa-

mariæ Regni Neapolis Locumtenens.

89 *Servus ſi fugerit, & nihil habeat quo ſe ſubſtentare poſſit, tūc licet ei ex illis locis, per quos fugiendo tranſiverit, furari, quod eſt ei ad vitam ſimpliciter neceſſarium.*

90 *Neceſſitatis tempore, omnia ſunt communia.*

91 *Captivo Chriſtiano authoritate propria dominum infidelem non liceat ſpoliare.*

92 *Chriſtiano captivo ratione compenſationis, non licet ſubripere à dominis ſuis quantum potuerit, ea ratione, quia compenſatio ad hoc, ut ſit juſta, debiti quantitatem non debet excedere.*

93 *Chriſtiano captivo non licet Turcis, ſeu Mauris, vel aliis quibuſcumque infidelibus, privata authoritate aliquid ſubripere, ipſis invitis, vel inſciis, niſi id, quod eſt tantummodò ad fugam ei neceſſarium.*

94 *Furtum non definit eſſe malum, eò quia Turcis, vel infidelibus furetur.*

95 *Præceptam Decalogi ſeptimum,* Non furtum facies, *habet locum in Chriſtianis aliquid ab infidelibus furantibus ex tacita Principum Chriſtianorum voluntate.*

96 *Turcæ Chriſtianorum Provincias injuſtè poſſident, & adversùs nos bellum injuſtum gerunt.*

97 *Turcæ aliqua bona juſtè poſſidet: ideoque ſi Chriſtianus aliquid eis ſubripiat, furtum committit.*

98 *Divi Thomæ quidam locus affertur, ex quo infertur ſervum Chriſtianum non poſſe à domino infideli authoritate privata compenſationem occultam facere*

99 *Furari Turcis, ſeu infidelibus, authoritate publica, jure belli licitum eſt, ſecundùm* Cajetanū.

100 *Princeps Chriſtianus habens jus belli indicendi, poteſt bellum inferre infidelibus.*

101 *Servus Chriſtianus, ſi fugerit, & ad ſuos reddat, & aliquid ex bonis Turcarum, vel Maurorum, ſeu aliorum infidelium furatus fuerit, id reſtituere tenetur, vel in uſus pios impendere.*

102 *Reſtitutio, quando commodè domino rei fieri non poteſt, res furto ablata in pauperes erogari debet, ſeu operibus piis, vel Regi, aut Reipublicæ tribui,* & laudatur Antonius Gomez.

103 *Bellum an licitè à Chriſtianis Principibus, infidelibus poſſit inferri?*

104 *Bellum inferri infidelibus, quando liceat Chriſtianis?*

105 *Chriſtiani ad auferendas Provincias, quæ olim fuerunt Principum Chriſtianorum, bellum juſtiſſimè gerere poſſunt adversùs infideles.*

106 *Bellum adversùs infideles licitum eſt, quando illi Chriſtianos offendunt, & perſequuntur.*

107 *Bellum declarari poteſt à Principibus Chriſtianis contra infideles, quando iſti ſunt ſubditi alicujus Principis, cujus imperio obedire non volunt.*

108 *Bellum licitum eſt contra infideles, quando hi fidem blaſphemiis, praviſque ſuaſionibus commaculant, & liberam legis Evangelicæ prædicationem impediunt.*

109 *Infidelitas non privat infidele dominio, quod habent jure humano, vel habuerunt ante legem*

Evan-

Digitized by Google

Evangelii in Provinciis, quæ poſſident.

110 *Peccatum mortale non eſt cauſa privationis dominii.*

111 *Nabuchodonoſor erat Rex infidelis, & malus, ac in peccato mortali exiſtens, & Idolatra; & nihilominus habuit dominia ſuper gentes, & Regna.*

112 *Dominia, & Principatus etiam in peccatoribus reperiuntur.*

113 *Gratia, & charitas juxta nonnullos eſt fundamentum dominii, ac juriſdictionis, & poteſtatis; quapropter ſolos juſtos exiſtentes in gratia ſuorum bonorum dominos eſſe perperam aſſeruerunt.*

114 *Apoſtolici quidam Hæretici appellabantur, qui pauperes de Lugduno dicebantur.*

115 *Valdenſis cives Lugdunenſis fuit, à quo Hæretici dicti Apoſtolici appellati fuêre.*

116 *Concilium Conſtantienſe damnavit opinionem Hæreticorum, qui Apoſtolici dicebantur, quorum opinio à pluribus Catholicis ſcriptoribus convincitur, atque damnatur.*

117 *Dominia rerum, atque Provinciarum omnium, naturali, & communi omnium gentium jure, primis earum poſſeſſoribus competunt, abſque ulla diſtinctione fidelium, & infidelium.*

118 Solorzanus *cavendum eſſe ait ex aliorum ſententia, ab opinione* Hoſtienſis, *ac ſequacium aſſerentium, infideles dominium, & juriſdictionem ſuarum Provinciarum non habere.*

119 *Infideles verè poſſident, ut ex ſacra pagina comprobatur.*

120 *Principes Chriſtiani an juſtè poſſint inferre bellum infidelibus?*

121 *Hebræi, vaſa aurea ab Ægyptiis ſubripientes, non liberantur à peccati labe, ea ratione, quia Ægyptii erant infideles; ſed quia expreſſum Dei mandatum præceſſit, qui id facere jubebat, ut ex Sacra Scriptura probatur.*

122 Verba Exodi cap. 13. verſic. 21. referuntur.

123 *Præceptum Dei ubi intervenit, omne vitium eluit, & omne crimen expurgat.*

124 *Ægyptii per multos annos Hebræos duriſſima ſervitute afflixerunt.*

125 *Dominium amittendi, non eſt cauſa ſufficiens, infidelitas ſola.*

126 *Chriſtiano captivo, nec cuivis alio non captivo, non licet ſubripere res infidelium, nec ratione ſervitutis injuſtæ aliquid in compenſationem accipere.*

127 *Furari ab infidelibus, Chriſtianis non licet.*

128 *Compenſatio nullo modo admitti poteſt; niſi inter debitores, & creditores ad invicem.*

129 *Chriſtianus captivus nullum creditum habet contra dominum ſuum infidelem, ratione ſervitutis.*

130 *Compenſatio de debito alterius fieri non poteſt.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Chriſtiani, qui injuſtè detinentur captivi apud infideles, poſſint illis in injuſtæ ſervitutis compenſatio-

tionem aliquid licitè ſubripere?

QUÆSTIO XVII.

1 Captivos, ſervoſve infidelium in eorum injuſtę ſervitutis compenſationem, eorum dominorum res ſubripere neutiquam poſſe, ex pluribus adjungendis claré apparebit. Hocque in caſu compenſationem locum ſibi aſciſcere nequire ex referen-
2 dis enitet. Primò, quoniam accipiens, propriâ authoritate rem alterius, peccat furti peccato, & tenetur ad reſtitutionem, ut docuit Divus Thomas 2. 2. *quæſt. 66. articul. 5. ad* 3. Azor. *Inſtitut. moral. part. 4. lib. 5. cap. 15. verſic. In hac.* Igitur captivus res domini infidelis in compenſationem ſervitutis injuſtæ acci-
3 pere nequit. Secundò ad hoc, ut licitè fieri queat compenſatio debitum, cujus prætextu fit, debet eſſe moraliter certum, ac indubitatum, ut docuēre Vazquez. *de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 40.* Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat. 16. ſect. 5. num. 87.* Fagundez. in 7. *Præcept. decalog. cap. 30. num. 2.* Sotus. *de Juſtit. & jur. lib. 5. quæſt. 3. artic. 3.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat. 32. diſputat. 1. punct. 16. §. 3. num. 6.* Sed ſervi, ſeu ca-
4 ptivi nullum adversùs dominos infideles debitum liquidum, nec certum habent: ergo contra eos compenſationem occultam fa-
5 cere nō̄ poſsūt. Tertiò ad hoc, ut compenſatio occulta rectè fieri poſſit, exigitur, ut fiat in rebus debitis ex juſtitia lata eidem compenſanti, ut tradunt Machadus. *tom. 1. lib. 2. part. 3. tractat. 23. document. 5. num. 5.* Navarrus. in *Manual. cap. 17. num. 113.* Sayrus. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14.* Bonacin. *de Reſtitut. diſp. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. num. 13.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. dub. 5. cap. 5. num. 3.* Zamoran. *de Compenſat. cap. 2. diſput. 2. num. 3.* Aſt captivis infidelium nihil ex juſtitia lata debetur: igitur occultam compenſationem facere nequeunt. Quartò, in occultâ cō- 6
penſatione facienda peroptatur, ut compenſans nuſquam pluſquam ſibi debetur capeſſat, atteſtantibus Guzman. *Veritat. jur. veritat. 16. num. 15.* Sylveſter. *verbo. Furtum. quæſt. 13. num. 17. in fin.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſic Tertia conditio.* Diana *Oper. moral. tom. 6. tractat. 3. Reſolut.* 148. §. 1. Sed ſi hujuſ- 7
modi compenſatio eſſet licita ſervis, ſequeretur compenſationem æqualem debito neutiquã eſſe; quoniam conceſſo, quod aliquid eis à dominis infidelibus deberetur: attamen de certâ, ac liquidâ quantitate debiti conſtare non poſſet. Quocirca in hujuſce ſervitutis compenſationem quidquid deſumendo contingeret, ut plus, vel minus debiti ſubriperent. Si minus caperent, integrâ debiti ſolutione fraudarentur. Sin autem magis 8
deſumerent, quàm ſibi debebatur, furtum committerent ratione exceſſus, ad tradita per Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2.* Navarrum. *Manual. cap. 17. num. 113.* Bonacinam

nam. *de Reſtitut.diſputat.*1. *quæſt. ultim.punct.*2. *num.*17. Dianam. *Oper.moral tom.*6.*tractat.*3. *Reſolut.*148. § 1. Ergo ad hoc incõveniens vitandum, nec etiam in hocce caſu compenſatio admitti poteſt.

9 Quintò, huic porro compenſationi occultæ ſervorum reſlaret, aliorum periculum, ob quod compenſatio reſpueretur, quæ quidèm exploditur, atque refellitur, nè aliorum ſequatur ſcandalum, ſeu damnum alterius, cui attribui poſſit, eum ſubripuiſſe, ut referunt Leſſius.*de Juſtit. & jur.lib.*2.*cap.*12.*dub.*10.*num.*60 Zamoran. *de Compenſat. diſput.*2. *cap.*2.*num.*7.Trullench.in 7.*Præcept. Decalog. lib* 7. *cap.*5.*dub.*5. *num.*7. Lugo. *de Juſtit.& jur.tom.* 1.*diſputat.*15.*ſect.*15.*num.*88. Vazquez. *de Reſtitut.cap.*5.§.1.*dub.*8. *num.*41. *verſic.* 2. Molina. *de Juſtit.& jur. tractat.*2. *diſputat.*601. *verſic.*3. Sotus. *eodem tractat. lib.* 5. *quæſt.*3. *art.*3. Aſt ſi his ſervis
10 liceret adversùs dominos infideles uti occultâ compenſatione, ex ea poſſet oriri ſcandalum ac aliorum detrimentum, aut damnum, eò quod cæteri innocentes perperam moleſtarentur, ſi ipſis furtum ab aliis patratum
11 adſcriberetur. Idcirco nè hoc ſequatur, compenſationem fieri non poſſe affirmandum videtur, quæ profectò rejiciẽda eſt; quoties alteri gravamen afferret. Siquidèm injuſtè compenſare cerneretur, alterum, qui non eſt debitor, nec aliquod damnum dedit, gravando, ut aſſeruêre Azorius *Inſtitut.moral.part.*3.*lib.*5.*cap.* 15.*quæſt.*2. Zamoran.*de Compenſat.diſputat.*2.*cap* 2.*num.*6. Ergo hanc ob cauſam, nec etiam in iſto caſu compenſatio poteſt haſiere locum.

Sextò, compenſatio quoque deberet depelli, ex quo ſervi compenſantes in compenſationem poſſent ſubtrahere res, quę dominis eorum in depoſito datæ ſunt, in quibus compenſatio fieri non poteſt, ut confitentur Comitolus. *Reſponſ. moral. lib.*3. *quæſt.*39. Medina. *C.de Reſtitut. quæſt.*3. Covarruv. in *cap.Quamvis pactum. part.*1. §.4. *num.*9. Diana. *Oper.moral.tom.*6. *reſolut.* 148.*num.*5. Sayrus. *Clav.Reg.lib.* 9.*cap.*14.*num.*4. Ideoque ex hoc capite etiam compenſatio iſtius modi deberet rejici. 12

At quamvis ea, quæ hactenus pro hac opinione effudimus, vera cernantur: attamen pluribus inferiùs referendis Doctoribus in contrariam libuit ire ſententiam, nimirum ſervos, captivoſve Chriſtianos, qui apud infideles injuſtè detinentur, licitè, & abſque onere reſtitutionis poſse, viâ compenſationis, ſubripere ab eis debitam ſui laboris, præſtitique obſequii mercedem. Quod quidèm porrigunt, ut quoque poſſint uti compenſatione, non ſolùm contra ipſos dominos detinentes: verùm etiam adversùs omnes, quorum operâ & auxilio facti ſunt ſervi, quam opinionem ſectantur Zamoran. *de Cõpenſat. diſputat.*4. *cap.*18. *num.*1. Azor.*Inſtitut. moral. lib.*2. *part.*2. *cap.*34.*quæſt.*7. Lorca in 2.2. *Divi Thom. diſputat.* 54. *membr.* 2. *num.*26. Eruditiſſimus Solorzan. 13 14

de

de Jure indiar. lib. 2. cap. 10. num. 24. & cap. 11 num. 45. Marta *de Juriſdiction. part. 1. cap. 24. num. 46.* Innocent. in *cap. Olim. el primero. de Reſtitut. ſpoliator.* Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 5. dubitat. 5. num. 18.* Rodriguez. *Summ. cap. 147. num. 4. concluſ. 3. titul. de Furto.* Diana. *Oper. moral. tom. 7. tractat. 7. Reſolut. 29. §. 8. & tom. 8. tract. 7. Reſolut. 38. §. 1. & §. 2.* Naldus in *Summ. verbo. Chriſtianus. verbo. Infidelis. & verbo Servus.* Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. tractat. 2. diſput. 37. & tom. 3. de Delictis. diſput 693.* Filliuc. *tom. 2. tractat. 28. part. 2. cap. 3.* Lublinus in *Summ. verbo. Servus. num. 1.* Victorellus in *notis ad* Sà. *verbo. Servus. num. 1.*

15 Hujus aſſertionis ratio eſt, quoniam cum infideles, Chriſtianorum Provincias occuparent; inde ſequitur poſſe quoslibet Chriſtifideles ex tacito Chriſtianorum Principum conſenſu, interprætativâve eorum licentiâ, quæcumque voluerint ſubripere ab illis, ut refert Diana. *Oper. moral. tom. 6. tractat. 7. Reſolut. 29. §. 8. tom. 7. & tom. 8. tractat. 7. Reſolut. 38. §. 1.* Quo
16 fulciti Doctores, quos ſupra retuli voluêre, chriſtianos captivos poſſe ab infidelibus dominis, viâ compenſationis, ratione ſervitiorũ ſubripere, nõ ſolùm æquivalẽs, ſed etiam quantum voluerint, quod non tantùm adversùs dominos compeſcunt, ſed quoque id porrigunt contra quoſcumque alios infideles. Ex quo apparet neutiquam ratione famulatus, hancce compenſationem facere poſſe; ſed ratione ſecularium Principum taciti cõſenſus, qui conſenſus Principum non reſtringitur ad ſolos captivorum heros: verùm ad omnes Turcas extenditur: licèt Doctores hujus hæſitationis exemplũ afferant ſolummodò in ſervis, eò quia, ut plurimum hì in Turcarum ditionibus commorantes, accõmodatiori ſubripiendi, quàm alii oportunitate potiuntur.

Opinioni ſuperiùs *num. 13.* traditæ favet, infideles dominio rerum, Provinciarumque, quas 17
poſſident carere: itaut à Catho- 18
licis abſque peccati labe, nec reſtitutionis onere ſpoliari poſſint.
Hoc etiam comprobatur ex ſa- 19
cra pagina, ubi Dominus juſſit Hebræis, Ægyptios ſpoliare ut Exod. *cap. 13. verſic. 21.* hiſce verbis: *Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis: & cum egrediemini non exibitis vacui: ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua, vaſa argentea, & aurea, ac veſtes: ponetiſque eas ſuper filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.* Id ipſum repetitur rurſus in eodem Exodo *cap. 12. verſicul. 35.* ibi: *Feceruntque filii Iſraël ſicut præceperat Moyſes, & petierunt ab Ægyptiis vaſa argentea, & aurea, veſtemque plurimam. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis, ut commodarent eis, & ſpoliaverunt Ægyptios.* Quâ inſpectâ iuſſio- 20
ne Domini, Hebræi exeuntes de Ægypto, ſecum Ægyptiorum bona aſportaverunt, quod ab eis abſque peccato fieri potuiſſe arbitrantur Divus Auguſtinus in *lib. Exodi quæſt. 3.* Cujus ver-

verba leguntur in *cap.Dixit Dominus*. 12.14.*quæſt*.5. Divus Thomas. in 1.2.*quæſt*.10. *articul*.8. *ad* 3. & *in* 2.2.*quæſt*.66.*artic*.5.*ad* 1.

21 Suffragatur etiam alter Divi Auguſtini locus *lib.2. adversùs lit. Petilia cap*.43. Cujus verba habemus translata in *cap.Si de rebus* 23.*quæſt*.3. Quò cum ſibi à Catholicis, ablatas fuiſſe eas Eccleſias, quas ſuo labore, & induſtriâ compegerant, quidam quererentur Hæretici; ipſe Auguſtinus hocce modo eis reſpondit. *Si de rebus, & locis Eccleſiaſticis, quæ tenebatis, & non tenetis, quærimini, poſſunt & Judæi ſe juſtos dicere, & iniquitatem nobis objicere, quia locum, in quo impiè regnaverunt, modò Chriſtiani poſſident. Quid ergo indignum, ſi ea, quæ tenebant hæretici, ſecundùm parem Domini voluntatem Catholici tenent? Ad omnes enim ſimiles, ideſt, ad omnes impios, & iniquos illa vox Domini valet: Auferetur à vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti juſtitiam. An fruſtra ſcriptum eſt, labores impiorum juſti edent? quapropter magis mirari debetis, quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amiſiſtis.*

22 Hinc cum Sarraceni, vel quicumque alii infideles, nullam juriſdictionem habeant, & Regna illorum ad Eccleſiam Chriſtianam attineant, ſequitur af-
23 firmandum, præter neceſſaria, à Principibus Chriſtianis ſpoliari poſſe, ut referunt Turrecremata in *cap.Diſpar*.23. *quæſt*.8. Afflict. in *Rubr.Quæ ſint regalia: num*.26.*verſicul.Et pro iſta opinione*. Laudenſis. in *tract. de Princip. verſicul.Italia*. Marta *de Juriſdiction.part*.1. *cap*.24. *num*.10. Scoppus.*de Jure non ſcripto lib*.2. *cap*. 1. Nec mirum videri debet, 24
infideles Regionibus, rebuſve, quas poſſident ſpoliari poſſe, ſi infidelitatis facinus cæteris aliis, quæ virtutibus moralibus opponuntur, gravius cenſeatur, teſte Divo Thoma 2.2. *quæſt*.10. *particul*.3. Suarez. *tractat. de fide. diſputat*.16.*ſect*.1.*n*.1. & Turriano. *diſputat*.50.*dub*.2.

Poſt quidèm Chriſti ſervatoris noſtri adventum, omnem principatum, dominium, & juriſdictionem ex cauſis juſtis ab infidelibus ad fideles translata, fuit, ut elicitur ex Pſalmo 8. hiſce verbis: *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: Oves, & boves univerſas inſuper, & pecora campi*.. 25
Ubi per oves Chriſtiani intelli- 26
gi debent, infideles verò per boves, & pecora. Igitur cum omnia ſub Chriſtianorum pedibus ſubjeciſſet, ut noſcitur ex illis verbis Apoſtoli ad Hebræos *cap*.2. *In eo enim, quod omnia ſubjecit nihil dimiſſum eſt quod ei ſubjectum non fuerit*. Sequitur aſſe- 27
rendum, infideles injuſtos, intruſoſque detentores: ſecus verò legitimos poſſeſſores, ac dominos putandos eſſe, ideoque rectè ſpoliari poſſūt. Confert illud Proverbior. *cap*.13. *Cuſtoditur juſto ſubſtantia peccatoris*. Vel juxta ſeptuaginta interpretum verſionem. *Theſaurizant autem juſtos divitiæ impiorum*. Siquidèm ut dixit Clemens Alexandrinus *lib*.1.*Pedag*.3.*cap*.6. Bona ſolum 28
poſſideri poſſunt à bonis: boni autem Chriſtiani ſunt, homo autem inſipiens, vel intemperans,

Digitized by Google

rans, nec boni ſenſum habet, nec paſſionis: à ſolis ergò Chriſtianis, bona poſſunt haberi. Quapropter Divus Thomas. 2. 2.
29 *quæſt.* 10. *articul.* 10. Per ſententiam, vel Eccleſiæ præceptum, dominium juſtè infidelibus tolli poſſe docuit.

30 Unde cum infideles iſti injuſtè poſſideant, juſtè ſpoliari poſſunt, & etiam Chriſtiani viâ compenſationis, aliquid eis ſubripere queunt, ut docemur ex illo exemplo Hebræorum, de quo Tertullianus *lib.* 2. *adverſùs Marcionem cap.* 20. Quò ait, quod licèt ſolo injuriarū judicio Hebræi reconvenirent Ægyptios, & ſcapulas ſuas, flagellorum contumelioſâ atrocitate, laceratas oſtenderent; haud paucis lancibus, & ſcyphis pauciorum utique divitum, ſed totis, & ipſorum facultatibus, & popularium collationibus eis ſatisfieri
31 nequiret. Ipſiſſimam porrò ſententiam repetit idem Tertullianus *lib.* 4. *adverſùs Marcionem cap.* 24. per hæc verba: *Chriſtus dignos pronuncians mercede operarios, excuſavit præceptum illud creatoris de vaſis aureis, & argenteis Ægyptiorum auferendis, qui enim villas, & Urbes operati fuerint Ægyptiis, digni utique operarii mercede, non ad fraudem ſunt inſtructi, ſed ad mercedis compenſationem, quam aliàs à dominatoribus exigere non poterant.*

32 Quibus ex cauſis, & omiſſis cæteris aliis, brevitatis cauſâ, referre libet quoddam Sacræ Propagandæ fidei Theologorum reſponſum relatum à Diana, *Oper. moral. tom.* 8. *tractat.* 7. *Reſo-* *lut.* 38. §. 2. ex authoritate Peyrini *de Privileg. Minimor. tom.* 3. *cap.* 4. *num.* 29. Nimirum Chriſtianis captivis licitum eſſe ſub- 33
ripere bona, non ſolùm Principis Sarraceni, ex tacitâ voluntate fidelium Principum: aſt quoque particularium dominorum, ſub quorum violentâ ſervitute detinentur, viâ compenſationis pro debita mercede, pro captivæ libertatis injuria, & pro lucro ceſſante, & damno emergente in ſuis negotiis, & induſtriis; propter abſentiam à patrio ſolo; itaut fideles captivos à ſtipendiis militaribus Chriſtianorum Principum in injuſtam ſervitutem redactos poſſe, tutâ conſcientiâ, quorumcumque infidelium bona auferre ſub quacumque via, & induſtria.

Affertur quoque ad hanc 34
opinionem comprobandam, quædam Congregationis Sancti Officii Theologorum conſultatio, circa hanc, de qua diſputamus compenſationem, ipſamque ex ſupra relato Peyrino ubi ſupra *num.* 43. refert ſolertiſſimus, ac doctiſſimus Diana di- 35
cto *tom.* 8. *tractat.* 7. *reſolut.* 38. §. 2. Eorum ſanè Theologorum fuit reſolutio, captivos infidelium poſſe abſque injuſtitia, vel aliqua ejus ſpecie, ab ipſis particularibus dominis accipere, quantùm ad congruam ſuppetat cōpenſationem. Quod etiam porrigunt, ut poſſint ſubripere, pro ſufficientia redemptionis, ab illis, vel aliis, qui Reipublicæ partes dicuntur; ſive Turcæ, ſive Judæi. Quod extendit Diana 36
ubi ſupra §. 3. Ut captivi Chri-

ſtiani apud Turcas exiſtentes
poſſint, non ſolùm Turcarum
bona ſibi applicare, ratione la-
borum, injuriarum, famulatus,
lucri ceſſantis, & damni emer-
gentis, ſed etiam juſti belli ra-
37 tione. Siquidèm Principes chri-
ſtiani ſunt rerum Turcarum do-
mini, & cum ipſi hoſtes publici
dicantur, & chriſtianorum bo-
na tyrannicè poſſideant, ſequi-
tur poſſe Chriſtianos ex tacito
Principum conſenſu, eorum
bona ſubripere, ut tradunt
Molina. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 37 num. 1.* Zamoran. *de*
Compenſat. diſput. 4. cap. 18. num. 1.
38 Quippe infideles, chriſtianis
Principibus ſubjecti ſunt, & bel-
lis poſſunt laceſſiri, & dominio,
ac juriſdictione rerum, & Pro-
vinciarum privatim, & publicè
ſpoliari, quam ſententiam in
omnibus infidelibus procedere
atteſtatur, vir venturis ævis cla-
riſſimus, ſummâque, & omni-
39 genâ eruditione refertus Solor-
zanus *de Jure Indiar. lib. 2. cap. 10*
num. 2. Quia ii poſt adventum
40 Chriſti, nil proprii habere, nec
poſſidere poſſunt, quod probat
authoritate Hoſtienſis, Panor-
mitani, Butrii, Baldi, Divi An-
tonini, & Oldradi. Quadecauſa
Doctores aſſerunt, infideles bel-
lo infeſtari poſſe, ac rerum ſua-
rum, Provinciarumque domi-
nio, ac juriſdictione privari, præ-
41 cipuè ſi Summi Pontificis ac-
cedat authoritas, ut affirmant
Lyra. *Numer. cap. 31.* Maſtril-
lus. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 9. num.*
10. Innocentius. in *cap. Quod ſu-*
per. de Voto. num. 4. & 9. Paramus.
de Origin. inquiſitionis. lib. 3. quæſt.
1. opinion. 4. num. 144. Bartolus in
Extravagant. ad Reprimendum.
Simancas. *de Catholic. inſtitut. tit.*
35. *num. 10. & 11. & in Encheri-*
dium tit. 15. num. 2. Zabarell. in
Clementin. 1. de Teſtibus. num. 6.
Roxas *de Hæreticis. part. 1. num.*
557. *& ſingul. 311. num. 1.* Gloſſa.
in *Extravagant. Si fructum. de*
Sede vacant. Belluga. in *Specul.*
Principum. Rubric. 39. §. Noviſ-
ſimè. num. 1. Ancharan. *conſil. 2.*
Holchot. in *Sapient. lection. 65.*
Calderinus. *conſil. 2. tit. de Judæis.*
Turrecremat. *lib. 2. de Poteſtat.*
Eccleſiæ. cap. 114. Sylveſter. *Sum.*
verbo. Judæus. num. 4. verbo. Infi-
delitas. quæſt. 8. & 9. & verbo Pa-
pa. quæſt. 7. Abulenſis in *lib. Nu-*
mer. quæſt. 6. Armilla. *Summ. ver-*
bo. Infidelitas. Cajetanus 2. 2. *ar-*
ticul. 8. & 9. Tabien. *verbo. Inqui-*
ſitor. num. 32. & 33. Major. in 2.
ſentent. diſt. 44. quæſt. 3. Locatus.
in *Judicial. inquiſit. verbo. Invoca-*
re. num. 2. Palacius. *de Plan. Ec-*
cleſ. lib. 1. articul. 37. col. 5. Mar-
guar. in *tractat. de Judæis, & infi-*
delibus. part. 1. cap. 14. Lignan. *de*
Bello. cap. 9. Albertin. in *Rubric.*
de Hæreticis. quæſt. 8.
Quibus inſpectis rationibus 42
Molina. *de Juſtit. & jur. tom. 3. de*
Delictis. diſputat. 693. Docuit, nõ
ſolùm poſſe captivos Chriſtia-
nos, facere hancce compenſatio-
nem, durante bello cum Tur-
cis; ſed extendit, ut liceat ipſis
captivis, quoque tempore pacis,
ac treguæ inter utrâque Rem-
publicam. Cujus profectò opi-
nionis rationem, arbitratur pa-
cem, treguamque invaſionem
impedire, & nè unius Reipu-
blicæ ſubditi, alterius Reipu-
bli-

Digitized by Google

blicæ ſubjectis damnum, nec
moleſtiam inferant: ſecus verò
injuſtos captivos in una Repu-
blica exiſtentes ad aliam fugere
poſſe vetat, ſecum ducendo ju-
ſtam ſuorum laborum merce-
dem, ac injuriarū, æqualem com-
penſationem. Eiſque permittit
idem Molina poſſe auferre ne-
ceſſarium ad ſe ſubtrahendum
ab injuſta ſervitute, & iter fa-
ciendum, donec revertantur ad
ſuos.

43 Hoc ipſum docuiſſe apparet
tom. 1. tractat. 2. diſputat. 37. num. 1.
Ipſe Molina, cujus etiam loci
meminit Diana. *Oper. moral. tom.
8. tract. 7. reſolut. 38.* §. 3. Voluit
ſanè Molina, quod cùm bellum
adversùs Turcas, & Mauros ex
parte Chriſtianorum fit juſtum,
& ex eorum parte adversùs nos
injuſtum quidèm dicatur, ut li-
ceat iis, qui apud eos detinen-
tur captivi in injuriarum com-
penſationem, & acceptorum
damnorum, necnon quæ illis
exhibuerunt obſequiorum, quo-
niam cum illis bellum eſt no-
ſtris, ſubripere, non ſolùm ab eis,
à quibus injuriis affecti fuère...,
44 damnorum, & injuriarum com-
petentem, ac congruam com-
penſationem: ſed quoque tam
ab illis, quàm à cæteris aliis jure
belli, ac ex præſumpta volunta-
te Principum Chriſtianorum,
quæcumque voluerint capere...
Hoc enim eſt quod Molina...
docuit, quem memorat Zamó-
ran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 18.*
45 *num. 3.* Ad hujus opinionis cō-
probationem poteſt adduci, Im-
peratorum Gratiani, Valenti-
niani, & Thodoſii reſcriptum in
*l. Non ſolum 2. C. de Commerc. &
mercatorib.* Ubi licitum eſſe ſan-
civerunt ab hoſtibus furari, &
prædari, ut apertiùs dignoſcitur
ex dicta lege, ibi: *Non ſolùm bar-
baris aurum minimè præbeatur,
ſed etiam ſi apud eos inventum fue-
rit, ſubtili auferatur ingenio.* Bar-
bari, juxta Gloſſam, ibidem di-
cebantur hoſtes populi Roma- 46
ni, ut quoque elicitur ex Text.
in *l. Nihil. ff. de Captivis.* Et ſic à
Græcis Barbari vocabantur, qui 47
Græci non erant, ut fatentur
Covarruv. *Theſaur. lingu. Caſtel-
lan. verbo. Barbaro.* Calepinus,
& Lexicon *Juris in eodem verbo.*
Quapropter Thales Mileſius 48
Diis gratias referre ſolebat, quia
Grecus, nō barbarus natus eſset,
ut refert Diogenes Laërt. *lib. 1.
de Vitis Philoſophor. in Thalet. Mi-
leſ.* Et hauritur ex Arniſæo *de
Dominat. cap. 3. ſect. 5. n. 1.* Idipſum
apertè depromitur ex Euripide
in *Iphigen.* Ubi dixit, Græcis fas
eſſe imperare Barbaris, nō Bar-
baris, Græcis, ſecernens à Græ-
cis Barbaros, ideſt omnes gen-
tes, quæ Græci non erant. Sed
hodie Turcæ, ſive Mauri ſunt 49
publici Chriſtianorum hoſtes,
quod quamvis probatione non
egeat, cum ad oculum pateat,
aſſerunt Diana *Oper. moral. tom.
8. tractat. 7. Reſolut. 38.* §. 4. Zamo-
ran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 18.
num. 4. in fine.* Igitur licitum erit
ſecundùm illam Imperatorum
ſanctionem, ipſorum bona ſub-
ripere, ac auferre, ut ex eadem
lege colligunt Dian. *Oper. moral.
tom. 8. tractat. 7. Reſolut. 38.* §. 4.
Brunneman. in dicta *l. Non ſolù
in fin. C. de Commerc. & mercator.*

Quam

50 Quam opinionem Diana
probabilem retur, ac arbitratur,
dummodò actio illa ſumendi
bona Turcarum, non conjunga-
tur cum aliquo ſcandalo, vel
damno aliorum Chriſtianorum,
ſeu mendacio, conſcientiâ erro-
neâ, cum fidelitatis fractione,
ad quam ſervandam tenentur;
quoniam ſub fide Regia ibi ne-
51 gotiantur, & adſunt. Non de-
ſunt, qui hoc in caſu Chriſtianos
ſubripientes bona Turcarum
peccare aſſeverent, & neuti-
quam ad reſtitutionem teneri,
eò quia per hâce reſtitutionem
Eccleſiæ, Chriſtianitatiſque ho-
ſtibus vires præberentur, & quia
in illis caſibus præſumitur Prin-
cipum Chriſtianorum, ſi non
quoad modum, ſaltem quoad
ſubſtantiam conſenſus. Idcircò
quamquam in modo peccetur,
52 reſtitutionis obligatio nõ adeſt.
Quam equidèm opinionem cõ-
peſcit Diana ubi ſupra, quando
inter Chriſtianos, & Turcas
treguæ, vel pacis tempus adeſ-
ſet, vel alicujus ſalvi conductus,
quoniam tunc nec quoad mo-
dum, nec quoad ſubſtantiam,
Chriſtianorum Principum con-
ſenſus præſumitur. Quoties ve-
53 rò cõſenſus tacitus Principum
Chriſtianorum intelligitur, tunc
Diana, Chriſtianos vectigalia
Turcis impoſita fraudare poſſe,
ait, eâ ratione, quia ſicut Regio-
nes illæ Turcarum ad Principes
Chriſtianos ſpectant; ita & tri-
buta, quæ ratione hujuſmodi
dominii exigunt, in cujus com-
probationem ipſe Diana *tom.8.*
tract.7. Reſolut.38. §.5. Refert
Sanchez in *Opuſcul. tom.1. lib.2.*
cap.4. dub.5. num.38. Et reſpuit
Megalam. *lib.2. cap.17. quæſt.6.*
num 85. part 2.

Nonnulli fatentur quoque 54
poſſe Chriſtianum captivum,
dummodò extremè, vel gravi-
ter egeat ab omnibus infideli-
bus indiſtinctè furari, quæ ipſi
neceſſaria erunt, nè pereat. Id-
que extendunt, ut ſi init fugam,
à ſuo Domino ſubripere poſſit,
quæ ei ſunt ad iter neceſſaria: 55
donec ad ſuos perveniat, & ſi à
ſuo Domino ſubripere nequeat,
ab aliis ejuſdem Reipublicæ in-
fidelibus ſubripere poteſt, cum
velint poſſe non ſolùm fugere,
ſed etiam vi impedientes repel-
lere, & non tantùm à ſuis Do-
minis capeſſere quantùm ſuffi-
cit ad injuriæ, operæque præſti-
tæ juſtam compenſationem: ve-
rùm etiam capere quantùm poſ-
ſunt, præcipuè ſi duret bellum,
quod ex parte capientium ju-
ſtum dicatur; quoniam illo ca- 56
ſu, hoſtibus nocumentum, licet
afferre, ex præſumpta Principum
bellum juſtum gerentium, vo-
luntate, ut ex Molina tradidit
Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.*
5. dub.5. num.19. Annectens ſic
Chriſtianos à Turcis captos,
eos poſſe ſpoliare, & fugam ar-
ripere. Ipſiſſimam ferè ſenten- 57
tiam, nempe ſi adhuc duret bel-
lum, nec ſit treguæ tempus, poſ-
ſe Chriſtianos captivos, quan-
tum potuerint ſubripere, tam à
Dominis particularibus ſuis,
quàm à quibuſcumque aliis ad-
verſæ Reipublicæ infidelibus,
porrigit, ſectaturque ex Moli-
na *de Juſtit. & jur. tom.3. de Deli-*
ctis. diſput.693. Leſſius *de Juſtit.*
&

& jur. lib. 2. cap. 5. dub. 5. num. 18. Diana. *Oper. moral. tom. 5. tractat. 7. Reſolut.* 11. Fagundez. *lib. 2. de Juſtit. cap. 2. num.* 2. Machadus. *de Perfect. Confeſſar. lib. 6. part. 7. tractat. 3. document. 3. num* 2. Zamoranus. *de Compenſat diſputat. 4. cap.* 18. *num.* 4. Ubi hujus opinionis
58 rationem eſſe fatetur, præſumptam Chriſtianorum Principum voluntatem, qui cum adversùs Turcas, vel Mauros jure gerendi bellum potiantur; quorum Chriſtianorum Provincias injuſtè occupant, & tyrannicè poſſident, poſſunt profectò per ſe, vel per alios ſuis rebus eos ſpoliare.

59 Principes certè Chriſtiani, dum bellum contra infideles durat, volunt, ut eorum ſubditi, vel quique alii fideles, ut infideles damnificent, eis ſubripiendo bona, ut eorum vires flaceſcant, ac extenuentur. Doctores pro hac compenſatione reſpondentes eam compeſcunt, atque co-
60 arctant, prout facit Diana ad eos, qui à ſtipendiis militaribus, per ejuſmodi infideles in ſervitutem injuſtam redacti ſunt, quibus hoſtes ſpoliandi tantùm facultatem elargitam hariolantur; quoniam præ aliis hoc militiam, cum ſint authoritate publicâ deputati, illis tribuiſſe au-
61 gurantur. Sed horum Doctorum placitum nequaquam ſibi arridere oſtendit Zamoranus, eò quia per ipſam ſervitutem injuſtam, ſuſpenſa jam cernitur eorum militia, cujus vigore juxta illorum ſenſum, authoritate publicâ Turcarum bonis potiri poterant. Ideoque cur potius in illis, quàm in cæteris Chriſtianis captivis hanc facultatem conceſſam fuiſſe ambigit?

Nec huic limitationi adſavet 62
Text. in *l. Non ſolum*. Ubi præcipitur, non ſolùm haud barbaris aurũ præbendum eſſe; verùm ſi apud eos fuerit repertum, ſubtili auferatur ingenio. Qua ex sãctione generalitatẽ loquẽdi deprimitur, cum ibi Imperatores abſolutè loquantur, ideoque abſolutè intelligi debeant. Text. in *l. De pretio. ff. de Publician. in ter actione*. Nec limitanda eſt, ut in militibus ſtipendiariis ſolùm 63
debeat præſumi interpratativa Principum Chriſtianorum voluntas. Siquidèm haud urgentiorem rationem in militibus, quàm in aliis Chriſtianis mihi perpendi poſſe cernitur, cum infideles Chriſtianorum hoſtes communes dicantur, quam ob rationem hæc Principum Chriſtianorum præſumptiva facultas ex Doctorum ſententia extenditur ad Chriſtianos non captivos, qui aliquâ ex causâ apud infideles degũt; quoniam licèt in ſolis Chriſtianis captivis, quæſtionis thema ponatur: attamen id procedere poſſe ſuſpicor in aliis Chriſtianis, etiam non captivis. Exemplum profectò ferunt in Chriſtianis captivis, vel ratione injurioſæ ſervitutis, vel defraudati ſervitii, ſeu damni emergentis, & lucri ceſſantis, vel ob commodiorem oportunitatem, quam habent ſubripiendi ab eorum Dominis. Quamobrem poſſunt ſubripere æquivalentem compen- 64
ſationem, non indiſtinctè ab om-

omnibus infidelibus:ſed ſolum-
modò ab iis, qui tunc inferunt
damnum, vel nocumento ipſis
illato operantur. Et quamvis
65 hanc ob rem, quidam compen-
ſationem facere poſſe arbitran-
tur; tamen major ratio com-
penſandi capeſſitur, ratione bel-
li juſti ex Chriſtianorum parte,
& propter tacitum Chriſtiano-
rum Principum conſenſum de-
ſiderantium, ut eorum hoſtium
vires, qua arte, vel induſtriâ fie-
ri poſſit extenuentur, quæ ratio
tam militat in militibus, & in
captivis, quàm in cæteris aliis
Chriſtianis, qui captivi non
ſunt.

66. Opinionem aſſerẽtium com-
penſationem fieri poſſe à Chri-
ſtianis non captivis, hoc modo
temperat Molina *de Juſtit. & jur. tom.3. de Delict. diſputat.693.*
Nimirum, Chriſtianis non cap-
tivis aliquid ſubripientibus ab
infidelibus jure belli, apud quos
aliqua ex cauſa morantur, lice-
re id facere, intelligi debet,
dummodò non furentur treguę
67 tempore, ſive apud infideles
ſub ſalvo conductu, ex pacto
commorentur V.G peregrinã-
tes Hieroſolymam petentes de
infidelium conſenſu per Regio-
nes, quæ quondàm Chriſtiano-
rum fuêre tranſeuntes, quæ ho-
die injuſtè ab ipſis poſſidentur.
Vel loquatur de iis, qui captivo-
rum redemptioni operam na-
vant, vel de illis, qui ratione ne-
gotiationis, vel commercii, vel
ſalvi conductus cum infidelibus
68 negotiantur. Quibus in caſibus
nequaquam licere quidpiam in-
fidelibus jure belli, necnon viâ
compenſationis clam ſubripere
arbitratur Molina, excipiens
caſum, quo ipſorum infidelium
aliquis, qui injuſtè Chriſtiani
rem retineret, ſive aliquam ei
inferret injuriam; ſiquidèm tũc
Chriſtianus ille poteſt juſtè in
compenſationẽ, ſine ſcandalo, &
clam ſubripere. Aliter dicen-
dum foret, quoties Chriſtiani
non captivi ratione pacti, vel
ſalvi conductus inter Turcas,
vel Mauros, alioſve chriſtiani
nominis inimicos morarentur,
ementito habitu, ne agnoſcan-
tur, quia ſunt Turcæ ſubditi,
permiſſo eis chriſtianæ Religio-
nis cultu, prout contingere re-
fert Zamoranus in pluribus im-
perii Turcarum Urbibus per in-
juſtam vim de manu Chriſtia- 69
norum Principum ereptis. His
enim captivis cum haud apud
Turcas degant ſub ſalvo condu-
ctu, aut pacto, ex tacita Princi-
pum voluntate, licitum eſſe fa-
cere compenſationem ab infi-
delibus ſecretò, & abſque ſcan-
dalo ſubripiendo fatetur. Hinc 70
adnotat Zamoranus, quod licet
Chriſtiani, qui captivi nõ ſunt,
& tempore treguæ, pacti, vel ſal-
vi conductus apud infideles cõ-
morantur, ab illis aliquid furari
non poſſint: attamen uno in ca-
ſu aliquid ab his, privati alicujus
damni eis tunc illati injuſtam,
ac debitam compenſationem,
illi licere ſubripere retur Zamo-
ranus, exemplificans id in Hie-
roſolymam petentibus, vel in
pretio, quod eis Chriſtianus exi-
buit in redemptionem alterius
ob injuſtam ipſius captivitatẽ,
vel ſi aliam ab eo recepiſſet in-
ju-

juriam, quæ debitam compenſationem optaret. Quo in caſu tam Molina dicta *diſputat.*693. *concl.*4. Quàm Zamoranus indebitam, juſtamque compenſationem ab illo infideli, fas eſſe ſubripere aſſeverant, eâ de cauſa, quoniam compenſatio hæc, ex natura rei dicitur juſta. Præ-
72 ſertim cum in pacto, ac tregua tantummodò contineatur, ac ſubintelligi debeat, ut nullus de numero eorum, qui in unaquaque earum Rerumpublicarum ſunt, moleſtiam afferant alteri Reipublicæ: ſecus verò, ut qui damnum injuſtè patitur clam ſe compenſare poſſit; in qua quidèm compenſatione, neque juſtitia, neque peccatum adver-
73 sùs charitatem intervenire; ſed ad ſummum fidei datæ violatio, quam nuſquam magis Chriſtianus ſervare tenetur in illo caſu, ſi fortaſſis abſque juramento pollicitus fuit: quàm tenetur ille, qui uſuras ſine juramento promiſit, vel graſſatori centum aureos dare, nè ipſum injuſtè necaret, teſte eodem Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4. *cap.*18. *num.* 8. *in fine.*

74 Cæteri ex quo ſervo liceat ad ſuos fugere, licere etiam clam à Domino furari ea, quæ ſibi ſunt ad fugam arripiendam neceſſaria argumentantur, ſcilicet alimenta, veſtitum, & cætera huic vitæ neceſſaria ſubſidia, donec ad ſuos revertatur, ut docuit Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.*5. *dub.*5 *num.*18. Et relativè Azor. *Inſtitut. moral. part.*2. *lib.*2: *cap.*34 *quæſt.*7. Eò quia non am-
75 bigitur, ut ſi adversùs leges, & jura ſervus fuerit à Domino injuriâ, vel damno aliquo affectus, poſſe clam aliquid rapere, quo damnum acceptum reſarciat, vel injuriam ſibi illatam compenſet, cum apud hoſtes 76
exiſtens, non liceat eì Magiſtratum adire, nec Judicem petere, cujus authoritate fiat injuriæ, vel accepti damni compenſatio. Hoc porrigit idem 77
Azorius ad caſum, quo quis juſto ſanè bello ab hoſte capiatur. Quippe tunc, eò quia ſit in ſervitute injuſtè detentus, poteſt damna ſibi illata, operas, atque obſequia, quæ exhibere abſque mercede debita compulſus eſt, compenſare. Siquidèm quo- 78
ties, quis Judicis officium implorare non poſſit, quit authoritate privatâ, rem ſuam recuperare, nempe utendo juſtâ compenſatione, ut docent Bartolus in *l. Hoſtes. ff. de Captivis, & poſtlimin. reverſ.* Innocentius. in *cap. Olim. de Reſtitut. ſpoliator.* Panormitanus in *cap.* 1. & 2. *Qualiter. de Judic.* Relati ab Azorio loco ſupra citato.

Aſt his omnibus parum, aut 79
nihil refragantibus, contraria opinio prout tutior, longè mihi magis arridet. Nimirum fas non eſſe ſervo, vel captivo in compenſationem ſervitutis aliquid à Domino ſubripere. Nec per hoc contrariam ſententiam improbare audeo, cum eam tot Doctores, quos *num.*14. retuli inſequantur; ſed mihi ut verum confitear hanc negativam, ac tutiorem ſectandam libet, cui quoque adhæreſcit Azor. *Inſtitut. moral. part.*2. *lib.*2. *cap.*34. *quæſt* 7. *ver-*

7.*verſicul*.*Dicendum exiſtimo*. Hu-
80 jus profectò ſentētiæ fulcimen ac ratio eſt, quia quoties agitur de compenſatione facienda, tam in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, ſemper debet ſupponi creditum, & debitum ad invicem ex utraque parte compenſantium, cum compenſatio à Juriſconſulto Modeſtino in *l.1.ff. de Compenſat.* Diffiniatur, quod ſit debiti, & crediti inter ſe contributio, cui definitioni conſonat, atque aſpirat Imperatoris Alexandri Severi ſanctio in *l.Si conſtat* 4. *C.de Compenſat.* Ac re-
81 ſcriptum Imperatoris Juſtiniani in *§.In bonæ fidei*. *Inſtitut.de Actionib.* Itaut abſurdum eſſet de compēſatione hæſitare, quoties non adſunt debitores, & creditores ad invicem. Et in foro conſcientiæ, quando creditum, quod habemus contra debitorem noſtrum, non eſt liquidum, indubitatum, ac moraliter certum, taliter ut debitor in con-
82 ſcientia nobis ſolvere teneatur, compenſatio occulta fieri non poteſt, ut atteſtantur Filguera in *Summ.tractat.29.cap.1.articul.3.in fin.* Fagundez.in *Decalog.7.præcept.cap.30.num.2.* Mendus. *Epitom.opinion.moral. verbo.Compenſatio.num.1.* Azor *Inſtitut.moral.part.3.lib.5.cap.15. verſic.Deinde.* Molina *de Juſtit.& jur.tom.1. tractat.2. diſput.691. verſicul.1.* Rodriguez. in *Summ. part.2.cap.49.num.1.& cap.147.num.2. concluſ.1.ad fin.* Caſtropal. *Oper.moral.tractat.22.diſput.1.punct.16.§.3.num.6.* Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.16.ſect.5.num.87.* Vazquez. *de Reſtitut.cap.3.§.1.dub.8.num.*
40. Sotus. *de Juſtit. & jur. lib.5. quæſt.3 art 3.* Zamoran. *de Compenſat.diſput.2.cap.2.num.2.* Guzman. *Veritat. juris. veritat.16. num.17.* Trullench.in *7.præcept. Decalog.lib.7 cap.5.dub.4. num.4.* Sed in noſtra facti ſpecie, Do- 83
minus infidelis nihil debet ſervo captivo, ratione ſervitutis; licèt injuſtæ, cum de aliqua mercede ei ſolvenda pactus non fuerit: igitur cum deficiat debitum, & creditum, quæ ad compenſationem faciendam peroptantur, captivus iſte compenſationē facere non poteſt. Et quāquāſervus jure fugiēdi potiatur, 84
non verò furandi, nec rapiendi, quam ob cauſam, nec etiam ſervo licet, ut fugiat, Dominum occidere, nec non Domino vim aut injuriam inferre; quoniam non ſunt facienda mala, ut eve- 85
niant bona, ut præcipitur in *cap. Ex tuarum. de Sortileg. cap. Super eo. de Injur.* Quo reſpexiſſe elicitur Senec. *lib.6. de Benefic.* Ubi dixit: *Nequitia eſt, ut extra has emergere, evertere, ut ſuſcites, & emitas includere*. Imo mala 86
omnia priùs pati debent, quàm malo aſſentiri *cap.Sacris.de His quæ vi, vel metus cauſa fiunt*. Et extollit Anſaldus *de Juriſdiction. part.2.tit.10.cap.7. num.4.* Unde ſicut jure fugere nequit, cum aliter illi fuga non pateat: niſi per interfectionem domini: ejuſmodi etiam jure fugiendi caret, cum aliter fugere non poſſit: niſi aliquid domino turetur, cum nec etiam jus civile 87
admittat, ut qui in alterius eſt poteſtate, furtum illi faciat, ut ex Text. in *l.Rem quæ 15. ff.de* Ac-

Acquirend. poſſeſſ. Fatetur Hiſ-
88 panus noſter, vir doctiſſimus
equè, ac eruditiſſimus Don Ra-
phael de Viloſa Regiæ Came-
ræ Summariæ Regni Neapolis
Locumtenens in ſuo erudito
tractatu *de Servis fugitivis. cap.*
5. *num.* 15. Fuga ſolummodò ju-
89 re permittitur: ſecus verò fur-
tum, aut rapina. Si verò fuge-
rit, & deinde inter fugiendum
nihil habeat, quo ſe ſuſtentare
queat; tunc ei licebit ex iis lo-
cis, per quæ fugiendo tranſive-
rit, id ſibi ſubripere, quod eſt ad
vitam ſimpliciter neceſſarium;
quoniam tunc idem eſſet, ac ſi
90 ad extremam eſſet] egeſtatem
redactus, cum neceſſitatis tem-
pore omnia ſint communia
cap. ſicut hi 47. *diſtinction.*
91 Et in terminis noſtræ quæ-
ſtionis ex Filliucio, Azorio, &
aliis refert Zamoranus *de Com-
penſat. diſputat.* 4. *cap.* 18. *num.* 4.
Non licere Chriſtiano captivo,
authoritate privatâ infidelem
ſpoliare, quia quamquam infi-
deles ſint; attamen juſtè tunc
poſſident res ſuas mobiles, ut
tradidit Divus Thomas. 2. 2.
quæſt. 66. *articul.* 8. *ad* 2. Subne-
92 ctens Zamoranus idem, nec
etiam ratione compenſationis
licitum eſſe Chriſtiano captivo
ſubripere à ſuis Dominis quan-
tùm potuerit, eâ ratione, quia cõ-
penſatio ad hoc, ut ſit juſta debi-
ti quãtitatẽ nõ debet excedere.
Et in caſu Turcarum, ſeu Mau-
rorum pro hâc noſtrâ opinione
reſpondit Azorius *Inſtitut. mo-
ral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 34. *quæſt.* 7. *ad*
93 *fin.* Ubi Chriſtiano ſervo, Tur-
cis, ſeu Sarracenis, vel aliis

Chriſtiani nominis hoſtibus,
quippiam furari, aut authori-
tate privatâ ſubripere, ipſis in-
vitis, vel inſciis, non licere ar-
bitratur: niſi quod eſt ſolummo-
dò ad fugam neceſſarium. Hu-
jus prohibitionis ratio eſt, quia 94
furtum, ſeu rapina, eſt per ſe
mala, nec propterea furtum
deſinit eſſe malum; quoniam
Turcæ, vel Sarraceno, ſeu ho-
ſti fureris, ut docet Azorius lo-
co ſupra citato. Unde Decalo- 95
logi ſeptimum præceptum: *Non
furtum facies*, locũ habere cerni-
tur mihi quoque in Chriſtianis
ſubripiẽtibus res ab infidelibus
ex tacita Principum Chriſtiano
rum voluntate: quamvis præ-
ceptum in eis locum haudqua-
quam habere fateantur Alber-
tinus in *Rubric. de Hæreticis in* 6.
quæſt. 8. *num.* 4. Diana. *Oper. mo-
ral. tom.* 8. *tractat.* 7. *Reſolut.* 38.
§. 4. Et licèt Turcæ, vel Mauri 96
Chriſtianorum terras iniquè
poſſideant, & adversùs nos bel-
lum injuſtum gerant: attamen
abnegari non poteſt aliqua bo-
na ab ipſis juſtè poſſideri. Ex
quibus bonis ſi aliquid ſubripia- 97
mus furtum committimus Di-
vus Thomas 2. 2. *quæſt.* 66. *arti-
cul.* 8. *ad* 2. Relatus à Covarruv.
in *cap. Peccatum. de Regul. juris
in* 6. *part* 2. §. 10. *num.* 1. Azorio
Inſtitut. moral. part. 2. *lib.* 2. *cap.* 34.
quæſt. 7. *verſicul. Dicendum. lit. B.*
Zamorano *de Compenſat. diſpu-
tat.* 4. *cap.* 18. *num.* 4. Divus enim 98
Thomas ſcripſit hujuſmodi:
*In tantùm aliqui infideles, res ſuas
injuſtè poſſident, in quantùm eas,
ſecundùm leges terrenorum Prin-
cipum amittere jus ſunt: & ideo*

ab eis poſſunt per violentiam ſub-
trahi, non privata authoritate, ſed
publica. Ex quibus Divi Tho-
mæ verbis dignoſcitur,non poſ-
ſe ſervum Chriſtianum facere
compenſationem, privatâ au-
thoritate,aliquid ab infideli do-
mino ſubripiendo. Hoc aper-
99 tiùs exponit Cajetanus ad Di-
vum Thomam ubi ſupra, do-
cens fas non eſſe alicui Chri-
ſtiano, authoritate privatâ ſub-
ripere, vel furari Turcis, vel
Sarracenis, ſecus verò publicâ
authoritate, ſcilicet jure belli,
100 quod quilibet Chriſtianus
Princeps habens authoritatem
indicendi bellum, ut ſuam
Rempublicam defendat,poteſt
illis inferre. Ex quo Azor. loco
ſuperius relato infert, nequa-
quam licere ſervis Chriſtianis
de hujuſmodi bonis clam ali-
quid ſubripere, ut fugiant, ad-
101 dens, quod ſi Chriſtianus ſer-
vus redierit, & ex bonis Tur-
carum, vel Maurorum aliquid
fuerit furatus, illud reſtituere
debet, ſi id commodè facere
poſſit, vel in uſus pios impen-
102 dere debet. Quippe alienum
nemo ullo jure retinere poteſt,
& cum Domino illud commo-
dè reddere nequeat, vel quia
ignotus eſt, & incertus,vel quia
ita longè abeſt, ut ad eum res
ſua mitti tutó non poſſit,in pau-
peres erogari debet, non tam,
quia id in rem, & commo-
dum Domini ſit, quàm quod
Reipublicæ authoritate conſti-
tutum eſt, ut res aliena, quæ
Domino reſtitui non poteſt, in
uſus pauperum impendatur, ut
refert Azor. *Inſtitut. moral. part*
2. lib. 2. quæſt. 7. cap. 34. verſic Sed
quid faciendum. Et docet noſter
doctiſſimus ac magiſtralis An-
tonius Gomez. *Var. Reſol. tom. 3.*
cap. 5. num. 2. Vel ut arbitratur
Zamoranus. *de Compenſat. diſ-*
put. 4. cap. 18. num. 4. in fin. Illud
debet reſtituere operibus piis,
vel ſaltem Regi, aut Reipubli-
cæ, quæ adversùs hoſce infide-
les bellum juſtum gerit. Ex
quibus omnibus clariſſimè pa-
tet, non licere ſervo Chriſtia-
no facere compenſationem
ſubripiendo, propriâ authori-
tate, aliquid à Domino ſuo in-
fideli.

Non obſtant ea omnia,quę 103
pro adversâ opinione perpen-
dimus, præſertim id, quod in-
fideles injuſtè poſſideant, &
quod eis juſtè à Chriſtianis bel-
lum inferri poſſit. Nam reſpon-
detur ſummoperè controverti
à Doctoribus: an licitè à Chri-
ſtianis bellum infidelibus infe-
ratur, quam opinionem pro-
blematicè expenditur ab eru-
ditiſſimo Solorzano *lib. 2. de Jure*
indiar. lib. 2. cap. 10. & 11. Co-
varruv. in *cap. Peccatum. de Regul.*
juris in 6. §. 10. num. 1. Ubi Chri-
ſtianis licere inferre bellum 104
infidelibus diffitetur, & ſolùm
quatuor in caſibus licitum eſſe
refert. Primò quando infideles
Provincias Chriſtianorum in-
juſtè poſſident, quæ olim ad
Principum Chriſtianorum ju-
riſdictionem attinebât. Siqui- 105
dèm ad auferendas Provincias
iſtas juſtiſſimè Chriſtiani ad-
versùs eos bellum gerere poſ-
ſint. Secundò bellum licitum 106
eſt

eſt contra infideles, quando
infideles Chriſtianos offendūt,
eoſque perſequuntur. Nam tūc
licèt eos impetere bello defen-
ſivo, & vindicativo ad ſatisfa-
ctionem, & vindictam injuria-
107 rum, Tertiò, quando infide-
lis ſubditus alicui Principi ejus
Imperio, & legibus obtempe-
rare renuit. Quippe in eo caſu
poterit Chriſtianus Princeps
eum bello perſequi. Quartò, li-
108 citum eſt bellum contra infi-
deles, quando hi fidem, blaſphe-
miis, praviſque ſuaſionibus fœ-
dant, ac maculant, liberamque
legis Evangelicæ prædicatio-
nem impediunt. Extra hos ca-
ſus non licet inferre bellum in-
fidelibus, juxta Covarruviam
loco citato.

109 Cauſa ob quam Principes
Chriſtiani poſſent indicere bel-
lum adversùs infideles eſſet in-
fidelitatis cauſa; ſed infidelitas
non privat infideles dominio,
quod habent jure humano, vel
habuerunt ante legem Evan-
110 gelii in Provinciis, quæ obti-
nent, nec peccatum mortale
cauſam privationis præbere aſ-
ſeverant Solorzan. *de Jure In-
diar. cap.* 10. *lid.* 2. *num.* 63. Covar-
ruv. in *cap. Peccatum.* §. 10. *n.* 2.

111 Hujuſce rei præclarum teſti-
monium habetur in *cap.* 2. Da-
niel. Ubi Nabuchodonoſor Rex
erat non ſolùm pravus, ſed in
peccato mortali conſtitutus, &
Idolatra, & nihilominus domi-
nium habuit ſuper gentes, &
Regna, unde à Daniele dici-
tur: *Tu es Rex Regum, & Deus
Cœli dedit tibi Regnum*, ut ex
Divo. Thoma annotat Covar-
ruvias cum pluribus Sacræ Scri-
pturæ locis, qui ad propoſitum
affert Solorzanus ubi ſupra, qui-
bus oſtenditur vera dominia,
& Principatus in peccatori- 112
bus, & infidelibus reperiri. Li-
cèt me non lateat antiquitùs 113
quoſdam exiſtimaſſe gratiam,
& charitatem eſſe fundamen-
tum dominii, & juriſdictionis,
& poteſtatis, atque adeò ſolos
juſtos exiſtentes in gratia, ſuo-
rum bonorum dominos eſſe, eâ
verò per mortiferum amiſsâ
peccatum, omne dominium,
omnemque poteſtatem amit- 114
ti, quam opinionem ſectaban-
tur quidam Hæretici, qui ſe
Apoſtolicos nūcupabant, teſte
Divo Bernardo *ſermone* 66. *in
Cantic.* Quos Valdenſes, ſeu pau-
peres de Lugduno appellitatos
fuiſſe narrat Solorzanus *tom.* 1.
de Jure Indiar. lib. 2. *cap.* 10. *num.*
55. Sic dicti fuêre à Valdenſi 115
Lugdunenſi Cive. De quibus
hæreticis Æneas Sylvius *de Orig.
Boëmorum cap.* 33. *&* 35. Eandem
opinionem amplexati fuerunt
Wiclef, & Joannes Hus, & Ar-
machanus, quamquam Catho-
licus. *lib.* 10. *q. Armen. cap.* 2. *&* 3.
Quam opinionem damnavit 116
Concilium Conſtantiæ *ſeſſ.* 8. *&
ſeſſ.* 15. Et inter plures alias hæ-
reſes annumeratur. Ideoque
multis rationibus, & argumen-
tis convincitur à Scriptoribus
Catholicis, & enitet ex Divo
Hieronymo *Epiſtol. ad Titum.*
Divo Thoma 1. 2. *quæſt.* 98. *art.* 4.
Divo Bernardo. *Sermon.* 66. *in
Cantic.* Iren. *lib.* 4. *adversùs Hæ-
reſes cap.* 70 Suarez. *de Defenſion.
fidei. lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 3. Major. 1.
ſen-

*ſentent.diſtinct.*42. Ledeſma 2.4. *quæſt.*18.*artic.*1. *dub.*9. Almain. in 4.*diſtinction.*15.*quæſt.*2.*column.* 10. Waldenſ. *lib.*2. *Doctrin. fid. cap.*81. Caſtro. *Adversùs Hæreſes. verbo Poteſtas.* Soto. *de Juſtit.& jur.lib.*4.*quæſt.*1. & 2. Bañez.in *Præamb.ad tractat.de Domiu.quæſt.*1.*in fin.*Navarra.*de Reſtitut.lib.*3.*cap.*1.Bellarmino *tom.* 1.*controverſ.*8.*lib.* 3. Gerſonio. *de vit.ſpiritual.lection.*3.Tertulliano. in *Apologia. cap.*32.

117 Unde ex ſupra relatis uberrimè apparet infidelitatem cauſam privationis dominii non eſſe. Quippe dominia rerum, atque Provinciarum omnium, naturali, & communi omnium gentium jure, primis eorum poſſeſſoribus competere abſque ulla diſtinctione fidelium,& infidelium elicitur ex Text.in *l.*1. *§.Jus naturale.l.Ex hoc jure.* ff. *de Juſtit.& jur. cap.Jus naturale diſtinction.*1.Cum cæteris congeſtis à Solorzano *lib.*2. *de Jure Indiar. cap.*6. *num.*52. & *cap.*10. *num.*48. & *num.*57. Ubi refert

118 quoſdam Authores dicentes ab opinione Hoſtienſis, ac ſequacium, infidelibus dominiū, & juriſdictionem ſuarum Provinciarum,quam omnium gentium communi jure, & ante Evangelicam legem nacti ſunt, abnegantium, cavendum eſſe, cum etiam infideles verè poſſi-

119 deant. ut hauritur ex Jeremia ibi: *Ego Dominus dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſori Regis Babylonis ſervi mei, inſuper, & beſtias aggredi ei, ut ſerviant illi, & ſerviant ei omnes gentes.*Cum pluribus ſacræ paginæ locis congeſtis à Solorzano. *lib.*2.*de Jure Indiar. cap.*10. *num.* 63. 64. 65. 66.67.68. & *cap.*11. *num.*40. Covarruv.in *cap.Peccatum. de Regulis juris in* 6. *part.*2. §.10.*num.*2. Aſt quod attinet 120 ad diſputationem illam: an Principes Chriſtiani, infideles bello perſequi poſſint: nec nè, inſtituti noſtri non eſt ſolvere; ſed hac de re conſule Covarruviam, & Solorzanum locis ſupra relatis,ubi ambo hanc quęſtionem problematicè examinant cum omnibus ab illis cumulatis.

Non obnititur nobis exem- 121
plum Hebræorum, vaſa aurea ab Ægyptiis ſubripientium. Siquidèm huic obici ſatis itur, aſſerēdo Judæos à peccati,& in juſtitiæ labe haudquaquam defendi; propter eà quia Ægyptii infideles eſſent, ſed quòd expreſſum Dei mandatum præceſſit, qui id facere præcipie- 122
bat,ut apparet ex Exod *cap.*13. *verſicul.*21. ibi: *Daboquè gratiam populo huic coram Ægyptiis: & cum egrediemini non exibitis vacui: ſed poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, ac veſtes: ponetiſque eas ſuper filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.*Cujus au- 123
thoritas ubi intervenit omne vitium eluit, & omne crimen extergit, maximè quia pręceptum illud,eò magis rationi conſonum cerneretur; quoniam Ægyptii Hebræos per tot an- 124
nos durifsimâ ſervitute compreſſerant, cujus vindicta majori ſanè compenſatione digna videri potuit, ut ex celeberrimo

Abulenſe do-

doctiſsimo, ac eruditiſsimo ſa-
crarum literarum expoſitore,
mirando, qui uerè Hiſpaniæ
noſtræ eſt ornamentum ſy-
duſque ſplendeſcens in *Quæ-
ſtion. ſuper. Exod. cap.* 3. &
12. Irenæo. *lib.* 4. *cap.* 49.
ibique Tevarden. in *adnotat.*
Allegans Divum Auguſtinum,
Theodoretũ, & Alcimiũ Vien-
nenſem: obſervat, & annotat So-
lorzanus *lib.2. de Jure Indiar. cap.*
125 11. *n.* 44. Quapropter inferen-
dum eſt, quod ſi infidelitas non
eſt cauſa amittendi rerum ſua-
rum dominium; & adeò con-
trovertatur, an publicâ autho-
ritate res infidelium ſubripere
poſſimus, ſequitur inferendum
Chriſtiano captivo, vel alio cui-
vis Chriſtiano, etiam non cap-
126 ptivo, non licere ſubripere res
infidelium; nec ratione ſervitu-
tis injuſtæ aliquid in compenſa-
tionem capeſſere, ut docet A-
zor. *Inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.*
34. *quæſt.* 7. *verſic. Dicendum.* Quo-
127 niam ſeptimum præceptum
Decalogi univerſaliter furari
vetat, ideoque furantes ab infi-
delibus ſub eo comprehendi
exiſtimo. Quippe furtũ ex ejus
natura eſt malum, nec deſinit
eſſe malum; quoniam Turcis,
vel Mauris, ſeu hoſti fureris, ut
docet Azorius ubi ſupra. Et in
128 materia compenſationis vul-
gatum eſt, ut nullo modo poſ-
ſit admitti; niſi adſit debitum,
& creditum ad invicem ex utra-
que parte argument. Text. in *l.* 1
ff. de Compenſat. Text. in *l. Si con-
ſtat. C. eodem titulo.* Text. in *§.
Bonæ fidei. Inſtitut. de actionibus.*
129 Sed in noſtro themate Chri-
ſtianus captivus, vel ſervus nul-
lum creditum habet adversùs
Dominum infidelem. Ergo a-
pertiſſimè cõſtat, adversùs eum
compenſationem facere non
poſſe ei aliquid ſubripiendo. Et
quamvis concederetur res infi-
delium publicâ authoritate ſub-
ripi poſſe, illa ratio non milita-
ret in particulariter compẽſan-
tibus, quia compenſatio dari
non poteſt, niſi inter eoſdem-
met creditores, & debitores; 130
nec de debito alterius fieri po-
teſt. Igitur cum ſervo captivo
nihil ab infideli domino debea-
tur, nihil in ſervitutis compen-
ſationem ab eo ſubripere poteſt,
ut firmavit Azor. *Inſtitut. moral.
part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 34. *quæſt.* 7. *verſic.
Dicendum.* Et apparet ex ratio-
nibus, quas luculenter adduxi
à *num.* 2. uſque ad *num.* 12.

SUMMARIUM

1 *Reſtitutio indebiti quando in foro fori conceditur, in foro poli datur locus occultæ compenſationi.*

2 *Repetitio indebiti, quando in foro fori denegatur?*

3 *Judicis ſententia quoties res ipſa inuſta eſſet, tunc condemnatus occultè compenſare poteſt.*

4 *Condemnatus actione depoſiti, quod non ſua culpa amiſit, idque probare nõ potuit, occultam compenſationem facere poteſt.*

5 *Occulta compenſatio an detur propter extorta vi, aut metu ſive gravi, ſive levi?*

6 *Contractus, & diſtractus, metu etiam levi extorti in foro con-*

ſcien-

ſcientia reſcinduntur.

7 *Et quid de metu reverentiali?*

8 *Metus levis in foro interno ſufficit ad reſcindendum contractū.*

9 *Filius, cui pater nolit hæreditatem reſtituere, poteſt adversùs eum facere occultam compenſationem.*

10 *Reverentiali metu geſta in foro conſcientiæ reſcinduntur, & qui ex tali contractu aliquid recepit ad reſtitutionem tenetur.*

11 *Metus reverentialis, quamvis non ſit gravis, attamen eſt injurioſus, & eſt cauſa ſufficiens ad faciendam occultam compenſationem.*

Utrùm detur locus occultæ compenſationi propter ſolutum Indebitum?

QUÆSTIO XVIII.

1 Tamquam certum ſupponendum eſt, quod quando in foro fori conceditur jus repetitionis, quod per errorem, tamquam debitum, cum revera debitum non ſit, eſt ſolutum, tunc in foro poli quoque datur locus occultæ compenſationi, ſi aliâ viâ id, quod indebitè ſolvit recuperare nequeat, ut dixit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 11. §. 2. *num.* 11. Nam is, cui in debitum fuit ſolutum in foro conſcientæ debet reſtituere id, quod ſic fuit ſolutum. Unde cū hoc ex juſtitia debeatur rectè poteſt fieri compenſatio juxta tradita à Vazquez. *Opuſcul. de Reſtit. cap.* 5. § 1. *dub.* 8. *num.* 40 Guzman. *Verit. jur. verit.* 16. *n.* 17 Sylveſt. *Summ. Verbo furtum. q.* 23. *num.* 17. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 2. *cap.* 2. *num.* 2 Lugo. *de Juſtit. & jur. diſp.* 16. *ſect.* 5. *n.* 87. Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap.* 49. *num.* 1. & *cap.* 147. *num.* 2. *concluſ.* 1. *ad finem.*

Major difficultas eſt, quando 2
in foro fori hujuſmodi repetitio denegatur; an tunc compenſatio occulta debeat admitti? cui reſpondetur, quod quoties liquidò conſtat ſolutum fuiſſe, indebitum per errorem, nullâ interveniente donatione, aut vigore falſæ ſententiæ, quæ aparte rei eſſet injuſta utpotè contra veritatem facti, ex falsò allegatis, & approbatis, vel ex Judicis iniquitate, tunc locum habet occulta compenſatio in foro poli, ut docent Bonifacius. *de Furt.* §. 10. *num.* 31. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 21. §. 2. *num.* 11. Quia is, qui indebitè ſolutum recepit, in foro conſciētiæ reſtituere tenetur ſolventi id, quod ab eo per errorem accepit, cum juſtum titulum retinendi non habeat.

Huic noſtræ opinioni opitu- 3
latur Salon. 2. 2. *quæſt.* 60. *artic.* 5. Ex communi Theologorum ſententia, ſcilicet, quod quoties Judicis ſententia adversùs aliquem eſſet injuſta à parte rei, aut contra facti veritatem, ſeu ex falsò allegatis, & approbatis, vel ex iniquitate judicis, tunc injuſtè condemnatus tutâ conſcientiâ occultam compenſationem facere poteſt, eò quia illa ſen-

ſententia in foro conſcientiæ non obligat, nec tutum reddit illum, pro quo fertur. Quod extendit idem Salon etiam ſi pars condemnata non appellaverit, quippe adhuc manet illæſum jus ſuum; quamvis tranſacto tempore intra quod juxtà leges poterat appellare, illi repetitio apud Judicem non concedatur. Nam hoc ſecundùm eundem Salon debet intelligi, quando eluceſcit ſententiam eſſe injuſtam à parte rei. Quippe ſi dubitetur, talis ſententia obligat in foro conſcientiæ, quia in dubio Judicem juſtè judicaſſe videtur Zamoran. *dict. diſputat.* 4. *cap.* 21. *num.* 12. *in fine*.

4 Suffragatur quoque, quod ſi quis causâ cuſtodiæ alteri tradat centum aureos, quibus, adhibitâ diligenti cuſtodiâ à fure ſpoliatus fuit ſine culpa ſua, quod cum probare non valuiſſet, per Judicis ſententiam, domino petenti reddere dictos aureos coactus fuit; quo in caſu is rectè poteſt uti occultâ cōpēſatione adversùs dominum, ut docent Cordub. *de Caſib. conſciēt. quæſt.* 75. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 21. *§.* 2. *num.* 13. Lopez. *Inſtruct. conſcient. part.* 1. *cap.* 130. Quia ille depoſitarius fuit in re innocens, & ſententia contra eum lata fundatur in falsâ præſumptione, quod non debitè cuſtodiſſet.

5 Sed an detur occulta compenſatio propter extorta vi, aut metu, ſive gravi, ſive levi? & affirmativè reſpondetur. Nam ſi damnum paſſus aliter cōmodè recuperare nequit id, in eo, quod tali metu eſt adeptus, poteſt prior dominus facere occultam compenſationem, ſicut in aliis debitis Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 2. *§.* 3. *num.* 23. *&* *num.* 24. Ubi quoque aſſerit, locum eſſe occultæ compenſationi, quando quis injuſtè vi, aut metu illato, aliquem compellit, ut ſe alium hæredem inſtituat, quem abſque illa vi, vel metu non inſtituiſſet; quia tunc mortaliter peccant contra juſtitiam commutativam, & ad reſtitutionem tenentur in utroque foro, quoad emolumentum, quo eâ ratione privant eos, ad quos defuncti bona eſſent deventura, ſi ea vis, aut metus non fuiſſet adhibitus Molina. *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſput.* 135.

Quid ſi metus eſſet levis, licèt injurioſus, an tunc admitti poſſit compenſatio? & dicendum eſt quod ſic. Nam omnes contractus, vel remiſſiones contractuum; qui appellantur diſtractus, ſi injuſtè per metum levem extorqueantur, non ſolū in foro conſcientiæ poſſunt reſcindi arbitrio metum paſſi; ſed quoque poſſe hunc facere occultam compēſationem ad adipiſcendum id, quod ab eo tali metu fuit extortū, tradūt Frāc. de Lugo. *de Motu animi voluntario quæſt.* 18. *num.* 94. *part.* 2. Zamoran. *de Compenſat. dict. diſput.* 4. *cap.* 22. *§.* 3. *num.* 26. 6

Facit Sanchez. *lib.* 4. *de Matrim diſput.* 9. *n.* 13. Ubi ait, quod licèt paternæ hæreditatis renunciatio, metu reverentiali facta, abſque minis in foro externo non reſcindatur, quia is metus non 7

non cadit in virum conſtantem;
tamen in foro conſcientiæ ſi ta-
lis renunciatio verè involunta-
riè fiat, ob reverentialem metũ;
8 pater ad renunciatæ hæredita-
tis reſtitutionem tenetur; quo-
niam levis metus in foro inter-
no ſufficit ad reſcindendum;
itaut ſi pater hæreditatem reſti-
tuere nolit, filius juramenti re-
9 laxatione petitâ, poteſt adversùs
patrem occultam compenſatio-
nem facere, quod idem San-
chez comprobat ex Lopez. *de*
Contract.lib.lib.2. cap. ultim. ad fi-
10 *nem.* Ex quo patet geſta ſolum-
modò metu reverentiali in fo-
ro conſcientiæ poſſe reſcindi, &
qui ex tali metu percepit ad re-
ſtitutionem teneri, ut ex Leſſio,
Sylveſtro, Navarro, Navarra, Sã-
chez, & de Lugo refert Zamo-
11 ran. *dicto cap.*22.*§.*3.*n.*27. Quo in
caſu datur locus occultæ cõpen-
ſationi, quoniã talis metus quã-
vis non ſit gravis, tamen eſt in-
jurioſus, & cauſa actus; ideo-
que præſtat jus ſufficiens ad fa-
ciendam occultam compenſa-
tionem.

SUMMARIUM

1 *Quæſtio proponitur in foro conſcientiæ.*

2 *Compenſatio in Depoſito juxta aliquos non habet locum.*

3 *Compenſatio adverſus depoſitum, vel deductio, vel doli exceptio opponi poteſt.*

4 *Leges humanæ, dummodò juſtæ ſint, obligant in conſcientia.*

5 *Fidelitas, ac bonæ fidei exuberantia convenit ſervari in depoſito.*

6 *Affirmativa ſententia adſeritur.*

7 *Natura comparatum eſt, ut unuſquiſque poſſit ſibi ſatisfacere, ſi aliunde creditum ſuum conſequi non poſſit.*

8 Expenditur Text. in cap. Bonâ fides. de Depoſito.

9 *Naturali ac gentium jure poteſt unuſquiſque, vim vi repellendo, quod ſuum eſt, ac ſibi debitum, privata authoritate ſubripere.*

10 *Depoſitum cur in foro fori nequeat compenſari?*

11 *Compenſatio occulta an in commodato locum ſibi vindicet.*

ARGUMENTUM.

Utrùm in Depoſito locum ſibi vindicet compenſatio?

QUÆSTIO XIX.

HAnc quæſtionem, quoad forum fori, fuſo calamo pertractavi in *quæſt.1.lib.5.tom.2.* Ubi ex unanimi Doctorum placito, in depoſito minimè cõpenſationẽ dari concluſi. Nunc videndum eſt in foro conſcientiæ: an compenſatio occulta in Depoſito locum habere poſſit? 1

Et negativè reſpondendum videtur, nempè adversùs depoſitum minimè compenſationem locum habere poſſe, quam opinionem tenent Comitol. *Reſponſ. moral. lib.3. quæſt.*39. Megal. 2

Prom-

*Promptuar.Theologic.tom.1.verbo. Creditor.num.5.*Molina. *de Juſt. & jur.tom.2.diſput.*524.Streverſdoff.*de Juſt.& jur.*in D.Thom. *quæſt.66.artic.* 8. *diſput.* 4. *num.* 4. Lublin. *Summ. verbo. Pecuuia num.*17. Suarez. *Enchyrid.Theol. moral.lib.1.§.Commodatum.verbo. in Depoſito.* Garcia. *de Contract. cap.5.num* 17. Malder. *de Juſtit. tract.4. cap.7. dub.* 5. Reginald. *tom.2.lib.2.cap.47. ſect.* 6. Rebell. *part.1.lib.2.quæſt.18.num.* 3. Mendus ex Comitolo.in *Stater.benignar.opinion.diſſert.6.quæſt.4. num. 28.in fine.*Caſtropal.*Oper. moral. tom.7.tractat.32.diſput.1.punct.* 16. *§.3.num.2.*

Cujus aſſertionis ratio, ac fundamentum eſt Text. in *cap. Bona fides.de Depoſito.* Ubi ad-
3 versùs depoſitum compenſatio excluditur ibi:*Contra depoſitum, compenſationi, vel deductioni locus non eſt.* Huic opitulatur Text. in *l. Si quis vel pecunias* 11. *C. de Depoſito.* ibi: *Nullamque compenſationem, vel deductionem, vel doli exceptionem opponat.* Rurſus ſuffragatur Text. in *l.final.C. de Compenſat.* ibi: *Excepta actione Depoſiti, ſecundum noſtram ſanctionem, in qua nec compenſationi locum eſſe diſpoſuimus.* Idem quoque jubetur in Text.in §. *In bonæ fidei.Inſtitut.de Act.*Nam ratio denegandæ compenſationis in depoſito expreſſa in dict. *cap. Bona fides.* Ideſt nè contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam revocetur:tam in foro interno, quàm externo locum, ac vim debet habere; quæ ratio cũ à Pontificio jure exprimatur, debet etiam obligare in con-

ſcientia.Præcipuè quia humanæ leges, dummodò juſtæ habent 4
vim obligandi in foro poli D. Thom.2.2.*quæſt.96.artic.*4. Sanchez.in *Decalog.lib.1.cap.1.num.*4. Navarr.in *Manual.cap.*23. *num.* 48.Suarez.*lib.3.de Legib. cap.* 21. & 22.Covarr. in *cap. Peccatum. part.2.§.5.num.3* Molina. *de Juſtit.& jur.tractat 2.diſput.*27.Rodriguez. *tom.1. Regular. quæſt.* 6. *art.*13.Quapropter in noſtra facti ſpecie videlicet,quod in Depoſito compenſationi locus non ſit,ſupponit Molina. *dict.tract.2. diſpu.* 526. Cum cæteris relatis ſupra *num.2.*

Huic enim placito favet id,quod ideò in foro fori compenſatio adversùs depoſitum 5
objici nequit; quia in Depoſitis convenit obſervare fidelitatem, ac exuberantiam bonæ fidei, quæ in Depoſitis exoptatur, nè contractus,qui ex bona fide oritur, ad perfidiam referatur; ut latè exornavi in *q.1.lib5.to.2.* Sed hæc fidelitatis ratio,quoque militat,in Depoſito,quo ad forũ cõſcientiæ, ut ex Medina.*C.de Reſtit.quæſt.3.illat.12.*Covarr. in *cap. Quamvis pactum part.1.§.4. num. 9.verſ.Item non obſtat.*Comitolo: *Reſponſ.moral.lib.3.quæſt.*39. Perpendere intendit Zamoran. *de Compenſat.diſput.11.num. 3. in fine.* Ergo ſi militat eadem ratio, eadem debet eſſe juris diſpoſitio Text. in *l. Si poſtulaverit. §.2. ff. ad Legem Juliam. de Adulter.* Text.in *l.Illud. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*Text.in *l. Quidem nummularios.ff.de Edend.*

Sed his minimè refraganti- 6
bus contraria opinio eſt tenen-

da; ſcilicet in depoſito locum dari compenſationi, quam ſententiam docent, ac ſequuntur Diana *Oper.moral. tom.6.tractat. 3.Reſolut.*157.§.2.Mendus in *Epitom.opinion.moral. verbo. Depoſitum.num.*6.Layman.*Theolog. moral.lib.3.ſect.5.tract.2. cap.9 nu.* 19. Leſſius. *de Juſtit. & jur.lib.2. cap.12.dub.*10.*num* 60.& *cap.27. dub.4.num.*16.Villalob.in *Summ. tom.2.tractat.29. differ.5. num.2. & tractat.11. differ.23. num.3.* Zamoran.*de Compenſat diſputat.* 11.*num.*4.Bizozzerius.in *Summ. part.2.memb.2.num.*13. Navarra. *de Reſtitut. lib.3. cap.1. num.*390. Arias de Meſa.*lib.2.Variar.cap.* 34.*num.*23. Trullench.in *Decalog.lib.7 cap.25.dub.1.num.11.verſic.Quarto.* Fauſt. in *Specul.confeſſ.diſput.8.quæſt.18.num.2.*Naldus in *Summ. verbo Compenſatio.num.*5. Sà in *verbo Depoſitum. num.*4. Filliuc. *tom.2. tractat.*34. *num.*18. Unde meritò Diana dicta *Reſolut.*157.§.2.*in fin.*Docet, quod in facti ignorantia poſſunt Confeſſarii abſque ullo ſcrupulo hanc opinionem in praxim deducere, cum tantos habeat patronos, & ſit validâ ratione fulcitâ. Idem voluit in principio prædicti §.2. dum dixit: *Sed quia caſus quotidianus eſt, & deſſeruit ad tollendos multos ſcrupolos, iterum doceo, & aſſero, quod in foro conſcientiæ, quoties non eſt alia ratio rei ſibi debitæ, conſequendæ, probabile eſt admitti compenſationem in depoſito.*

7 Hujus concluſionis ratio eſt, quia naturâ comparatum eſt, ut unuſquiſque poſſit ſibi ſatiſfacere, ſi aliunde creditum ſuum nanciſci non poſſit Fenech. *Flor. caſuum conſcient.tract.de Depoſit.num.*7. Leſſius.*de Juſtit. & jur. lib.2. cap.27. dub.4. num.*16. Zamoranus *de Compenſat. diſputat.*11. *num.*4. Arias de Meſa. *Variar.Reſolut. lib.2. cap.* 34.*num.* 23. Diana *Oper. moral. tom.6.tractat.3. Reſolut.*157. §.2. Cum ibi relatis. Hæc enim noſtra concluſio intelligi debet, dummodò adſint conditiones requiſitæ ad faciendam juſtam, ac licitam compenſationem, de quibus in *quæſt.*1.

Non obſtat Textus in *cap. Bona fides. de Depoſit.* Cum cæteris legibus pro contrariâ opinione adductis. Nam reſpondetur, illa jura procedere dumtaxat, ac locum habere in foro externo; ſecus verò in foro cõſcientiæ. Quippe in foro fori præſumitur aliâ viâ potuiſſe debitum ſuum aſſequi, & ſimul fidem depoſiti ſervare Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib.2.cap.12.dub.16. num.*60. Tanner. 2.2. *D.Thomæ diſput.5. quæſt.6. dub.*14. *num.*141. Navarr.*Manual.cap.17.num.*115. Zamoranus *de Compenſat.diſputat.*11.*num.*4. Diana *Oper.moral. tom.6. tractat.3. Reſolut.*153. §.4. Trullench.in *Decalog. lib.7. cap.* 35.*num.*11.*dub.*1. Quod in foro poli dici non poteſt, quo in caſu ſi debitum ſit certum, ac liquidum, ipſumque aliâ viâ recuperare nequeat, tunc rectè poteſt hujuſmodi creditor in depoſito facere occultam compenſationem, ſervatis conditionibus poſitis in *quæſt.*1. 8

Quando ſit hujuſmodi compenſatio in foro conſcientiæ, nõ ſit

fit injuria, nec injuſtitia deponenti, ſed vim vi repellendo, quoties debitum meum liquidum recuperare non poſſum, facio in depoſito occultam cõpenſationem, ſervatis dictis cõ-
9 ditionibus. Nam naturali, ac gentium jure poteſt unuſquiſque vim vi repellendo, quod ſuum eſt, ac ſibi debitum privatâ authoritate ſubripere, & vim facit rebus meis, qui injuſtè eas retinet. Nec deponens ex hac compenſatione poteſt conqueri, cum rem meam, ſeu quod mihi debet injuſtè reſtituere recuſet, nec alia via recuperandi mihi ſuperſit, quo in caſu quamvis in foro fori ejuſmodi compenſatio excludatur, tamen in foro poli rectè, ac juſtè admittitur compenſatio indirecta Lopez in *part.* 1. *Inſtruct. conſcient. cap.* 198. *verſic. Jam ſicut queſitum.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 11. *num.* 4. *in fine.*

10 Nec obſtat, eandem rationem militare in utroque foro, quoad fidelitatem, quæ exigitur in depoſito. Quippe reſpondetur, ideo in depoſito (loquẽdo in foro fori) refellitur compenſatio, quia leges eam vetantes præſumunt creditorem aliã viam habere, qua debitum ſuũ tecuperare poſſit, ut dixit Zamoranus loco citato. At in noſtro caſu quæſtio proponitur, quando creditori omninò nulla alia via ſupereſt ad debitũ ſuum conſequẽdum. Nam tũc juſtè, ac licitè depoſitum viâ compenſationis retinere poteſt. Et Text. in *cap. Bona fides*. Procedit in foro externo, ut dixit, & tradit Villalobos in *Summ. tom.* 2. *tract.* 11. *differ.* 23. *num.* 3. ibi: *Aunque dize Leſſio, que le parece ſolo en el fuero exterior, que ſe lo mandarian bolver por la preſumpzion, que ay de perfidia, ya mi me parece, que lleva eſto mucho camino, porque el que hizo compenſacion cõ el depoſito, con las condiciones neceſſarias no tiene mas de lo que debe tener, y parece, que no eſtà obligado en el fuero de la conciencia à reſtituir.*

Amplia noſtram concluſionem, ut non ſolùm procedat in depoſito; ſed etiam in commodato. Nam ſi Titius aliquam rem mihi commodaverit, & ex aliâ viâ meum debitum recuperare nequeo; tunc ſervatis conditionibus poſſum in cõmodato facere compenſationem in foro conſcientiæ Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 35. *num.* 11. *dub.* 1. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 27. *dub.* 4. *num.* 16. Navarr. in *Manual. cap.* 17. *num.* 115. Fenech. *Flor. caſuum conſcient. tract. de Depoſit. num.* 7. 11

SUMMARIUM

1 Authores, qui tractant de confectione inventarii hîc referuntur.

2 *Heres quando cogitur ſolvere debita, vel legata, an poſſit occultam compenſationem facere.*

3 *Leges obligantes hæredem ad ſolvendum ultrà vires hæreditatis nixantur præſumptione, ſi aliquid hæres ſubripuerit, vel occultaverit.*

4 *Probatio adversùs opinionem juris*

ris non admittitur.

5 *Hæredes non conficientes inventarium, qui nihil ſubripuerunt, vel occultarunt, non tenentur in foro conſcientiæ ultra vires hæreditatis.*

6 Lex finalis. C. de Jure deliberandi. *intelligitur tantummodò de foro externo, quia fundatur ſupra præſumptionem, ſi aliquid hæres occultaverit, vel ſubripuerit.*

7. Lex *obligans hæredem omittentem inventarium ad integram ſolutionem creditoribus, intelligitur in illis caſibus, quibus hæres fraude utitur.*

8 *Hæredes, quando hæreditas nõ eſt ſufficiens, non tenentur in foro conſcientiæ ſolvere ultra vires hæreditatis.*

9 *Creditor, vel legatarius quando ſcit hæredem nihil ſubripuiſſe, vel occultaviſſe, exigendo aliquid de bonis defuncti à tali hæredi, graviter peccat, & ad reſtitutionem tenetur.*

10 *Hæres, qui per ſententiam Judicis cogitur ultra vires hæreditatis ſolvere, ſi nihil ſubripuerit, vel occultaverit, poteſt occultam compenſationem facere.*

11 *Hæredes ex quaſi contractu tenentur ſolvere ultra vires hæreditatis in foro conſcientiæ, tam debita, quàm legata in pœnam ob non confectum inventarium, juxtà opinionem* Molinæ, & Zamorani.

12 *Hæres, ſi cogatur ſolvere ultra vires hæreditarias debita defuncti, ob non confectum inventarium, tenetur ea ſolvere, & occultam compenſationem facere non poteſt, licèt nihil de bonis occultaverit, ſecundùm* Zamoranum, *quia tenetur in foro conſcientiæ ex quaſi contractu.*

13 *Diſtinctio quædam* Zamorani *refertur.*

14 Molina, & Zamoranus confutantur, quia à communi opinione diſcedunt, ut ipſimet confitentur.

15 *Hæredes ob non confectum inventarium, non tenentur ultra hæreditarias vires.*

16 *Lex poſitiva innititur præſumptioni, ſi hæres omittens inventarium aliquid ſubripuerit.*

17 *Lex jubens integram ſolutionem, non confecto inventario, quia fũdatur in fictione, ſeu præſumptione, ideo non obligat in foro poli.*

18 *Hæres non tenetur obſervare legem ſupra præſumptionem fundatam in foro conſcientiæ, ſi certè ſcit præſumptionem non eſſe veram, ſecundùm* Doctores.

19 *Lex, quæ in præſumptione nititur, locum habere non poteſt, uſque quò veritas non apparet.*

20 *Legem non obligantem hæredem ultra vires hæreditatis in foro poli, non confecto inventario, amplectitur* Sanchez.

21 *Lex fundata in falſa præſumptione, comprehendens hæredem ad inventarium faciendum, non ligat in foro conſcientiæ.*

22 Molina, & Zamoranus confutantur.

23 *Hæredes adeuntes hæreditatem, non verè contrahunt, ſed fictè, & impropriè.*

24 *Fictio in foro poli non obligat.*

25 *Hæres non tenetur in foro conſcientiæ, licèt inventarium non fecerit, ceſſante fraude, & ſubtra-*

tractione hæreditatis.

26 Aretinus concordat ſententiam Bartoli tum ſententia Pauli de Caſtro.

27 *Heres, qui in foro poli tenetur ultra vires hæreditatis, non conficiens inventarium, an poſſit occultam compenſationem facere?*

28 *Hæres debet diligenter curare, ut ſatisfactionem creditores habeant.*

29 *Heres ſi repudiet hæreditatem in fraudem creditorum, mortaliter peccat.*

30 Commendatur, atque extollitur Don Carolus Petra Dux Vaſti Girardi.

ARGUMENTUM.

Utrùm quoties Hæres compellitur ſolvere Debita, aut Legata ultra hæreditatis vires, ob non confectũ inventariũ, vel propter non repudiatam expreſsè hæreditatem intra tempus ei conceſſum ad deliberandum: detur locus occultæ compenſationi?

QUÆSTIO XX.

Non eſt noſtrûm hîc, quidquam de inventario, & quâ formâ fieri debeat, referre, ſed de hac re conſule Donellum *lib.7.Comm.c.ap.3.&* 4. Zamoranum *de Compenſat. diſput.4. cap* 9. *num.*1. Vigelium. *lib.*18. *Jur. civil. cap.*12. Riccium. *part.*1. *collect.*21.*& part.*2.*collect.*1102. Valaſcum. *de Partit. cap.*8. Cancerium *lib.*3.*Variar. cap.*2. Theſaur. *lib.*1.*Forenſium.quæſt.*10. Molinã *de Juſtit.tractat.*2. *diſput.*216. *& ſeqq.* Cyriacum. *controverſ.* 127. Caſtillum. *de Aliment. cap.*30. Caponum. *tom.*1.*diſceptat.*38. *& tom.*3.*diſceptat.*192. Nec minus inquirere nobis in animo eſt: an & inſolidum, & ultra vires hæreditatis, non conficiens inventarium teneatur, de quo videndi Covarruv. in *cap.*1. *à num.*17. *de Teſtament.* Riccius. *part.* 1. *collect.*21. *& part.*3. *collect.*1138. Leon. *tom.*1.*deciſ.*107. Barboſ. *voto* 126.*num.*179. Caſtill. *lib.*3.*Controv. cap.*5. *& de Aliment. cap.*30. Molin. *de Juſtit. tractat.*2. *diſput.*216. Ayllon. ad Gomez. *lib.*1.*Variar. cap.*5.*num.*14. *verſ. Hæredem.* Salgad. *part.*2. *Laberynt. cap.*1. *à num.*7. *&* 12. Et vide *l.*9. *&* 10. *tit.*6.*& verb. Hæres.* Fermoſin. in *cap.*10.*quæſt.*21.*à num.*30. *de Conſtitut.* Sed indagandum inferiùs eſt, an inventarium non faciens, teneatur in foro conſcientiæ ultra vires hæreditatis? quam ſciſcitationem pertractant Gomez. in *l.*3. *Taur. num.* 121. & Ayllon. *lib.*1.*Variar. cap.*5. *num.* 14. 1

14. *verſic. In foro*. Molina. *de Juſtit.tractat.2.diſputat.217*. Covarruvia. *cap.1.num.18. de Teſtament*. Barboſa, & Diana *tom.6.tractat.1.Reſolut.69.num.2. & Reſolut.86*. Menochius. *de Præſumption lib.1. præſumpt.80. ſub num.3.verſic. Huc etiam pertinet. & conſil.37.num.56*. Matienzus. *l.1.gloſ.10. num 39. tit.4. lib. 5.Recopil*. Parlador. *lib.3. differ. 12.§.2.num.11*. Valerus.*de Different.inter utrumque forum.verb. Hęres diff.2*. Sanchez. In *Præcepta Decalogi lib.4.cap.15. num.37*. Suarez. *de Legib.lib.3.cap.23. nu. 9*. Bonacina. *eod tractat.diſput. 1.queſt.1.punct.7.§.3. num.8. & de Contractibus diſput.3.quæſt.ultim. num.3*. Ægid.Trullench.in *Precepta Decalogi. lib.7. cap.18. dub. 11.num.6*.

2 Sed inquirendum eſt nobis, quando ſit, vel non ſit hæredi locus occultæ compenſationi, eò quia cogitur ſolvere debita, vel legata ultra vires hæreditatis ob non confectum inventarium, aut propter non repudiatam expreſsè hæreditatem intra tempus ei ad deliberádum
3 indultum. Cui ambiguitati affirmativè reſpondendum eſt; quoniam leges obligantes hæredes ſolvere debita, & legata ultra vires hęreditatis, nixantur præſumptione, quòd ejuſmodi hæredes aliquid de bonis hæreditariis occultaverint, vel ſubripuerint, ut ex Panorm. Bart. Hoſtienſ. & Joanne Andrea tradidit Gomez. in *l.3. Tauri*,
4 *num.121*. Qui eam præſumptionem juris, & de jure eſſe voluêre, adversùs quam, probatio reſpuitur, & tantùm admittitur ſola confeſſio creditoris, aut legatarii, quorum nihil eſſe ablatum intererat, Unde hæredes,
qui minimè inventarium confecerũt, aut nihil penitus de hæ- 5
reditatis bonis occultarunt, vel ſubripuerunt, ex vi earum legum ultra hereditatis vires, in foro conſcientiæ nequaquam tenentur, ut tradunt Sanchez, *Summ.lib.4.num.37*. Navarra.*lib. 3.de Reſtitut. part.2. dub.9. num. 137*. Bart. in *l.1 num.45. Cod de Sacroſanct. Eccleſ. & in Rubric. num.3.ff.de Acquir hæredit.* & ibi Alexand. *num.5*. Matienzus.*lib. 5.Recopilat.tit.4. l.1. gloſ.10. num. 39*. Abbas. in *cap.Quia plerique. num.4.de Immunit.Eccleſ*. Gomez, in *l.Tauri 3. num.121*. Felin. *in cap.1.num 44.de Conſtitutionibus*. Sotus. *de Juſtit.& jur. lib.6 queſt. 1.art.4.ad 3*. Palud.*diſtinct.4.15. quæſt.3.art.num.31*. Sylveſt. *verbo. Uſura. 6. quæſt.10. & verbo. Hereditas 3. quæſt.5*. Parlador, *Rerum quotidianarum lib.3, different.12.§.2. num.11*. Trullench. in *Decalog.lib.7, cap.18. dub.11, num.6*. Suarez. *de Legibus. lib.3. cap.23.num.9* Bonacin, *de Legibus, diſput.1.queſt.1. punct.7. §.3. num.8.& de contractibus. diſput.3, queſt.ultim.punct.ultim.num.3*.

Hujus aſſertionis ratio eſt, 6
quia *l.Final. C de Jure deliberand.* Quæ ſtatuit hæredem non conficientem inventarium teneri ultra vires hæreditatis, procedit tantummodò in foro externo; quoniam lex illa lata eſt in pœnam negligentię heredis, vel fulcitur præſumptione occultationis alicujus bonorum hæ-

hæreditariorum, ut docet Sanchez. in *Summ. lib.* 4 *cap.* 15. *num.*
7 37. Unde lex obligans ad integram ſolutionem creditoribus, hæredem inventarium omittentem innititur præſumptioni fraudis in ſingulis caſibus, & ideo in quovis caſu hæres fraude non utitur; ſed ſi re vera hęreditas non ſit ſufficiens, lex illa
8 in foro conſcientiæ ad ſolvendum ultra vires hæreditarias nõ obligabit; quoniam in foro cõſcientiæ non habet locum præſumptio, quoties de veritate li-
9 quet. Idcirco creditor, aut legatarius, qui ſibi perſuadet hæredem nihil ſubripuiſſe, nec de bonis hæreditariis occultaſſe, exigendo aliquid à tali hærede ultra hæreditarias vires, vel ſumendo ſibi adjudicatum in foro externo, mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem illius, & ad reficienda damna illata hæredi ex hac cauſa: itaut talis
10 hæres poteſt de his omnibus compenſationem occultam facere, ut docet expreſsè Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4 *cap.* 9. *num.* 14. *in fin. & num.* 19. Quò aſſeverat leges hæredem tam legata, quàm debita ultra hæreditarias vires ſolvere compellẽtes, in ſolâ præſumptione fundari, videlicet, quod aliquid occultaverint, vel ſubripuerint, & per conſequens tales hæredes compenſationem occultam facere poſſunt. Dummodò nihil ſubripuerint, nec occultaverint.
11 Aſt Molina. *de Juſtit. & jur. diſputat.* 217 *num.* 12. Quem refert, ac ſequitur Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 9. *num.* 19. Hæredes ex quaſi contractu ad debita defuncti, etiam ultra vires hæreditarias in foro conſciẽtiæ teneri atteſtatur, etiam nullâ Judicis ſententiâ expectatâ, & quoque ad legata in pœnam ob non confectum inventarium ſimiliter teneri. Subjungens 12
idem Zamoranus loco relato, quod reſpicit ad debita defuncti hæres compenſationem occultam facere non poteſt, ſi propter non confectum inventarium, ultra vires hæreditatis ea ſolvere cogatur, quamvis de hęreditariis bonis tunc nihil ſubripuerit, nec occultaverit. Nam hoc in caſu tenetur ad id in foro conſcientiæ ex quaſi cõtractu ante omnem Judicis ſententiam.

Quod verò ſpectat ad legata 13
à defuncto relicta, Zamoranus diſtinguit; nimirum aut hæres non conficiendo inventarium fuit in culpa, vel ob ignorantiam invincibilem, vel ob inadvertentiam inculpabilem, culpâ caruit. In primo caſu hęredem in foro conſcientię ultra vires hæreditarias legata ſolvere teneri ſuſpicatur, nec poteſt, poſt ſoluta integrè legata, occultam facere compẽſationem, quod mulcit poſt lata de hoc à Judice ſententia; quoniam tūc pœna actu dicitur debita. In ſecundo verò caſu quando hæres culpam non habuit in omiſſione inventarii, quamquam in foro externo ultra vires hæreditatis legata ſolvere compelleretur, poſſet in foro poli facere compenſationem occultam, ut ex Molina. *de Juſtit. & jur. diſputat.*

Digitized by Google

tat.217.num.12.ad finem. Tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.4.cap.9.num.19.in fine.*

14 Sed diſtinctio, quam afferunt Molina, & Zamoranus mihi minimè arridet, quia Molina à communiori ſententia Doctorum aberrat, ut ipſemet confitetur dicta *diſputat.217. num.12.* Siquidèm hæres non conficiens

15 inventarium in foro conſcientiæ non tenetur ultra vires hæreditatis, ut amplectuntur Navarrus. *lib.3. de Teſtamentis. conſil.2.num.2.* Covarruv. in *cap.1. num.16.de Teſtament.* Gomez.in *l.3. Tauri. num. 121.* Zevallos. *quæſt.31.ad fin.& quæſt.411.*Gregor.Lopez.in *l.10.verb.Las Mãdas.tit.6.partid.6.* Picchard. in *Relectione ad tit. ff.de Acquirend. hæreditat. cap.4.num.32.* Scaccia. *de Commerc.§.1.quæſt.1.nu.529. & quæſt.7.part.2.ampliat.19.num. 88.* Præſertim ſi hæres de bonis defuncti nihil occultaverit, nec ſubripuerit, quia tunc in foro conſcientiæ; ultra vires hæreditatis nequaquam tenebitur, ut expreſsè docent Mattienzus. *lib.5.Recopilat.l.1.gloſ.10.num.39.* Ubi refert Bartolum, Alexandrum, Jaſonem, & Vazquez.

16 Lex enim poſitiva innititur præſumptioni, ac præſumit hæredem omittẽtẽ inventarium aliquid ſubripuiſſe de bonis hæreditariis, ut apparet ex Text. in *Authentic.de Hæredib. & falcid.§.Sancimus. col.1.ibi; Et non per ea, quæ fortè ſubripiunt.* Quem Textum ad propoſitum commendãt Bartol.in *l.In ratione.§. Quod vulgò ad L.Falcid.3.column.* Bald.in *l.Final. C.de Jure delib. 2.column. 6.quæſt.* Idem Bald. in *l.Filium, quem habentem. C.Famil. herciſcund. penultim. column.* Idem Bartol.in *l.1.C.de Sacroſ. Eccleſ. 9.column. num.45.* Abbas in *cap.1.de Solut.* Idem Abb. in *cap.Tua nos. de Uſuris.*Hoſtienſ. in *Summa de Teſtam.§.penultim. verſicul.Sed quod ſi bona.* Joann. Andr.in *cap.Quanquam, de Uſuris lib.6.* Bartol. in *l.Gerit. ff.de Acquirend.hæreditat.* Idem Bartol. in *Rubric. eodem titul.* & ibi Alexand.& Jaſ.Ana.in *cap.In literis. de Rap.* Abb.in *cap.Rainaldus. de Teſtament. 3.column. num. 14.* Ana.in *Reg.poſſeſſor. de Reg. jur. in 6.* Nam præceptum legis 17
de ſolvendo ſolidum, inventario non facto, in ſola præſumptione, ſeu fictione fundatur; ideoque in foro conſcientiæ locum habere non poteſt, ut expreſsè tradidit Ayllon. ad Gomez. *cap.5.num.14.verſicul.In foro autem conſcientiæ.*Et cum lex 18
in ſimili præſumptione nixetur, obſervari non debet in foro poli ab eo, qui certò ſcit vera non eſſe, ut ex Doctoribus communiter, & præcipuè ex Innocẽt. in *cap.Quia plerique. de Immunit. Eccleſ.* Ioann.Andr. in *cap.Quãquam. de Uſuris in 6.* Panormit. &Modernioribus in *cap.1.de Cõſtitutionibus.* Divo Thoma 1.2. *quæſt.96.art.6.* Soto *de Juſtit. & jur.lib.1.quæſt.6.artic.4.ad 4.* Atteſtatur Mattienzus. *lib.5. Novæ recopilat.tit.4. l.1. gloſ.10. num. 39.* Et fuſius hanc opinionem tuetur, atque inſectatur Spinus *de Teſtament.gloſ.35.num.55. verſicul.Secundo pro iſta parte facit.* Ubi adverſæ opinionis fundami-

mina expendit, & poſt ſolertem indagationem contrariam ſen-
19 tentiam confutat, ac reſpuit, ejuſque fulciminibus ſatis it. Siquidèm lex, quæ in præſumptione nititur, ut eſt in caſu noſtro, locum aſſequi nequit, uſquequo de veritate liqueat, ac conſtet, teſte eodem Spino loco citato, id inferens, argument. Text. in *l. Continuus. §. Cum ita. ff. de Verbor. obligat.*

20 Hanc eandem ſententiam, videlicet hæredem non conficientem inventarium, in foro conſcientiæ non teneri ultra vires hæreditatis amplectitur Sanchez in *Decalog. lib. 4. cap. 15. num. 37. in fine.* Ubi Molinæ diſtin-
21 ctionem refellit, ſubdens, quod cum præſumptio, qua nititur lex compellens hæredem ad faciendum inventarium, falſa ſit, ſententia Judicis in foro conſcien-
22 tiæ non ligabit. Idcirco rejiciendi ſunt Molina, & Zamoranus contrarium ſentientes, ducti ex quo hæres per aditionem hæreditatis tenetur ex quaſi contractu ad debita defuncti, maximè quia hæres hæreditatem adeũdo cum creditoribus, & legatariis cõtrahere videtur Text. in *§. Hæres. de Obligat. quæ ex quaſi contract.* Haud quia ex illâ aditione illis incipiat obligari; ſed quoniam obligatio vetus, qua defunctus tenebatur, in ipſum transferatur, tanquam illius perſonam repręſẽtãtẽ Text. in *l. 2. §. Ex his ff. de Verbor. obligat.*

23 Aſt hæc ratio nobis parum equidem refragatur. Quippe hæres adeundo hæreditatem nõ dicitur verè contrahere, ſed tãtùm fictè, & impropriè. At in foro conſcientiæ fictio haud 24 obligat, ut dixit Spinus *de Teſtament. gloſ. 35. num. 55. verſicul. Non obſtat tertiò.* Igitur quam- 25 quam hæres inventarium non fecerit, ſi ceſſat ratio fraudis, & ſubtractionis rerum hęreditariarum, nequaquam tenebitur hæres in foro conſcientię.

Hanc enim ſententiam no- 26 ſtram, quorum Anteſignanus noſter eſt Bartolus, & alteram contrariam, quam Paulus de Caſtro tutatur, ad concordiam redigere conatur Aretinus, teſte Spino ubi ſupra, ſcilicet, ut Bartoli opinio procedat in creditoribus, & opinio Pauli Caſtrenſis, ac ſequacium in legatariis, quam concordiam, ac conciliationem ſequuntur, atque amplexantur Covarruv. in *cap. 1. num. 16. de Teſtament.* Gregor. Lopez. *l. 10. titul. 6. verbo Las Mandas. partid. 6.* Molina. *de Juſtit. & jur. tom. 1. tractat. 2. diſputat. 217. num. 13.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 9. num. 19. in fin.* Sed Spinus hãc opinionem noſtram indiſtinctè tenendam hortatur, cui quoque libenter hæreſco. Quippe ex omnibus 27 colligendum eſt, quod cum indiſtinctè hęres non conficiens inventarium, nequaquam teneatur ultra vires hęreditatis in foro conſcientiæ, ut latè probabimus, ſequitur inferendum, quod ſi legata, vel debita jubẽte Judicis ſententiâ ſolvat, cum ſolvere non teneatur, in foro conſcientiæ occultam compenſationem facere poterit.

28 Hæres enim omnem curam,
operam, ac ſolertiam adhibere
tenetur, ad hoc ut omnibus cre-
ditoribus ſatisfaciat, cum om-
nia media quærere debeat, ut
creditores ſua credita nanciſcã-
29 tur. Quippe ſi hæres aliter fa-
ciat, & negligat, vel repudiet
hæreditatem in creditorũ frau-
dem, in foro conſcientiæ mor-
taliter peccat, ut concinnè, ac
30 cordatè docet Don Carolus
Petra Dux Vaſti Girardi ex
Equeſtri Calatravenſi Ordine,
Sacri Conſilii Decanus, ac nũc
proprio expetente merito, Su-
premi Collateralis Conſilii Re-
gens, Vir ſumma Minervâ præ-
ditus, pręſenti, futuriſque ſecu-
lis admirandus, & Magnę Cu-
riæ Vicariæ Rituum interpres
fęliciſſimus in *Commentar. ad Rit.228. num.37. tom 2.* Qui de
expoſitione prædictorum Ri-
tuum quatuor mirabilia, &
doctiſſima Volumina in lu-
cem dedit, de quibus fas ſit mi-
hi aſſerere, quod de Plinii Secũ-
di libris atteſtatur Aulus Gel-
lius *lib. 9. Noct. Attic. cap. 16. Plinius Secundus exiſtimatus eſt eſſe ętatis ſuæ doctiſſimus. Is libros reliquit, quos Studioſorum inſcripſit, haud medius fidius uſquequaque aſpernandos. In iis libris multa variè ad oblectandas eruditorum hominum aureis ponit.*

SUMMARIUM

1 *Debitum dupliciter accipi poteſt.*
2 *Debitum quando quid dicatur actu, quando debitum in potentia.*
3 *Debitum in potentia quotuplici modo contingere poteſt.*
4 *Actu quoties aliquid debetur, & aliter commodè debitum recuperari non poteſt, licet occultam compenſationem facere.*
5 *Debitum, quando ſit, quid in potentia.*
6 *Dies prius quam veniat, nec debitor tenetur ſolvere, nec creditor exigere; & pendente conditione debitor habetur pro non debitore.*
7 Explicatur Textus in l.In diem 10.ff.de Condict.indebit.
8 *Compenſatio aliquando petitionis vim conſequitur.*
9 *Compenſari occultè non poteſt quod debetur ſub incerto eventu pœnæ ratione non dum latæ ſententiæ.*
10 *Legatarius ante mortem teſtatoris occultam compenſationem facere non poteſt.*
11 *Debitum ſub conditione de futuro, quæ tamen eſt neceſſaria, occultè compenſari poteſt.*
12 *An idem dicendum de debito ſub conditione contingenti?*
13 Explicantur Textus in l.In diem, & l.Nam ſi cum moriar.ff.de Condict.indeb.
14 *Creditor quando poſſit prævenire diem ſolutionis, & in foro conſcientię facere occultam compenſationem.*
15 *Creditor, imminente periculo amittendi debitum, poteſt à debitore fidejuſſorem, vel pignus petere.*
16 *Limitatur primò in caſu, quo per anticipationem compenſationis damnum eveniret debitori.*
17 *Limitatur ſecundò, ſi ſit morale periculum, quod debitor præfixo tem-*

tempore non ſit ſatiſfacturus.
18 *Sed hęc limitatio quo caſu admittenda?*

ARGUMENTUM.

Utrùm liceat facere occultam compenſationem pro Debito futuro in ſpe, ſeu in potentia?

QUÆSTIO XXI.

1 DUpliciter aliquid alteri debitum eſſe poteſt. Primò
actu, ſeu in re. Secundò in futurum, ſeu in potentia, aut in ſpe.
2 Primum accidit, quoties urget
obligatio ſolvendi, quia eſt jam
adimpletus terminus ſolutionis
præfixus, & ipſa ſolvendi obligatio ab aliquo futuro eventu
non pendet. Secundum contingit quando terminus ſolutionis
præfixus non dum advenit, ſeu
ipſa ſolvendi obligatio eſt conditionalis, quæ ab aliquâ conditione de futuro contingente dependet, vel ſi ſolvendi obligatio
ſit pœnalis, & adhuc nõ ſequu-
3 ta condemnatio. Hoc debitum
in potentia duplici modo poteſt
contingere. Primo ſcilicet, ſi ſit
debitum in ſpe, ſive ratione legati ante teſtatoris mortem, ſive ratione pœnæ nondum latæ
ſententiæ, ſed ferendæ, vel ratione promiſſionis ſub conditione de futuro contingente, priuſquam conditio adimpleatur. Secundò, debitum in potentia eſſe poteſt; quando debetur in
diem, quæ adhuc non venit, videlicet ſi ex aliquâ purâ promiſſione, vel ex aliquo contractu
aliquid ſolvi debet, determinato aliquo die ſolutioni præfixo;
attamen illa dies adhuc expectatur; quos caſus hæc præſens
diſputatio complectitur. Quip- 4
pe quoties aliquid actu debetur,
& aliter commodè debitum recuperari non poteſt, tunc ſervatis conditionibus alibi memoratis licet facere occultam compenſationem Sayr. *Clav. Reg. lib.9.cap.14.* Trullench. in *Decalog. lib.7.cap.5.dub.5.num.3.* Sylva *de Salar. quæſt.50.num.8.* Lugo *de Juſtit.tom.1.diſput.15.ſect.5.num.86.* Vazquez. *de Reſtitut. cap.5. §.1. dub.8. num.40.* Caſtropal. *Oper.moral.tom.6. diſput.3. punct.14.num.5.* Machad. *lib.2. part.3. tractat.22. docum.5.* Layman. *Theolog.moral.part.1.tract.3.cap.1. lib.3. num.9.* Comitol. *Reſponſ. moral.lib.3. quæſt.39.* Filguera in *7.Præcept.Decalog. tractat.29. art.3.cap.1 ad fin.* Villalob. *Summ. tom.2. tractat.29. diffic.5. num.2.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicit. ad vener.part.2. quæſt.3. §.2. num.2.* Cum cæteris à me congeſtis in
quæſt.1. Sed quæſtionis noſtræ 5
thema procedit, quando debitum eſt in potentia: an tunc licita ſit compenſatio, & negativè reſpondendum videtur juxta Dianã *tom.6.Oper.moral.tractat.3. Reſolut.148. §.1.* Guzman. *Veritat.jur.verit.16. num.19.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.2. cap.2.num.4. & diſputat.6. cap.1. num.11. & num.12.*

Hæc

6 Hæc concluſio probari poteſt ex Text.in *l.Quod in diem 6. ff.de Compenſat.* Ubi Ulpianus ait: *Quod in diem debetur, non compenſabitur antequam dies veniat, quamquam dari oporteat.* Cui opitulatur Text. in *l.Si cum militi 16. ſ.1. ff.de Compenſat.* Ubi dicitur, quod quando aliquid debetur in diem, aut ſub conditione, locum non habere compenſationem, quod juſta ratione eſt ſuffultum, quia prius quàm dies veniat, nec debitor tenetur ſolvere, nec creditor poteſt exigere; & pendente conditione debitor habetur pro non debitore Text.in *l.Debitor. ff. de Verbor. ſignific.* Text.in *l Plerumque. ff.de Jur.dot.* Text.in *l.Cum qui. ſ.Quoties.* Text.in *l Liber homo. ſ.1. ff. de Verbor.oblig.*

7 Sed refragatur Text. in *l.In diem. 10. ff.de condict. indeb.* Ubi habetur debitorem ſolvere poſſe ante diei adventum, nec dari locum repetitioni. Unde ſi ante diem poteſt ſolvere, etiam compēſare; cū idem ſit ſolvere, & cōpenſare Text.in *l.Debitor. ff. Qui potior.in pignor.* Text in *l.Si conſtat 4. C.de Compenſat:* Text.in *ſ. Bonę fidei. Inſtitut.de Act.*

Huic Textui reſpondetur, quod hic debitor ſponte, ac voluntariè ſolvit, cum jure non teneretur, at volenti non fit injuria Text.in *l.1. ſ.Adeo. ff.ad Leg. Aquil.* Ille verò, cui opponitur compenſatio eſt invitus Text. in *l.3. ff.de Compenſat.* Et per cōpenſationis objectionem ab eo petitur, ut debitum hoc, ad quod ſolvendum adhuc nequit compelli, pro alterius debiti extinctione inſolutū habeatur, quod idem eſſet, ac ſi debitum in diē, 8 priuſquàm adveniret, à debitore invito peteretur, cum aliquādo compenſatio petitionis vim conſequatur Text.in *l. Amplius nō petiſſ. Rem ratā haber.* Diego. *Opuſcul.de compenſat. fol mihi* 17. Zanger. *de Except.part.3 cap.8.n.* 77. Donell. *Comment.jur.civil.lib.* 16. *cap.15. fol.mihi* 698. *in princ.*

In debito incerto, in potentia, aut in ſpe, quādo hoc modo 9 aliquid debetur ratione pœnę nondum latæ ſententiæ indubitatum eſt occultæ; compenſationi locum non eſſe, ſed ſic acceptum neceſſariò debet reſtitui, quod univerſos Doctores tradere fatetur Zamoran. *de Cōpenſat. diſputat.6. cap.1. num.3.* Et comprobat ex authoritate Gloſſæ in *cap. Fraternitas 12. quæſt.1.* Quia ante ſententiam, & condemnationem pœna in actu nō debetur. Quando aliquid debetur in futurum, ſeu in potentia ex promiſſione, vel ex aliqua diſpoſitione ſub conditione de futuro contingenti, quæ eſſet indifferens, ut ſit, vel non ſit; non poteſt facere occultam cōpenſationem antequam ejuſmodi conditio adimpleatur Zamoran. *de Compenſat. diſput.6. cap.1 num.4.* Quippe ante conditionis impletionem nihil in actu debetur; quia per hujuſmodi conditionem ſuſpenditur promiſſionis obligatio, & cujuſcumque alterius diſpoſitionis, cui apponitur, interim dum non adimpletur Molina. *de juſt.& jur. tom.1. diſputat.206.* Idem dicendum eſt de legata- 10 rio

tario, qui ante teſtatoris mortem, cum nihil actu ſit debitũ ei ob illius legati ſpem occultam compenſationem facere nõ poteſt Zamoran. dicta *diſputat. 6. cap. 1. num. 5. in fine.*

11 Quoties debitum deſcendit ex promiſſione, ſive ex aliqua diſpoſitione ſub conditione de futuro, dummodò talis conditio, ſub qua promittitur, non ſit contingens, ſed omninò neceſſaria, ac futura, ut ſi quis dicat: *Promitto tibi centum, ſi Sol poſt ſex menſes oriatur; vel quando ego moriar*; tunc virtute talis promiſſionis hoc modo factæ, creditor ſi aliâ viâ hoc debitum adipiſci nequit occultâ compẽſatione uti poteſt, quia res promiſſa jam debetur in actu tamquam ſi purè eſſet promiſſa Zamoran. dicto *cap. 1. num. 6. in fine.*

12 Aliter dicendum eſt, quando promiſſio in diem incertum ſub conditione de futuro contingente, quæ indifferens eſt, ut ſit, vel non ſit. Nam interim dum talis conditio pẽdet eſſet contra juſtitiam facere occultam compenſationem Zamoran. *cap. 1. num. 8. in fine.*

13 Noſtræ principali concluſioni opponitur Text. in *l. In diem, & l. Nam ſi cum moriar. ff. de Cõdict. indeb.* Ubi habetur, quod ſi in diem certum aliquid debeatur, & ante illius diei advẽtum per errorem ſolvatur in foro fori repetitio non datur; eò quia debitum erat; quamvis nõ tunc, ſed poſtea ſolvendum. Ergo nulla daretur injuſtitia, ſi fiat anticipata compenſatio, quæ nil aliud eſt, quàm ſolutio Text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. cauſ.* Text. in *l. Amplius non peti* 15. *ff. Rem rat. hab.*

Huic objectioni reſpondetur, quod lex illa ſic abſolutè intellecta fortaſſis procedat in foro externo, ut voluerunt Cardinal. de Lugo. *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſputat. 16. ſect. 5 num. 93. verſicul. Cæterum.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 6. cap. 1. num.* 12. Ubi dicit, quod unus excipitur caſus in *l. Si cum militi. ſ. ultim. ff. de Compenſat.* Nempe quando ex juris commiſeratione cõceditur, ut priuſquam exequutio fiat, debitori aliquod indulgeatur tempus ad ſolvendum debitum, quod illicò ſolvere debuerat, eò quia completum erat jam tempus ſolutioni præfixum. Nam minimè refragante hujuſmodi dilatione ex juris commiſeratione conceſſa, cum hoc debito aliud poteſt compenſari, dummodò eidem debitori ab eodem creditore debeatur; quoniam dies, qui cauſa miſerationis ſolutioni adjicitur compenſationem non impedit, ſi ſtatim debitum erat ſolvendum, quia tunc res purè debebatur.

Limitanda venit noſtra capitalis concluſio, quoties creditor juſtè timet tempore ſolutioni præfixo tale debitum minimè ſibi ſolvendum eſſe, vel non niſi cum magnis expenſis, ac moleſtiis; quo in caſu creditor poteſt prævenire diem ſolutioni præfixum, & in foro conſcientiæ facere occultam compenſationem, nũc pro eo, quod Sejus non dum debet, ſed de- 14

be-

bebit Tanner.2.2.*diſputat.4.quæſtion.6.dub.*14.*num* 406. Cardin. de Lugo.*de Juſtit. & jur. diſput.* 16 *ſect.5.num.*93. *verſic.Cæterum.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.*6. *cap.*1.*num.*13. Machad.*tom.*1. *lib.* 2. *part.*3. *tractat.*32. *document.*5. *num.*7. Diana.*tom* 6. *Oper. moral. tractat.*3. *Reſolut.*148. §. 7. Eò quia tunc creditor in diem habet jus conſulendi ſuæ indemnitati, cum ad defenſionem naturalem pertineat: ideoque non debet expectare tempus, pro quo eſt morale periculum ſuum debitum amittendi, præcipuè cum aliâ viâ tale periculum nequeat effugere, niſi præveniendo diem ſolutioni præfixum, ut dicit Zamoran.*deCompenſat.dict. diſputat.6.cap.*1.*num.*13.

15 Suffragatur hoc, quod eminente periculo amittendi debitum, creditor poteſt à debitore ſuo pignus, vel fidejuſſorem pro ſui debiti aſſecuratione petere: ſicut quando maritus vergit ad inopiam uxor ab eo petere poteſt fidejuſſorem pro dotis ſecuritate, ſive pro ipſa dote reſtituenda. Ergo qua de cauſa non poterit quoque creditor, ſi non audeat, vel non poſſit hoc petere, facere occultam compenſationem clam accipiendo debitum ſuum diem ſolutioni præfixum præveniendo? nec debitor tunc poteſt conqueri juſtè, cum verè debitor ſit, quamvis in diē, cujus diei anticipatio, ſeu præventio fit ob rationabilem cauſam, ideſt propter evadendum imminens periculum debitum ſuum amittendi; & hæc eſt juſta defenſio ſui juris, quæ omni jure licita eſt, non ſolum quando in actu fit mihi offenſio, ſed etiā quando quis paratus eſt me offendere, & offenſio eſt proximè diſpoſita ob concurrentes quantitates Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*1. *cap.*1. *num.*8. & *diſput.6.cap.*1.*num.*13.*in fine.*

Hanc reſolutionem duplici limitatione coarctat Cardinal. de Lugo. *tom.*1. *de Juſtit. & jur. diſputat.*16 *ſect.*5.*num.*93. *verſicul. Cæterum.* Prima, quod ſi ob anticipationem compēſationis aliquod damnum eveniat debitori, ſive in lucro ceſſante, ſive in damno emergente, ſive in fructibus temporis intermedii, ſive in quocumque alio, debeat totum id vel diminui ex principali debito, vel debitori reſtitui, ſi periculum ſit morale, quale eſſet ſi debitor ad inopiam vergeret, vel ſuſpectus eſſet de fuga cum rebus ſuis, vel interveniret alia quælibet cauſa, quæ honeſtam redderet hujuſmodi compenſationem, tunc eam facere licebit; alias erit illicita, quia nemo poteſt puniri pro delicto futuro priuſquam committatur. Igitur ex eo quod poſtea debitor non ſit ſoluturus, nequit puniri, vel lædi in rebus ſuis, antequam ſit in mora ſolvendi; quapropter totum damnum antecedens nequit debitori, poſtea non ſoluto imputari; ſed ei eſt reſtituendum; quam reſtrictionem ab omnibus admittendam eſſe admonet Zamoran.*deCompenſat. dicta diſputat.*6.*cap.*1 *num.* 14. Quia ad hoc ut hujuſmodi compenſatio fiat, periculum remotum non ſufficit. 16

Se-

17 Secunda, ſi adſit morale periculum, quod debitor præfixo tempore non ſit ſatisfacturus debito ſuo, quo periculo concurrente, creditor habet jus petendi à debitore ipſo pro debiti ſecuritate, vel pignus, vel fidejuſſorem; quia defenſio jure naturæ non ſolùm eſt licita, quando in actu me offendis, ſed etiam quando ad me offendendum paratus es; & aliter evadere nequeo, niſi præveniendo. Ergo ſi ſcio te paratum ad negandum mihi debitum poſt menſem, & niſi præveniam non poſſum damnum illud evitare, poſſum anticipatam facere compenſationem; quæ licèt eſſet injuſta pro tempore intermedio; tamen poſtea quando incipis eſſe meus debitor, juſtificatur. Et cum nõ ſit gravis injuria accipere rem alienam, non animo retinendi, ſed reſtituendi infra breve tempus abſque alio damno circa uſum, vel uſumfructum intermedii temporis; conſequens eſt, ut anticipata compenſatio, ſaltèm per modicum tempus, non ſit injuria gravis, cum res illa accepta, etiam ſine titulo compenſationis pro modico illo tempore non contineat gravem injuriam. Ex his duobus conditionibus ad licitam compenſationem optatis à Cardinal. de Lugo loco citato. Primam ſuprarelatam ad vulgi placitum ſpecioſè compoſitam, ac in multis peccare fatetur Zamoran. *de Compenſat. diſputat.6. cap.1. num. 16.* Quippe ſi totum lucrum ceſſans, ac damnum emergens debitori reſtituendum eſſet, illa anticipata compenſatio potius damnum, quàm utilitatem afferret; & cum poſſit contingere, ut lucrum ceſſans, ſeu damnum emergens debitum principale excedat, melius eſſet creditori ſpernere, quàm facere anticipatam compẽſationem cum adeo gravi onere. Rursùs lucrum, ſeu damnum, quod in illo caſu debitori poſſet obvenire ex anticipatâ compenſatione, non dicitur punitio futuri delicti, priuſquàm committatur, ſed per accidens ſubſequutum præter intentionem creditoris, qui dumtaxat indemnem ſe intendit ſervare, quod facere poteſt; Ideoque cum tunc juſtè, ac licitè compenſatio fiat ad prædictum finem; non eſt illi aſciſcẽdum, nec damnum emergens, nec lucrum ceſſans, cum caſu contingat, quapropter ad illud reficiendum non tenetur. Unde in uno caſu admittendam eſſe 18 prædictam limitationem dixit Zamoran. *dicta diſputat.6. cap.1. num.16. in fine.* Videlicet quando anticipata compenſatio æquè commodè in aliis rebus, quarum acceptio debitori non eſſet ſatis damnoſa fieri poſſet. Quod & mihi placet.

SUMMARIUM

1 *Species quæſtionis figuratur.*

2 *Negativa ſententia proponitur.*

3 *Moroſus mandatarius, qui in cauſa fuit, nè donatio executioni mandaretur, tenetur donatario reſtituere ratione damni illati.*

4 *Affirmativa ſententia probatur.*

5 *Ad hoc, ut donatio ſit perfecta, requiritur acceptatio.*

6 *Creditor, qui ſibi compenſat in re, quam debitor donaturus erat, nullo tenetur nomine futuro donatario.*

7 *Occurritur argumentis pro negativa ſententia adductis.*

8 *Mendacio, vel fraude ſi quis animum donantis conetur avertere, injuſtitiam facit.*

9 *Internuntius quamvis fraudibus, vel mendacio utatur, petens alterius nomine donationem fieri, vel eam deferens, antequam donatarius ſciat, debitum ſuum compenſans, injuſtitiam facit.*

10 *Internuntius ſi mentiatur aliquo modo peccabit; ſed adverſus donatarium injuſtitiam minimè facit, nec ad reſtitutionem tenetur.*

11 *Internuntius utitur jure ſuo accipiendo in compenſationem, quod ſibi debetur; ſicut poterit rem illam in compenſationem accipere, antequã donatario mittatur.*

12 *Donatarius non re donata privatur per internuntii mendacium.*

13 *Donatarii jus intelligitur ſalvo creditoris jure.*

14 *Mendacium, ſeu fraus internuntii ſollicitantis fieri donationẽ, aut ad eam deferendam ſe offerentis, ad hoc ut faciliùs haberet occaſionem compenſandi ex bonis ſui creditoris, non ſunt contra juſtitiam commutativam in ordine ad donatarium; quoniam non tendunt directè ad eum, re donata privandum: ſed tantùm ad jus creditoris tuendum adversùs debitoris iniquitatem.*

15 *Mandatarius virtute mandati tenetur ex juſtitia non retardare mandati executionem; ſed debet moralem diligentiam adhibere, nè ſua mora culpabili mandata donatio impediatur.*

16 *Mandatarius quando ejus culpa donatio differtur, injuſtè agit adversùs eum, cui talis donatio fieri mandatur.*

17 *Mandante, ſi moriatur, quando mandatarius teneatur donatario ad reſtitutionem damni illati?*

18 *Internuntius, quando eſt creditor, & à donante ei tantumdem debetur, tunc hujus debiti ratione habet jus accipiendi in compenſationem rem donatam, dum eſt in dominio debitoris donantis.*

19 *Internuntius quando non faciat directè contra jus donatarii.*

20 *Donatarius, ſeu promiſſarius poteſt uti occulta compenſatione contra promittentem, vel donantem, ſi abſque acceptione donatarii, vel promiſſarii, donationem ei factam revocet ad cauſam piam.*

21 *Donationes, ſeu promiſſiones etiã ad cauſas pias non valent ante acceptationem.*

22 *Promiſſarius non poteſt contra donantem, vel promittentem facere occultam compenſationem, ſi ante dictam acceptationem, donationem ſuam revocavit.*

23 *Internuntius, per quem mittitur res alicui donanda, an ſi aliter debitum, quod ſibi mittens debet, recuperare nequeat, poſſit rem, quam defert, in ſui debiti compenſationem retinere.*

24 *Internuntius prætextu debiti non poteſt retinere in compenſationem rem, quam alteri tradere debet.*

In-

25 *Internuntius poteſt ſibi compenſare clam accipiendo rem, quam ejus debitor creditori mittit.*

26 *Internūtius quando habeat jus ſe compenſandi ex bonis ſui debitoris.*

27 *Internuntius quando facit compenſationem, debet curare, nè alter creditor ſuum creditū amittat, vel monendo ipſum debitorem de effectu ſolutionis non ſequuto, vel alio quovis modo, vel ſi ſciat aliundè commodè poſſe ſuum debitum recuperare.*

28 *Compenſatio fieri poteſt, ſi ille, cui debitum mittitur per Internuntium ſibi compenſantem, poſſit aliunde debitum ſuum recuperare.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ſit licita compenſatio in re debitoris, donata abſenti; ſed non accepta, præſertim ſi per ipſum compenſantem mittatur?

QUÆSTIO XXII.

1 Finge Petrum eſſe mihi debitorem in centum, qui Petrus donat Paulo aliquam rem æquivalentem; nunc dubitatur, quin poſſim hanc rem clam in compenſationem mei debiti accipere, dummodò talis donatio à Paulo donatario non ſit accepta? Et negativè contra 2 compenſationem reſpondēdum eſt, quia una è conditionibus, quæ requiritur ad licitam compenſationem, eſt quod fiat ſine aliorum præjudicio Azor. *Inſtitut moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt.* 2. Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 2. num. 6.* Sed ſi hîc locum habere poſſit compenſatio, induceretur in præjudicium donatarii, qui juſtè privaretur re donata per fraudem, ac mendacium nuntii deferentis donationem, quod cum ſit contra juſtitiam commutativam, inducit obligationem reſtituendi. Hoc elucecit; nam qui fraude, aut mendacio avertit voluntatem donantis, ac faciendo donationem, injuſtè agit, & debet reſtituere donatario omnia damna ſubſequuta. Ergo etiam agit injuſtè adversùs donatarium, qui fraude, vel mendacio impedit donationem jam factam, licèt non acceptam. Secundò, quia moroſus mandatarius, qui 3 vel uſurpando ſibi rem, quam virtute mandati alii tradere tenebatur, ſeu talis mandati exequutionem differendo, cauſavit, ut ea donàtio haud exequutioni mandaretur; tenetur donatario reſtituere ratione damni ei illati; quoniam tali re injuſtè ſua culpa privavit. Igitur eàdem ratione donatario reſtituere tenebitur, qui via compenſationis rem illi donatam ſurripuit, eum ea re privando.

Sed his non obſtantibus con- 4 trariaopinio eſt amplectenda, ſcilicet internuncium in hac re donata rectè poſſe facere com-

penſationem, quam ſententiam docuerunt Vazquez. *Opuſcul.de Reſtitut cap.*5.§ 1. *dub.*8. *num.*45. *verſic. Ex dictis ſequitur*. Zamoran. *de Compenſat, diſput.*8. *cap* 7. *num.*2. Cardin. de Lugo. *de Juſtit & jur.diſput.*16.*ſect.*6.*num.*110. Diana. *Oper.moral.tom.*6. *tractat.* 3.*Reſolut.*150.§.4.

5 Hujus concluſionis ratio eſt, quia ad hoc, ut donatio ſit perfecta, poſcitur acceptatio, aliàs eſt revocabilis, nec obligat donantem Sanchez. *lib.*1. *de Matrim. diſput.*6. Et res donata adhuc manet in dominio donantis; quoniam dominium non transfertur, niſi per rei traditionem Text.in *l Traditionibus*. *C. de Pact.* Text.in *l.Quoties*. *C.de Rei vindic.* Igitur ſicut hic creditor, ſeu rei donatæ internuntius poterat facere compenſationem in aliis bonis debitoris, ſeu donantis; dummodò alia via debitum ſuum aſſequi non poſſit; ita etiam poterit facere eamdem compenſationem in hac re donata, cum adhuc ſit in dominio donantis Cardinal de Lugo dicta *diſputat.* 16. *ſect.* 6. *num.*110. Zamoran *dicta diſputat.*8. *cap.*7. *num* 2. Vazquez. *de Reſtitut.cap.*5.§.1 *dub.*8. *num.*45. Diana dicta *Reſolut.*150 §.4.

6 Secunda, quia ſi quis ſciret Petrum velle donare rem aliquam Paulo, & fraude rem illam in compenſationem ſumeret à Petro; quoniam Petrus ei debitor erat, nec aliter debitum poterat compenſare, rem illi Paulo donandam reſtituere non debet, quia dumtaxat juſtitia deſiderat, ne donantis voluntatem, fraude, vi, aut mendacio à donatione avertamus Vazquez.dicto *cap.*5.§.1.*dub.*8.*num.*46. Idem eſſet, ſi Petrus deſtinaſſet eam quantitatem, ut pauperibus diſtribueret; & creditor ſciens in compenſationem talem quantitatem per fraudem, vel mendacium accipiat. Quippe tunc pauperibus non faceret injuſtitiam Zamoran *dict. diſputat.*8. *cap.*7. *num.*3 *in fine*.

Non obſtant rationes traditæ pro contrariâ opinione. Non prima, quia damnum, quod ſequitur donatario ex tali compenſatione factâ per fraudem internuntii, qui ſimul eſt creditor, & ideò ultrò ſe obtulit ad deferendam donationem; ſequitur per accidens, & præter intentionem compenſantis, qui non intendit directè, ac per ſe hanc donationem impedire, ſed ſolùm ſe indemnem ſervare ſui debiti ſolutionem accipiendo per compenſationem ex rebus ſui debitoris, quæ adhuc in ejus dominio exiſtunt Zamoran. *de Compenſat. diſput.*8 *cap.* 7.*num.*4. 7

Et quamvis nemo fraude, aut mendacio poſſit impedire donationem, aliàs ad reſtitutionem tenetur; hoc verum eſt quando quis mendaciis, aut fraudibus animum donantis contendit avocare à donatione. Nam tūc injuſtitiam facit: at quamquam fraude, vel mendaciis utatur, dum quis eſt internuntius, qui petat alterius nomine fieri donationē, vel eam defert, & priuſquàm donatarius ſciat, & acceptet donationem factam, internuntius debitum ſuum compē- 8

9

ſat

ſat, injuſtitiam non facit; quo-
niam proſpicit ſibi, & in bonis
debitoris, quorum dominium
habet, debitum ſuum compen-
ſat, quod aliter recuperare non
poteſt. Nam ſi mentiatur aliquo
10 modo peccabit; ſed adversùs
donatarium injuſtitiam non fa-
cit, nec ad reſtitutionem tene-
tur Vazquez *de Reſtitut. cap.* 5.
11 §. 1. *dub.* 8. *num.* 46. Et hîc nec vis,
nec fraus intervenit; ſed inter-
nuntius utitur jure ſuo, accipiẽ-
do in compenſationem, quod
ſibi debetur; ſicut poterit rem
illam in compenſationem acci-
pere, antequam donatario mit-
tatur; licèt ſciret debitorem ha-
bere animum eam donãdi Dia-
na *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3.
Reſolut. 150. §. 4. Cardinal. de Lu-
go *de Juſtit. & jur. diſput.* 26. *ſect.* 6.
12 *num.* 110. Et quamvis donata-
rius re donatâ privetur per nun-
tii mendacium; tamen non per
hoc fit aliquid contra jus ipſius
donatarii, cum nullum jus ha-
beat ad hoc, ut dictus internun-
tius ipſi potiùs, quàm ſibi proſ-
piciat è manibus ſinendo labi
13 opportunitatem debitum ſuum
conſequendi; præcipuè cum jus
donatarii intelligendum ſit, ſal-
14 vo creditoris jure. Mendacium,
ſeu fraus internuntii ſollicitan-
tis fieri donationem, aut ad eam
deferendam ſe offerentis, ad
hoc ut faciliùs haberet occaſio-
nem ſe compenſandi ex bonis
ſui debitoris, non ſunt contra
juſtitiam commutativam in or-
dine ad donatarium; quoniam
non tendunt directè ad eum re
donatâ privandum, ſed ſolùm
ad jus creditoris tuendum, ad-
versùs debitoris iniquitatem,
cum nolit ei ſolvere, quod liqui-
do debet Zamoran. *diſput.* 8. *cap.*
7. *num.* 6.

Non obſtat ſecunda, quippe 15
mandatarius virtute mãdati ab
ipſo ſponte accepti, tenetur ex
juſtitiâ non retardare mandati
exequutionem; ſed debet mo-
ralem diligentiam adhibere, nè
ſua mora culpabili, mandata
donatio impediatur: & cum aliâ
viâ mandans nihil debeat man-
datario, cujus debiti ratione in
bonis mandantis poſſit facere
compenſationem; profectò ſi
rem, quam mandati virtute tra-
dere tenebatur, uſurpet, & ejus
mandati exequutionem culpa-
biliter differat, itaut donatio 16
impediatur, tunc ambigi nequit
injuſtè agere adversùs eum, cui
talis donatio fieri mandatur.
Unde ſi interim mandans vita 17
functus ſit, mandatarius tenebi-
tur donatario ad reſtitutionem
damni illati, quia carebat jure
uſurpandi rem ſibi donari man-
datam, ut dixit Zamoran. *de
Compenſationib. diſputat.* 8. *cap.* 7.
num. 7.

Aliter enim dicendum eſt, 18
quando internuntius eſt credi-
tor, & à donante ei tantum-
dem debetur. Nam tunc hujus
debiti ratione hic internuntius
habet jus ſubripiendi in compẽ-
ſationem rẽ donatam, dum eſt
in dominio debitoris donantis;
quo in caſu internuntius non 19
facit directè contra jus donata-
rii, quamquam per accidens, &
præter ejus intentionem dona-
tio facta impediatur; & ad hoc,
ut damnum hoc caveatur, ſuffi-
cit

Digitized by Google

cit donantem de effectu donationis non ſequuto monere, niſi fortaſſis hinc graviora mala timeantur ex Molina. *de Juſtit. & jur.* dixit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.2. cap.2. num.11. & diſput.8. cap.7.num.7. ad finem*

20 Eſt quoque probabile poſſe donatarium, ſeu promiſſarium uti occultâ compenſatione contra promittentem, vel donantem, ſi abſque acceptatione donatarii, vel promiſſarii, quam expectare debet, donationem ei factam revocet ad cauſam piam; quia per hanc donationem, ſeu promiſſionem jus quæſitum fuit donatario, cui ex juſtitiâ donãs rem tradere tenebatur, vel ejus acceptationem expectare, ut exequutioni mandaretur donatio Zamoran.*de Compenſat. diſputat.8.cap.9.num.7. in fin.*

21 Sed mihi magis placet quod ſubnectit dict.*cap.9.num* 8.Nempe donationes,ſeu promiſſiones etiam ad cauſas pias, nequaquã valere, & revocabiles eſſe ante acceptationem argumen. Text. in *l.Abſenti. ff de Donat.* Text.in

22 *l.Necabit.ff.eod.* Ideoque nequit donatarius, ſeu promiſſarius cõtra donantem, vel promittentem facere occultam compenſationem, ſi ante dictam acceptationem, ſuam donationem revocavit, idem Zamoran. dicto *num.8.in fine*.

23 Quid dicendum, quando Petrus debitor internuncii mittit pecuniam illam Paulo in ſolutionem debiti, quod Paulo debet? an tunc talis internuntius, ſi aliter debitum, quod ſibi Petrus debet, recuperare nequeat, poſſit illam rem, quam Paulo defert, in ſui debiti compenſationem retinere?

Negativè contra compenſationem reſpondit Hẽricus *quodlibet.6.quæſt.*27. Cui videtur ſuffragari Vazquez. *opuſcul. de Reſtitut cap.5.* ∫.1.*dub.*8 *num.*47.Eò quia ſi hæc compenſatio admitteretur, eſſet cum injuria illius, cui ſolutio mittitur; quoniam injuſtè debito ſuo privaretur. 24

At hoc non obſtante contrarium eſt tenendum, ſcilicet poſſe internuntiũ ſibi compenſare clam accipiẽdo rem, quam ejus debitor, creditori mittit, ut tenent Cardinal. de Lugo.*de Juſtit.& jur. diſput.16. ſect.6. num.111.verſicul.Hoc tamen.*Zamoran. *de Compenſat.diſput.8.cap.7. num.5.*Diana. *Oper.moral.6.tractat.3. Reſolut.*150. ∫.4. Quippe tunc nõ fit injuria creditori, cum minimè abſolutè impediatur ſolutio, quamvis ob rationabilem cauſam retardetur; quo in caſu internuntius non debet præcavere, eò quod ſimul eſt creditor, & habet jus ſe compenſandi ex ſui debitoris bonis, quocumque modo ad ejus manus pervenerint, & fortaſſis ſi ſinat è manibus labi hanc opportunitatem, ſuum debitum numquã recuperabit. Sed animadverte quod hæc compenſatio poteſt fieri dumtaxat, ſi internuntius curet,nè alter creditor ſuum creditum amittat,vel monendo ipſum debitorem de effectu ſolutionis non ſequuto,vel alio quovis modo, vel ſi ſciat ille aliunde poſſe ſuum debitum commodè recuperare; quia videlicet ipſe 25 26 27

ſe chirographum habet, vel alia requiſita, quam cautelam ad hoc, ut hujuſmodi compenſatio fieri poſſit exigunt Zamoran. dicta *diſput.*8. *cap.*7. *num.*5. Diana dicta *Reſolut.*150 §.4. *in fine.* Lugo dicta *diſp t.*16.*ſect.*6.*num.*111.*in fine*. Hac cautelâ adhibitâ nõ ſolùm nõ refragatur nobis Vazquez. dicto *cap.*5.§.1.*dub.*8. *num.*47. Sed opitulatur, ut ſedulò perpendit Zamoran. dicto *num.*5.*in fine* Dum Vazquez lo-
28 co citato dixit hoc in caſu compenſationem fieri poſſe, ſi ille, cui debitum mittitur per internuntium ſibi compenſantem, poſſit aliunde debitum ſuum recuperare, quia ad ejus recuperationem habet requiſita neceſſaria. Siquidem aliàs compenſatio fieret in præjudicium, quod fieri non poteſt, ut latiſſimè dixi in *quæſt.*

SUMMARIUM

1 *Libertas quoad ſervorum manumiſſionem, in initio veteri legum diſpoſitione præcisè optabatur.*

2 *Infans eſſe debebat ille, cui competitura erat libertas.*

3 *Homo ante nativitatem nemo dici poteſt.*

4 *Juſtinianus Imperator ſervavit morem Antiquorum circa manumiſſionem, tam in infantibus, quàm in utero exiſtentibus.*

5 *Manumiſſio olim permiſſa non erat Dominis, licèt conſultribus.*

6 *Majores viginti annis an manumitti poterant?*

7 *Juſtinianus mutavit antiquum jus in manumiſſione.*

8 *Servi qua ætate manumitti poſſint?*

9 *Libertas licitè dari poteſt ab eo, qui teſtamenti factionis ætatem habet.*

10 *Diſpoſitio hæc ex duobus caſibus procedit: Primò, quoties pactum adeſt inter ſervum, & dominum, cui data eſt pecunia, vel ab ipſo ſervo, vel ab alio nomine ejus, ut libertatem conſequatur. Secundò, quoties dominus ſervo libertatem certo tempore largiri pollicitus fuit.*

11 *Diſputationem hanc duæ quæſtiones inſequuntur, ſecundùm Za*moranum.

12 *Servus poteſt licitè ſe ſubtrahere ab imperio domini, cui ſoluta fuit pecunia, & operas ei denegare.*

13 C*ompenſatio libertatis an fieri poſſit cum obligatione manumiſſionis.*

14 *Compenſatio ſervitii debiti à ſervo domino, qui ſe obligavit illum manumittere: an poſitivè liberet ſervum ab obligatione ſerviendi?*

15 *Servus quando liberetur ab obligatione ſervitutis, exiſtente ſervitio?*

16 *Dominus injuſtè ſervi dominium retinet, cum inter ipſum, & ſervum pactum manumittendi initum fuit.*

17 *Servus, cui dominus libertatem elargiri pollicitus fuit, an ſe furtim à domino ſubtrahere poſſit in foro conſcientiæ, cùm nunquam ſperet certo tempore libertatem conſequi?*

18 *Servus licitè poteſt ſe ſubtrahere à do-*

à dominio domini, cui, pacto inito, pecuniam ſolvi fecit.

19 *Servus, ſi per ſententiam Judicis, defectu probationis, vel aliã ob cauſam, libertatem ſibi à domino promiſſam recuperare nequeat, poteſt in foro conſcientiæ fugere, aſſerendo ſe eſſe in libertate, & tunc datur locus occultæ compenſationi.*

20 *Servus poſt compenſationem factam in foro poli, licèt non manumiſſus, ſtatim liber eſt.*

21 *Manumiſſio debet eſſe ex juſtitia, adeout valeat compenſatio.*

22 *Dominus, qui tenetur manumittere ſervum, ni manumittat, illi injuriam afficit.*

23 *Servus tuta conſcientia poteſt adaptari in quantùm in eo ſit, ad aſſequendam libertatem ex juſtitia ei competentem.*

24 *Servus non valens proſequi libertatem promiſſam, multis attentatis remediis, poteſt compenſatione uti, quia in hoc caſu libertas eſt debitum liquidum.*

25 *Servus ſubtrahendo ſe à ſervitio domini, ſubtractionem tantùm: an ſolutionem adhuc faciat?*

26 *Jura ſervis contra Dominos quãdo competant, ut implorent auxilium Judicis ad manumiſſionem.*

27 *Solutio omnimoda ſervitutis quãdo intelligatur favore ſervi?*

28 *Solutio omnimoda ſervitutis an in dubio intelligenda ſit favore ſervi?*

29 *Servus quando conſequatur omnimodam ſolutionem ſervitutis, ſubtrahendo ſe à domino animo nanciſcendi libertatem; an animo compenſandi damnum ob libertatem promiſſam non ſequutam.*

30 *Deceptus in pretio ultra dimidiũ poteſt in bonis decipientis facere occultam compenſationem.*

31 *Facientes occultam compenſationem debent obſervare conditiones requiſitas ad licitam compenſationem.*

32 *Emptores ſæpiſſimè quæruntur, quòd in emptionibus decipiantur.*

33 *Fraus, ſi in venditionibus interveniat, vel non, haud ſemper conſtare poteſt.*

34 *Confeſſarii debent eſſe multum cauti, atque attenti, quando tractant de occultis, ac ſecretis compenſationibus.*

ARGUMENTUM.

Utrùm propter violatam à domino Fidem circa Manumiſſionẽ, poſſit Servus via cõpenſationis ſe ſubtrahere propria authoritate à dominio Domini, vel ab ejus ſervitio?

QUÆSTIO XXIII.

Nativitatis quondàm primævum exordium, Veteri legum diſpoſitione in ſervo præciſe cernebatur peroptari; ad hoc ut libertas manumiſſionis beneficio conſequi poſſit. 1

Un-

2 Unde is, cui erat competitura libertas, juxta rationem juris, ſaltem infans eſſe debebat, ſecũdùm Text. in *l. Juris* 25. *ff. de Manumiſſ.* Quod ſummâ nititur ratione, cũ libertas hominis qualitas profectò dicatur, ut docuerunt Faber. in ſua *Juriſprudent. Papinian. tit.* 4. *princip* 1. *illat.* 3. Carranza. *de Vera human. part. natural. & civil. deſignat. cap.* 2. *num.* 19. Oſſuald. ad Donell. *lib.* 2
3 *cap.* 14. *lit* C. Nec homo verè dici queat ante nativitatem per Text. in *l. Cum inter veteres* 14. *C. de Fideicommiſſar. libertat.* Ideoque cum qualitas abſque ſubjecto eſſe nequeat Text. in *l. Pomponius. §. fin. ff. de Acquir. poſſ.* Ita in humanis eſſe debet, qui manumittendus fuerit, ut infert Narbona de *Ætat. ann.* 1. *queſt.* 14. *num.* 4. Sed Veterum morem circa manumiſſionẽ, ſuſtulit Ju-
4 ſtinianus Imperator, & tam infantibus, quàm in utero exiſtẽtibus, non tãtùm libertatem Latinam, ſed quoque eam, qua manumiſſi Romanam Civitatem aſſequebantur, largiri poſſe præſtituit, ac ſanxit in Text. in *l. Cum inter* 14. *C. de fideicõm. libertat.* Ut videre eſt apud Cujacium in *Fragment. tit.* 1. Cuellor. *de Manumiſſ. part.* 2. *num.* 54. Narbonam *de Ætat. ann.* 1. *quæſt.* 14. Carranzam *ubi ſupra. num.* 23. Connanum. *lib.* 2. *Comment. jur. civil. cap.* 6. *ante finem.*

5 Circa manumittentes etiam aliter olim ſancitũ invenimus, ſiquidem dominis, quamquam Conſularibus inſulis decoratis, haudquaquam permiſſa erat ſervorum manumiſſio; niſi vindicta apud conſilium cauſa ma- 6
numiſſionis fuiſſet approbata, aut anno vigeſimo majores extiterint Text. in *l. Si pater* 4. *§. Final.* Text. in *l. Si minor* 19. *ff. de Manumiſſ. vindict.* Text. in *l.* 1. *ff. de Offic. Conſul.* Text. in *§. Eadem. Inſtitut. Quib. ex cauſ. manumitter. non lic.* Id omne, quod elicitur ex generalitate legis Æliæ Sentiæ, de qua agit Narbona *de Ætat. ann.* 20. *quæſt.* 6. Et eruditiori, elegantiorique plectro immortalis Ramos *ad Leg. Jul. & Papiam. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. Non ſolùm in manumiſſionibus, quæ inter vivos fiebant locum habet, ut atteſtantur Cujac. *lib.* 10. *Reſponſ. Papinian.* Cuellor. *de Manumiſſionib. part.* 2. *num.* 59. Connan. *lib.* 2. *Commentar. jur. civil. cap.* 5. Schrader. in *Select. jur. civil. quæſt. tom.* 1. *tit.* 6. *num.* 5. Ameſcua. *de Poteſtat. in ſeipſ. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 6. Pileus *quæſt.* 130. *verſicul. Quod poſſit.* Sayrus. *lib.* 2. *de Cenſur. cap.* 9. *num.* 5. Faber. in *Juriſprudent. Papinian. tit.* 5. *princip.* 2. *illat.* 3. Verùm quoque, & in his, quæ ultimo vitæ elogio relinquebantur, ut refert Narbona ubi ſuprà.

Aſt hoc Juſtinianus paula- 7
tim immutavit, jubens licere viginti annis minoribus; decimo 8
ſeptimo tamen majoribus in teſtamento, quos libuerit ſervos manumittere Text. in *§. Final. Inſtitut. Quib. ex cauſ. manumitter. non lic.* Et exponit id Faber. loco relato *princip.* 8. Denique Ju- 9
ſtinianus ipſe præcepit eâdem ætate, quâ teſtamentum condere licet, licere etiam in eo teſtãti libertates, quas ei placuerit re-

relinquere Text. in *Authentic. Sed hodie qui manumitter. non poſſ.* Text. in *Novell.*119. *cap.*2. *ut Sponſalit. largit.*

10 His hocce præmiſſis modo, duobus in caſibus noſtram diſputationem procedere poſſe refert Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*4. *cap.*15. *num.* 1. Primo, quoties pacto inito inter dominum, & ſervum, data eſt illi pecunia, ſive ab ipſo ſervo, ſive ab alio ejus cauſâ, ut ſervo ipſi manumiſſionem largiatur. Secundo, cum dominus ſervo pollicitus fuit, certo tempore ſe illum liberaliter manumiſſurum, animo ſe obligandi: at nihilominus eo termino impleto manumiſſionem facere renuit. Et poſtea *num.*5. Zamoranus ipſe
11 hâc principalem hæſitationem, duas quæſtiones obſepere confitetur. Primam: an poſſit ſervus licitè ſe ſubtrahere, negando operas illis debitas, quamquam adhuc perſeveret apud dominum talis ſervi dominium. Secundam, utrùm poſſit ſervus iſte licitè, ac juſtè ſe ſubtrahere à domini dominio, eum fugiẽdo, & aſſeverando ſe eſſe in libertatem abſolutam, ob injuſtè ſibi negatam debitam manumiſſionem, viâ compenſationis.

12 Quod autem reſpicit ad primam diſputationis ſectionem, verum cernitur, manente adhuc dominio in dominum erga talem ſervum, poſſe hunc in dictis caſibus ſe à ſervitio domini ſubtrahere, denegando ei operas, quæ alioquin ei deberentur. Quippe cum dominus tunc ſervum manumittere teneatur, & non ejus uti ſervitio, nec eum ut famuletur compellere, haud demirandum eſt poſſe tunc ſervum à domini ſervitio ſe ſubtrahere, operas alioquin illi debitas abnegando. Et in illo caſu neu- 13
tiquam fit compenſatio libertatis cum obligatione manumittendi ſervum: at compenſatio fit ſervitii domino à ſervo debiti, 14
cum obligatione ex parte domini eum tunc manumittendi, ut fatetur Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*4. *cap.*15. *num.*6. Et hujuſmodi compenſatio ſervum poſitivè ab obligatione ſerviendi neutiquam liberat delendo, aut auferendo hujus obligationis fundamen, videlicet ſervitutem, ſed tantummodò negativè, dum eâdem ſervitute manente, ſervus ab ejuſmodi operum præſtatione liberatur, ob aliud debitum ex parte domini, cum quo fit compenſatio, teſte eodem Zamorano loco citato.

Nec obluctatur, quod ſervus 15
ab operum præſtatione tunc deobligetur, ſervitute ipſâ exiſtẽte, ſimul cum domini dominio in illum ſervum. Quippe reſpõdetur hunc dominum injuſtum retinere dominium illud; quoniam extemplò ſervum illum tenetur manumittere. Quapropter cum ſervo manumiſſionem 16
haudquaquam largiatur in ſervi præjudicium, tali dominio injuſtè utitur. Hoc enim explicuit Zamoranus exemplo ejus, qui alteri equum vendidit, & non tradidit, & ejus qui aliquid dare pollicitus fuit, & adhuc neutiquam dedit. Siquidèm iſti do-

dominium rei venditæ,aut pro-
miſſæ injuſtè retinent,& in em-
ptoris, vel promiſſarii præjudi-
cium injuſtè de illis diſponunt.

Quod ad ſecundam diſputa-
tionem attinet,in terminis à ne-
mine tactam fuiſſe atteſtatur
Zamoran. *de Compenſat. diſput.4.*
cap.15.num.7. Adjungens, quod
licèt à nullo Doctore pertracte-
tur: attamen ex iis, quæ circa
compenſationis juſtitiam à Do-
ctoribus tradūtur,ipſius reſolu-
tionem difficilem neutiquam
arbitratur. Siquidèm quoties
17 ſervus, cui dominus animo ſe
obligandi libertatem pollicitus
fuit, ſi ſevus iſte non poſſit, vel
non ſperet tempore quo ei fuit
promiſſa libertas, vel nunquam
libertatem adipiſci; in foro con-
ſcientiæ quit ſe furtim à domini
ſervitio ſubtrahere, & quoque
ab ejus dominio,aſſeverando ſe
eſſe in abſolutam libertatem,
quæ tunc ipſi ex juſtitia debe-
tur.

18 Hoc ipſum affirmandum eſt,
quoties ex pacto inito inter ſer-
vum, & dominum, à ſervo do-
mino pecunia eſt elargita, vel
à quovis alio ob eandem cau-
ſam, nimirum ad libertātem
emendam, ac comparandam.

19 Et tunc ſi ſervus per Judicem
jus ſuum probationis defectu,
aut aliâ ratione nanciſcendi ſpe
nequaquam potiatur: licet ei,
poteſtque in foro conſcientię fu-
gere, & aſſerendo ſe in liberta-
tem eſſe, à dominio domini ſe
ſubtrahere, quo in caſu in foro
interno datur locus juſtæ com-
penſationi debiti ſervitutis, ex
parte ſervi, cum obligatione
manumittendi eum ex parte
domini, ut docuit Zamoranus
dicta *diſputat.4.cap.15.num.7. in*
fine. Et poſtquam compenſatio
facta eſt in foro conſcientiæ ſer- 20
vus illicò factus eſt liber, licèt à
domino neutiquam manumit-
tatur; quoniam, ut addit Za-
moranus, ſufficit, quod manu- 21
miſſio ex juſtitiâ ſervo debea-
tur,quam manumiſſionem,cum
injuſtè dominus ſervo diffitea-
tur, is tunc in defectum Judicis
jure ſuo uti poteſt, teſte eodem
Zamorano.*dicta diſput 4.cap.15.*
num.7.in fine. Ratio eſt,quoniam 22
dominus ex juſtitiâ tenetur ma-
numittere ſervum, & ſi ei pro-
miſſam manumiſſionem nuſ-
quam exhibeat, ſervum injuriâ 23
afficit, quam tuta conſcientia
ſervus propulſare, atque repel-
lere poteſt,eo modo,quo illi poſ-
ſibile ſit, & quantùm ad aſſe-
quendam libertatem ei certò
ex juſtitiâ debitam neceſsè fue-
rit. Idcircò ad aſſequendam li- 24
bertatem, viâ compenſationis à
dominio domini poteſt ſe ſub-
trahere, ſi omnibus aliis mediis
tentatis, nullum ei ſuperſit ad
nanciſcēdam libertatem reme-
dium. Quippe in illo caſu liber-
tatis debitum ex juſtitiâ dicitur
certum, ac liquidum, quod ſuf-
ficit ad licitam compēſationem
faciendam,ad tradita per Men-
dum *Epitom.opinion.moral. verbo.*
Compenſatio. num.1. Rodriquez.
Summ.part.2.cap.49.num.1. Lu-
go.*de Juſtit.& jur.diſput.16.ſect.5.*
num.85. Molinam. *Eodem tra-*
ctatu. tractat.2.diſputat.691.verſi-
cul.1. Guzman. *Veritat.juris. ve-*
ritat.16.num.17. Caſtropalaum.

*Oper.moral.tractat.*32. *diſputat.*1. *punct.*16.§.3.*num.*6. Azor.*Inſtitut.moral.part.*3.*lib.*5.*cap.*15. *verſicul.Deinde.* Vazquez. *de Reſtitut.cap.*5.§ 1. *dub.*8. *num.*40. Fagundez. in 7. *Præcept. Decalog. cap.*30. *num.*2. Trullench. *lib.*7. *cap.*5.*dub.*5.*num.*4. Sotum.*de Juſtit. & jur.lib.*5. *quæſt.*3. *articul.*3. Filguera in *Summ. tractat.*29. *cap.*1.*articul.*3.*in fin.* Cum omnibus aliis à me congeſtis in *quæſtion.*1.*num.*21.

25 Nec huic debito plenè ſatiſfit, eò quia ſervus à ſervitio domini ſe ſubtrahat, ipsâ ſervitute ſubſiſtente; quoniam non eſt ſolum ſubtractio à domini ſervitio, quod tunc illi ſervo debetur; ſed benè omnimoda ſervitutis ſolutio, quæ per manumiſſionem fit in foro fori. Et
26 quando jura actionem contra dominos ſervis indulgent, ut ipſi Prætoris auxilio manumittant, omnimodam ſervitutis ſolutionem, ſervis tunc debitam
27 intendunt, cum quoties dominus ſervum manumittere reluctetur, ſervo adversùs dominũ conceditur actio, ut Judicis officio ad hoc dominus compellatur ſecundùm diſpoſitionem Textus in *l.Si is, qui, & l.Si quis. ff.de Manumiſſionib.* Text.in *l.*1.§.*Servos ff.de Officio Præfect. urb.* Text. in *l.Vix. ff.de Judiciis.* Ad quorũ jurium ornatũ adeſt notabilis deciſio Supremi Regii Collateralis Conſilii in hoc Regno Neap. quam accuratè refert, & expendit doctiſſimus J.C & Advocatus D.Franciſcus Maradei in *Annotat.& obſervat. ad ſingular. ſui Genitoris ſuper Regiis Pragmaticis Neap.ad Pragm.* 1. *de Servor. manumiſſ. fol.*364.
Et hanc omnimodam ſolu- 28
tionem ſervitutis habent ſemper omnes ſervi in votis, de quibus in dubio præſumendum vult Zamoranus, quod cum furtim à Dominis tunc ſe ſubtrahant id animo nanciſcendi libertatem operantur: Secus ve- 29
rò ut ſe eximant à dominorum ſervitio, cum animo compenſandi damnum, quod injuſtè patiuntur, propter non traditã eis à dominis promiſſam libertatem, ut atteſtatur Zamoran. *de Compenſationib. diſputat.*4. *cap.* 15.*num.*8.*in fine.*

Hîc ſubjũgendum eſt, quòd 30
ſi quis poſt emptam, vel venditam rem aliquam deceptũ fuiſſe, invenerit in pretio ultra dimidium, quod eſt clarum, ac manifeſtum, & quoque evidens eſt viâ litigioſa illud recuperare non poſſe: tunc profectò quit facere occultam compenſationem, ſubripiendo clam de bonis illius illud, in quo deceptus fuit: obſervans tamen conditiones, 31
quæ ad faciendam juſtam compenſationem requiruntur, de quibus agit Zamoran.*de Compenſat. diſput.*2. *cap* 2.& Ego in *qu.*1. Ut quoties damnum non fuit adeò exorbitans, ſolùm poterit cõpẽſare illud, in quo deceptus fuit, & pro quo ſæpè queruntur 32
emptores, quod decepti fuerint, moti ſolummodò amore intereſse proprii, magis quàm veritate facti, ut docet Rodriguez *Summ.tom.*3.*cap.*79. *num.*9. *concluſ.*9. *tit. de Vendition.* Quoniam verè, & realiter decepti 33
non

non fuere, quoniam ſæpe liquere nequit, dictã fraudem apertè fuiſſe factam. Quapropter admonet Rodriguez ubi ſupra,
34 quod Confeſſarii debent eſſe multùm cauti, ac attenti tractantes de his ſecretis compenſationibus, ut quoque adhortantur Cordub. *de Caſib. conſcient. quæſt.* 103. *& quæſt.* 11. Lopez. *Inſtruct. negotiator. lib.* 11. *cap.* 53.

SUMMARIUM

1 *Compenſatio ut locum ſibi vindicet in foro conſcientiæ, ſufficit, quod debitum ex lege juſtitiæ deſcendat.*

2 *Una ex conditionibus juſtæ compenſationis in foro conſcientiæ eſt, ut fiat ſine alterius gravamine, & præjudicio.*

3 *Monaſterium an poſſit compenſare omittendo de ſacris ſibi commendatis?*

4 Adducitur decretum Sacræ Congregationis Cõcilii Tridentini ſub Urbano VIII.

5 *Idem decretum explicatur.*

6 Dianæ *ſententia de ejuſmodi compenſationibus.*

7 *Dupliciter poſſunt ſacra commendari.*

8 *Commendatio ſi fiat nomine alieno, compenſatio in ſacris non licet.*

9 *Si verò nomine proprio, & ex propriis bonis commendentur ſacra, tunc eorundem compenſationem fieri licet.*

10 *Beneficiarius, ſi omittat recitare Divinum Officium, non tenetur fructus reſtituere: ſed poteſt facere compenſationem de eleemoſynis factis.*

11 *Eleemoſynæ qua mente dentur.*

12 *Quid verò ſi beneficiarius ex aliis cauſis debeat?*

13 *An liceat ejuſmodi compenſatio, ſi reſtitutio fieri debeat certæ perſonæ, aut piæ cauſæ?*

14 *Compenſatio utrùm procedat hæc ſi tempore factæ eleemoſynæ, vel poſtea Beneficiarius eam pro alio opere pio applicavit?*

15 *Donatio perfecta revocari nequit.*

16 *Compenſatio in alimentis quo in foro liceat, quove ſit prohibita?*

ARGUMENTUM.

Utrùm Sacerdos, qui aliter debitum nequit recuperare, poſſit in ſui debiti compenſationem retinere Miſſarum ſtipendium ſibi traditum ab ipſius debitore?

QUÆSTIO XXIV.

HUic quæſtioni breviter reſpondẽdũ videtur affirmativè, eò quia ad hoc ut locũ 1
ſibi vindicet compenſatio in foro conſcientiæ, ſufficit, quod debitum ex lege juſtitiæ deſcendat, ac ſit ex juſtitiâ debitum compenſanti Azor. *Inſtitut moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *quæſt.* 2. Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant. ad* ve-

*vener part.3 quæſt.3.§.3. num.*18. Trullench. in *Decalog.lib.7.cap.5.dub.5. num.3.* Sayr. *Clav. Reg. lib.9.cap.14.num.6.* Navarr. *Manual.cap.17. num.*113. Bonacin. *de Reſtitut. diſput.1. quæſt. ultim. punct.2.propoſit.2.n.*13. Sed ſtipẽdium pro Miſſis jam celebratis ex juſtitiâ in utroque foroSacerdoti celebrãti debetur,ut tradidit Diana. *Oper.moral.tom.2. tractat.1.Reſolut.32.§.1.* Ergo poteſt facere compenſationem.

Sed hoc non obſtante contrarium debet amplecti, ſcilicet Sacerdotem hanc cõpẽſationem facere non poſſe,ut tradunt Tãburin.*de Sacr.Miſſæ. lib.3.cap.1. num.*103. Zamoran. *de Compenſationib. diſputat.8.cap.11. num.1.* Diana. *Oper. moral. tom.2. tractat.1.Reſolut.22.§.2.*Et ratio eſt, quia ſi admitteretur hîc compenſatio fieret cum præjudicio illorum, pro quibus petitur Sacrificium, ut ſi petatur pro Purgatorii Animabus, vel pro impetranda alicui ſanitate, aut pro bono ſucceſſu alterius, qui omninò nihil debetSacerdoti com-
2 penſanti; & una è conditionibus juſtæ compenſationis in foro conſcientiæ eſt,quod fiat ſine alterius gravamine, ac præjudicio, ut docent Azor. *Inſtitut.moral. part.3. lib.5. cap.15. quæſt.2.* Zamoran.*de Compenſat. diſputat.2.cap.2. num.6. & diſput.9. cap.1. num.1.* Sed ſi in noſtro caſu hujuſmodi compenſatio admitteretur, fieret cum gravi damno, ac gravamine eorum, pro quibus hæc ſacra fiunt, ut patet optimè perpendenti.Ergo hæc cõpenſatio penitus tamquam injuſta, ac iniqua debet refelli. Idem dicendum eſt de quolibet debito; quippe licèt Sacerdos cum recuperare nequeat alia via; tamen non poteſt in compenſationem talis debiti retinere ſtipendium Miſſarum ſibi traditum ab ejus debitore,ob rationem ſuprà traditam.

Quid dicendum ſi contingerit 3
quod aliquis ſęcularis alicuiMonaſterio commendaſſet v.g.centum Miſſas, quæ poſtquam fuerunt celebratę Monaſteriũ aliquas fecit expenſas pro earum ſtipendio recuperando, eò quia commendãs ipſe illud ſolvere recuſabat.Nunc dubitatur: an ſi idem ſęcularis poſtea idem Monaſterio alia ſacra commendaſſet, poſſit dictum Monaſterium damnum ſibi illatum in ejuſmodi expenſis compenſare? Omittendo de commendatis ſacris tot quot ſufficerent ad factarum expenſarum ſatisfactionem. Huic dubio affirmativè reſpondent Lezzana in *Summ. quæſt.Reg.tom.4.verbo.Miſſa.num.*34.Peyrinus.*de Privileg.Minim. tom.3.cap.1.num.*37. Pellizar. in *Man.Regul.tom.2.tractat.6.cap.3. num.*50. Scilicet Monaſterium tunc compenſationem facere poſſe; quia in debitis ex juſtitiâ datur locus compenſationi Machad.*tom.1.lib.2. part.3. tract.23. document.5. n.5.* Diana. *Oper.moral tom.6.tractat.3.Reſolut.152.§.2.* Zamoran. *de Compenſat.diſput.2.cap.2.num.3.*Barthol.à S.Fauſt. in *Specul. diſp.2. quæſt.33. num.3.* Sed ſicut Sacerdos, accepto ſtipendio, tenetur ex juſtitia Miſſas celebrare; ita etiam eas commen-

mendans ex juſtitiâ ſtipendium ſolvere debet in utroque foro. Ergo Monaſterium tamquam in debito ſibi ex lege juſtitiæ rectè compenſatione uti poteſt; accipiendo in compenſationem ſtipendium,quod ei ſolvitur pro aliis ſacris iterum commendatis, & omittẽdo ex his tot, quot requirantur ad prioris debiti ſatisfactionem Pellizzar. Lezan. & Peyrin.ubi ſupra.

4 Huic opinioni mihi videtur refragari quoddam decretum Sacræ Congregationis Concilii Tridentini ſub Urbano VIII. pręcipiens, ac jubens, ut omninò, ac abſolutè dicantur,ac celebrentur tot ſacra, quot fuerint præſcripta ad rationem dati ſtipendii.

5 Sed huic objectioni reſpondent hujus ſententię aſſeclæ,dicendo hanc Congregationem intelligendam eſſe de Sacris debitis ex ſtipendio. Hic verò ſacra, quæ omittuntur ad faciendam juſtam compenſationem prioris debiti, aut damni illati circa expenſas ex ſtipendio debita dici nequeunt; quantominus ſolutum fuerit ſtipendium Miſſis reſpectivè correſpondẽs. Quippe jure compenſationis cedit hoc ſtipendium in prioris debiti ſolutionem. Nam quoad Miſſarum celebrationem,perinde ſe habet ſtipendium,ac ſi pro ſacris de novo commendatis revera non fuiſſet ſolutum.

Contrarium contra compenſationem ex Tamburin. *de Sacrif.Miſſæ lib.3. cap.1. §.3. num.* 103. Tradidit Diana. *Oper. moral.tom.2.tractat.1.Reſol.32. §.2.* Quia Miſſæ, quæ ſunt celebrandæ pro Anima purgante, vel pro impetranda alicujus ſanitate, quæ non erit,ut hi patiantur damnum tam grave ob delictũ debitoris illius, quamvis Anima,& infirmus ad eumdem debitorem pertineant.Unde Dia- 6
na aſſerit ſolummodò ipſe compenſationem hujuſmodi admitteret, quoties certò conſtaret totum damnum eſſe ſolius debitoris,& nullo modo tertii.

At Zamoran. *de Compenſat. diſput.8.cap.11.num.4.* Utramque ſententiam aliquid veritatis habere teſtatur; ideòque ambas diſtinctione facilè cõciliari poſſe, diſtinguendo titulos, quibus 7
Sacerdoti, qui aliâ viâ eſt ejus creditor, debitor ille hæc nova Sacra poteſt commẽdare. Quippe dupliciter poteſt commendari.

Primo modo nomine proprio, videlicet ex devotione, ex voto,vel juramento, ex propriis bonis illicò ſolvendo ſtipendiũ. Secundo, nomine alieno, & ex alienis bonis, ſcilicet ſi debitor fortaſſis ſit exequutor alicujus teſtamenti, in quo tot, vel tot ſacra fieri præcipitur, vel ſi debitor ab aliquo aliquam pecunię quantitatem pro certis ſacris faciendis inter Sacerdotes diſtribuendam reciperet. Si res hoc 8
poſteriori modo contingat, tũc dicit Zamoranus procedere hãc ſecundam Dianæ negativam opinionem; quippe tunc fieret compenſatio cum præjudicio tertii,qui nihil Sacerdoti debet, & fieret in bonis non debitoris, ſed alienis, quod dici nequit,ut di-

Digitized by Google

dixi *quæſt.*1. Maximè ſi pecunia pro his Sacris faciendis deſtinata non tranſierit in dominio cōmendantis; & licèt in ejus dominio tranſierit, hoc tunc debet fieri ſine veteris domini præjudicio, & translatio, quæ fit per mutuum, vel permixtionem fit, cum obligatione reddendi tantumdem, ut cum effectu omni explosâ compenſatione celebrentur, ſed hæc ſacra minimè celebrarentur, ſi ſtipendium earum præſtitum Sacerdoti ex bonis alienis, & alieno nomine, reciperet Sacerdos in compenſationem prioris debiti, quo cōmendans ex alio titulo ei teneretur Pellizar. in *Man. regul. tom.* 2. *tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 50.

Tango aras medioſque ignes, & numina teſtor.

5 Fiebat etiam aliquando juramẽtum per cineres idem Virgil. *lib.* 2.*Æneid.verſ.*431.

Illiaci Cineres,& flamma extrema meorum teſtor.

Propert.*lib.4.eleg.*12.

Teſtor majorum Cineres tibi Roma colendos.

6 Interdùm per defunctorum oſſa juramentum præſtabatur, ut patet ex Tibull.*lib.2.eleg.*7.

Parce per immatura tuæ precor oſſa Sororis.

Propert.*lib.2.eleg.*20.

Oſſa tibi juro per matris, & oſſa parentis.

7 Quandoquidem jurabatur per caput hominum Apul. *lib.*3. *de Aſin. aur. Adjuro enim tuum mibi chariſſimum caput,nulli me prorſus, ac ne tibi quidem ipſi adverſanti poſſe credere, quod quidquam in mea cogitaberis perniciem.* Catul. *de Com.Berent.*

Adjuro te, tuumque caput.

Virgil. *lib. 4. Æneid.*

Teſtor utrumque caput.

Et *lib. 9.*

Per caput hoc juro, per quod pater ante ſolebat.

Juvenal. *Satyr. 6.*

Non dum Græcis jurare paratis

Per caput alterius.

8 Nonnunquam per oculos jurabatur Ovid *lib. 3. Amor. eleg. 3.*

Argutos habuit, radiant, ut Sidus Occellos;

Per quos mentita eſt perfida ſæpè mibi.

Per quæ ſuos illam nuper juraſſe recordor.

Tibull, *lib. 3. eleg. 7.*

Et ſi perque ſuos fallax juravit Occellos.

9 Juratur quoque per ſanguinem, ut juravit Brutus per ſanguinem Lucretiæ, ut tradit Titus Livius *lib. 1. ab Urbe condit. cap. 59.* ibi: *Brutus, illis luctu occupatis, cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manentem cruore præ ſe tenens; per hunc, inquit, caſtiſſimum ante regiã injuriam ſanguinem juro.* Etiam juramẽtum præſtabatur per Styga Ovid *lib. 1. de Art. amand.*

Per Styga Junoni falſum jurari ſolebat

Juppiter.

10 Perſæpè juramentum fiebat per dextram Virgil. *lib. 7. Æneid.*

Per dextram Æneæ juro, dextramque potentem.

Horat. *lib. 1. epiſt. 7.*

Quod te per genium, dextramque Deoſque penates

Obſecro, & obteſtor.

Nam ſicut ait Plinius *lib. 11. cap. 45.* Ineſt hominis dextræ quædã religio, obſervatione Gentium.

11 Æthiopes per defunctos, quorũ corpora vitro ſervabant jurabãt, us refert Alex. ab Alex. *lib. 5. Dier. genial. cap. 10.* Et tamquã Deos colebant ſuſpicantes mortuorum animas in Deitates converti; domibuſque degere, ut patet ex Aul. Gell. *lib. 10. Noct. Attic. cap. 16.* Caſſiod. *lib. 1. Variar. cap. 39.* Apul. *de Aſin. aur. lib 9.* Etiam jurabatur per capillos, ut refert 12 idem Apul. *lib. 3.* ibi: *Adjuro vos per dulcem iſtum capilli tui nodulum, quo meum vinxiſti ſpiritum.* Per Junonem etiam jurari ſolebat Tibull. *lib. 4. eleg. 13.*

Hæc per ſancta tuæ Junonis numina juro.

Quæ ſola ante alios eſt mihi magna Deos.

Jurabatur quoque per Fata Vir- 13 gil. *lib. 7. Æneid.* Propert. *lib. 4. eleg. 7.* Et aliquando per Jovem lapidem Vives ad Div. Auguſtin. *lib. 2. de Civit. Dei. cap final. lit. E.* Sed nullum ſanctius, firmiuſque 14 juramentum, quàm quod pro filiorum ſalute concipiebatur Plinius *lib. 2. epiſtol. final. & l. 1. Longobardorum lib. 2. tit. 24.* Præcipit, ut nullus præſumat per vitam Regis, & filiorum ejus jurare. Et facit Tertullianus in *Apolog.* ibi: *Sed & juramus, ſicut non per geniũ Cæſarum; ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus geniis.* Licet per Cæſaris necem plebs cõtroverſias, pleraſque interpoſito per Cæſarem juramẽto terminabat, ut refert Sueton. in Julio. *cap. 15.* Et Claudius nullũ aliud eſſe credidit jus jurandum ſanctius, quàm per Numen Auguſti Sueton. in Claud. *cap. 21.* Multoties per genium jurabatur Ho- 15 rat. *lib. 1. epiſtol. 7.*

Quod

Quod te per genium obſecro, & obteſtor.

Quid ſit genium, vide latè apud Chavarri *Didaſcal. jur. tom. 1. cap. 4. num.* 19.

16 Apud Gentiles varias juramentorum formulas fuiſſe ex hiſtoriis dignoſcimus; tempore Romanorum per humani ſanguinis vino permixti potationem fiebat, ut refert Salluſt. *de Bell. Catilinar. fol mihi* 19. *ad finem*. ibi: *Fuere ea tempeſtate, qui dicerent, Catilinam, oratione habita, cum ad Jusjurandum populares ſceleris ſui adigeret, humani corporis ſanguinem vino permixtum in pateris circumtuliſſe; inde cum poſt execrationem omnes deguſtauiſſent; ſicuti in ſolemnibus ſacris fieri conſuevit, aparuiſſe conſilium ſuum.* Et quoque

17 tradidit Dion. Caſſ. *lib.* 37. Alia fuit apud Græcos formula juramenti, ut eſt illa, qua Agamemnon ſe purgavit à ſe intactam fuiſſe Briſeidem; & à Falthybio aptum Agamemnoni oblatum, & ab eo Atridem Agamemnona ſectas excidiſſe, obtuliſſeque Jovi, ut refert Homer. *Iliad* 19.

Scitote nunc Jupiter, *primus Deorum ſummus, & optimus*
Terraque, *& Sol, &* Eroynas, *quæ ſub terra*
Homines puniunt, quicumque perjurium jurarint.
Quod nequaquam ego puellæ Briſeidi manum intuli.
Neque cubilis occaſione uſus, neque alicujus alterius rei
Sederat intacta in tentoriis meis.
Si verò quid horum perjurium, mihi Dii mala dent
Dixit: & jugulum apro abſcidit ſævo ferro,
Hunc quidem Falthybius Canimaris in magnum fluctum
Jecit advolvens eſcam piſcibus.

Aliquandò per diviſionem duarum hoſtiarum, ut eſt illa, qua juraverunt Diomedes, & Uliſſes Trojanis ſervaturos illa, quæ Antenori pollicerentur, ut tradit Dictis Cratenſis *lib.* 5. ibi: *Teſtes invocarunt in eam rem Jovem ſummum, terramque matrem, Solem, Lunam, ac Oceanum fore; de hinc excisis in partes duas hoſtiis, quæ ad eam rem admotæ erant, itaut pars ad Solem, reſiduum ad naves ſpectaret, per medium tranſierunt.* 18

Apud Ethnicos jurabatur applicatione jurantis ad Altare, ut refert Polyb. *lib.* 3. *Hiſtor.* his verbis: *Pater Amilcar Antiochiæ parvum admodum me, cum ſacrificaret altaribus ad motum jurejurãdo degit, numquam amicum fore populi Romani.* Hoc confirmatur ex Cicerone in *Orat. pro Flac.* ibi: *Ergo his, qui ſi aram tenens juraret crederet nemo per epiſtolam, quod volet juraturus probabit.* Quod viguiſſe apud Græcos docuit idem Cicero in *Orat. pro Balb.* Unde Virgil. *lib* 4. *Aeneid.* 19 20

Talibus orantem dictis, araſque tenentem.

Et *lib.* 12.

Tango aras medioſque ignes, & Numina teſtor.

Apud Arabes hujuſmodi jurabatur, juxta Polyb. *lib.* 3. *Hiſtor.* ibi: *Si rectè, & ſine dolo malo hoc fœdus, atque hoc jusiurandum facio; Deus mihi cuncta fœlicia præſtet: ſin aliter aut ago, aut cogito: cæteris omnibus ſalvis, in propriis legibus patriis, in propriis laribus, in pro-* 21

propriis templis, in propriis ſepulchris, ſolus ego peream, vel lapis è manibus decidet. Et tunc projiciebant lapidem, quem habebant in manum.

22 Hunc morem in juramentis emittendis apud Romanos quoque viguiſſe conſtat, ut per hæc verba refert Feſtus: *Si ſciens falſo me Dieſpiter ſalva urbe, arceque bonis, eyciat, ut ego hunc lapidem.* Hoc etiam tradidit Eraſm. in *Chiliad. 2. cent. 6. ada. 33.* Cujus formulæ jurandi rationem refert Cicero. *lib. 4. Academ.* Et meminit Plaut. in *Aulular. act. 5 ſcen. 3.*

Si ego te ſciens fallam, ita me eyciat Dieſpiter
Bonis ſalva urbe, & arce, ut ego hunc lapidem. Satin
Jam feci tibi?

23 Alia formula jurandi erat per induitionem amicti purpurei, & facem ardentem, ut juratum fuit à Callipo in Aede Proſerpinæ à ſorore Dionis, & Arete uxore interpellatus, & adjuratus de nō nocendo Dioni, ut refert Plutarchus in *Vita Dionis* ibi: *Iſtæ autem volebant ut jurarent maximum juramentum, quod erat tale. Deſcendit in templum legiferarum, ut putabant Ethnici Dearum, is qui fidem daturus eſt, & interea cum ſacra, quæ clam fiunt amictum, ut dicunt Deæ purpureum induit, & tenens facem ardentem jurat.*

24 Apud Hebræos jurabatur manu ſuper fœmur impoſita, ut habetur in Geneſ. *cap. 24.* ibi: *Pone manum tuam ſuper fœmur meum, ut adjurem te per Dominum Cœli, & Terræ.* Et *cap. 47.* ibi: *Pone manum tuam in fœmore meo, &c.*

25 Juramentorum pluribus formulis jactis, theſis adoriar cardidinem, ne mihi aſciſcatur illud Lucret. *lib. 5. de Natur. rerum.*

Illud in his rebus, ne me arripuiſſe rearis.

Hæſitationis ſtatus eſt, quum quis juravit ſolvere debitum, & poſtea ex aliquâ causâ creditoris ſui creditor factus fuit: an ſi tunc ille petat creditum ſuum, iſte nō obſtante juramento poſſit opponere compenſationem abſque perjurii labe? Hocce modo apud Doctores, & præcipuè apud Delbene *de Jurament. promiſſor. dubit. 43. num. 1.* figuratur. Et duplex eſt Doctorum opinio. Prima eſt Canoniſtarum aſſerentium eum, qui juravit ſolvere compenſatione neutiquam uti poſſe, ſed juramentum adimplere teneri, eamque ſequuntur, ac amplexantur Gloſſa, Innocent. Jo. Andr. Butr. Ancharan. Imol. Felin. in *cap. Ad noſtram el primero. de Jur. jurand.* Pacific. *de Salvian. interdict. cap. 2. inſpect. 2. n. 313.* Ramon. *conſ. 36. n. 23.* Machell. *Patrocin. 37. num. 6.* Alderiſ. *de Contractib. tit. 2. cap. 10. num. 23.* Maurus *de Solut. cap. 2. §. 5. num. 13.* Berſan. *de Compenſat. cap. 2. quæſt. 11. num. 3. & quæſt. 8. num. 11.* Anſald. *de Juriſdict. part. 2. tit. 10. cap. 14. num. 22.* Intrigliol. *de Cenſibus. lib. 1. quæſt. 22. num. 8.* Reuſner. *conſil. 4. num. 25. volum. 2.* Maſul. ad Capyc. *deciſ. 167. num. 1* Sayr. *Clav. Reg. lib. 5. cap. 6. num. 24. verſicul. Alii in fine.* Marta. *tom. 3. Digeſtor. noviſſ. tit. de Compenſat. cap. 7.* Paris. de Puteo *de Reintegr. feud. fol. 51. col. 4. num. 24.* Alex. *conſil. 91. num. 15. vol. 2.* Aſſerens hanc eſſe communem opinionem. Cephal. *conſil. 47. num. 50. vol. 1.* Marſil-

26

ſil. ſing. 208. Roland. à Valle conſil. 6. num. 31. vol. 1. & conſil. 17. num. 14. vol. 2. Natta conſil. 57. vol. 1. Medina C. de Reſtit. quæſt. 3. cauſ. 12. Angleſ. Florib. part. 2. tract. de Reſtit. quæſt. Quis teneatur reſtituere: art. 2. dub. 3. definit. 20. concl. 3. Eamque tutiorem appellat. Gregor. Lopez. in l. 20. tit. 14. partid. 5. Luca. de Credit. diſcurſ. 46. num. 4. Gall. de Oblig. Cameral. quæſt. 18. num. 9. & ibi Zach. in Addit. num. 18. Rota apud Duran. deciſ. 404. num. 11. Buratt. deciſ. 717. num. 7. Honded. conſ. 18. num. 40. Mancin. de Jurament. part. 4. effect. 3. Trentacinq. Variar. tit. de Cempenſat. reſolut. unic. lib. 3. vol. 1. num. 7. & de Pignorib. & hypothec. reſol. 2. num. 13. Alba conſil. 288. Bertazol. de Clauſ. clauſ. 41. Barboſ. Vot. dec. lib. 2. voto 60. num. 25. Cotta. in Memorabilib. verb. juramenti religio. col. final. Gallerat. de Renunciat. cap. 5. num. 10. lib. 1. & lib. 5. cap. 4. num. 72. Ubi ait hanc opinionem eſſe magis receptam, tutioremque pro ſalute animæ Nevizan. conſil. 62. num. 26. Petruc. in l. 1. effect. 28. ff. de Jur. jurand. Jacobin. in l. Si compenſandi. C. de Hæred. inſtitut. Neguſant. de Pignorib. part. 5. col. 5. Tiraquell. de Leg. connub. gloſſ. 5. num. 182. Caſtill. Deciſ. Sicil. 118. num. 3. Thorus. conſil. unic. nu. 112. poſt votum 84. Galeota controverſ. 41. num. 13. Fulgin. de Jure emphyteut. de Solut. canon. quæſt. 1. nu. 303. Baverius de Virtut. jurament. num. 4. fol. 49. Scannarol. de Viſitat. carcerator. lib. 3. cap. 10. num. 15. Pratus Diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 6. num. 38. Purpurat. conſil. 118. num. 1. lib. 1. Mareſcot. Variar. cap. 121. num. 53. Neguſant. Sylv. reſponſ. quæſt. 177. num. 1. Genuenſ. Prax. forenſ. Eccleſiaſt. quæſt. 292. num. 1. Vivian. de Jure patronat. lib. 13. cap. 8. num. 195. Borrell. Summ. deciſ. tit. 60. num. 88. Zacchia. de Salar. quæſt. 104. num. 13. Novar. deciſ. 159. num. 10. Rodriquez. de Execut. cap. 6. num. 9. Gallup. Prax. part. 3. cap. 3. num. 11. Farinac. Repertor. judicial. quæſt. 36. num. 13. Suarez Commun. opinion. verb. Compenſatio. nu. 151. Graſſ. de Exceptionib. except. 16. nu. 27. ad fin. Regunſ. Quæſt. familiar. lib. 1. quæſt. 2. n. 3. Villalobos. Cõm. opinion. lit. I. num. 122. Borrell in Pragmat. Odia litium. §. 2. gloſſ. 1. num. 251. Tuſch. Practic. concluſ. lit. I. num. 81. Graſſ. Commun. opinion. cap. 7. quæſt. 17. Bongiorn. in Ritu 188. verſicul. Et ſtatutum loquens. Calvol. concluſ. 1. num. 57. §. Exceptiones quando debeant opponi. Bachovius ad Treutler. vol. 1. diſput. 25. theſ. 11. lit. A. Berſan. de Compenſat. cap. 2. quæſt. 2. num. 6. Crot. conſ. 139. num. 6. Ludovic. Deciſ. Umbriæ 15. Gozadin. conſil. 32. Jaſo. conſil. 134. vol. 4. & in l. Eum qui. §. Si juravero. ff. de Jur. jur. & in §. In bonæ fidei. col. penult. Inſtitut. de Act. Pariſ. conſil. 121. num. 37. vol. 1. Dicens hanc eſſe magis communem. Tiraquell. de Retract. verb. Payer. §. 3. num. 6. Aſſeverans hanc ſententiam eſſe crebriorem Gabriel. lib. 2. titul. de Jur. jurand. Offirmans eſſe magis communem Marian. in cap. Quædam de Jur. jurand. Aretin. conſ. 99. lib. 2. & conſ. 100. Matheſil. ſingul. 54. Hoſtienſ. in cap. Ad noſtram de Jur. jur. Jaſ. in §. In bonæ fidei num. 27. de Act. Corſet. in Repet. Rubr. de Jur. jur. privileg. 15. Socin. in l. Julianus. ff. de Condit. &

de-

demonſtr. Angel. in §. *In bonæ fidei n.* 1. *de Act.* Molinæus. *de Contract. quæſt.* 43. Aſſeverãs eſſe magis receptam Anton. de Fano. *de Pignorib. memb.* 5. *part.* 5. *num* 14. Ajens hanc eſſe magis communem, & ab ea recedendum non eſſe, licèt multùm ſit æqua contraria Vivius *Comm opin verbo* Juramentum. *verſicul. Promittens ſolvere.* Et pro hac ſententiâ deciſum fuiſſe refert in S.R.C. Neapolitano Afflictus *deciſ.* 381. & ibi Urſill. Lanar. *conſil.* 1 *num.* 22. Bottis ad Bart. in *l. Amplius non peti. ff. Rem ratam haber.* Bilocta *de Abſolut. juram. lib.* 2. *cap.* 16 *num.* 10. Rovit. in *Pragmatic.* 1. *de Cenſibus. num.* 20. Marilian. in *l. Quoties. num.* 211. *ff. de Jur. jur.* Riccius *Collect.* 1381. Marta. *de clauſul. part.* 1. *clauſula* 197. Kirkov. *Commun. opinion. tit. de Compenſat. num.* 12. Diana *part.* 10. *tractat.* 16. *reſol.* 60. Chriſtinæus *Deciſ. Belg.* 38. *num.* 6. *vol.* 3. Everard. *Loco à vi, & energia jurament. num.* 39. Sabelli *Summ. diverſ. tractat. §. Compenſatio. num* 16. Seraphin. *de Privileg. juram. privileg.* 74. *num.* 36. Gutierrez. *de Jurament. confirmat. part.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. & 7. Abbas in *cap. Verius. de Jur. jur.* & *in cap. Cum inter. num.* 4. *de Except.* Bald. in *l. Generaliter col.* 2. *C. de Epiſcop. & cleric.* Crem. *ſingul.* 117. Corſet. *de Jur. jurand. quæſt.* 8. Gigas. *de Penſionibus. quæſt.* 92. *num.* 2.

27 Hance equidèm affirmativam ſententiam, nimirum compenſationem juramento impediri, fundaminibus octo potiſſimùm præfulci elucelcit, quorum primum conſpicimus Text. in *cap. Ad noſtram. el primero. de Jure jurand.* Ubi quidam mutuo accipientes pecuniam, in pignus creditori quædam prædia conceſsêre, jurãtes nullum illaturos eſſe gravamen circa prædia, ac redditus, quouſque mutuatam pecuniam creditori perſolverent. Priuſquam mutuatam pecuniam reciperet creditor, non obſtante juramento coactus eſt, excommunicatione prædia, redditusque in pignus acceptos mutuatariis reſtituere. Præcepit ergo Summus Pontifex Rothomagenſi Præſuli, qui tulit cenſuram, ut ab ea abſolvat, acceptâ prius ſufficiente cautione, de ejus ſtando mandato. Poſtea ut reſtituerẽt prædia, ac redditus mutuanti, mutuatariis imperavit; uſquequo mutuata pecunia ſolvatur, nè amplius in perjuriis maneant, mutuanti inferentes moleſtiam. Denique juſſit, ut poſtquam pecunia fuerit ſoluta, moneat mutuantem, ut quod ultra ſortem recepit, mutuatariis reſtituat; & ſi parere reluctaretur, rurſus excommunicationis ſententia percellatur: donec præceptis obediat. Et hocce modo illius capitis habetur ſpecies, ex qua elicitur, quod qui juravit ſolvere, poſtea non potuit exceptione compenſationis uti, ut quoque retulit Zamoranus *de Compenſat. occult. diſput.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. *in fin.* Quoniam iis mutuatariis non permittitur fructus in ſortem compenſare, ſed ad realiter ſolvendum, ut juravere cõpelluntur, de cujus capitis interpretatione fusè agit Caballinus *milleloq.* 224.

Secundum Text. in *cap. Debitores. de Jur. jurand.* Quò habemus, 28

quod ſi quis juraverit ſolvere uſuras, quamvis hæ de Jure Divino, & Canonico vetitæ ſint: nihilominus cogendus eſt ad earum ſolutionem, licèt ſolutas repetere poſſit; ut confitentur hîc Gonzalez, Cujacius, & Abbas Caſtropal. *Oper. moral. diſputat. 4. num.* 8. Merenda. *lib. 1. Controverſ. jur. cap. 11. num. 6.* Forner. *lib. 3. Selectar. cap. 30.* Mancin. *de Jurament. cap. 211.*

29 Textum in *l. Si quis vel pecunia 11. C. de Depoſit.* Text. in *l. Final. C. de Compenſat.* Text. in *cap. Ultim. §. Sanè. de Depoſit.* Quibus in locis betur adversùs depoſitum nuſquam compenſationem recipi, ut latiſſimo calamo exornavi in *quæſt. 1. lib. 5. tom. 2.* Eiſque ſuffragatur de jure noſtro Hiſpano. *l. 5. & 27. tit. 14. partid. 5.* Idque vetatur ob ſpecialem bonam fidem; aut fidelitatem, quæ depoſitario ſervari debet; Text. in *cap. Bona fides de Depoſit.* Text. in *§. In bonæ*
30 *fidei Inſtitut. de Act.* At hæc fides longè ſtrictiùs ſervanda eſt in Dei reverentiam quum aliquid fuit ſub juramento pollicitum, ut optimè Zamoran. *de Compenſat diſputat. 2. cap. 3. num. 2. in fine.*

31 Quartum Text. in *cap. Pervenit. el ſecundo. de Jure jurand.* Ubi nemo poteſt, propriâ authoritate, juramentum commntare. Ergo qui juravit ſolvere, compenſare nequit. Nàm aliàs juramentum commutaret.

32 Quintum Text. in *cap. Cum contingat. de Jure jurand.* Ubi habetur, quod juramentum debet ſervari, quoties in ſalutis eternæ diſpendium non vergit, cum nullum vinculum fortiùs juramen-to non ſolùm apud Chriſtianos; verùm & Gẽtiles inveniri poſſit, ut enitet ex memorabili facinorẽ Lycurgi, qui ut æternitatem 33
legibus à ſe latis daret, jure jurando obligavit Civitatem, nihil eos de ejus legibus mutaturos priuſquam reverteretur: & ſimulavit ſe ad oraculum Delphicum proficiſci, conſulturum, quid addendum, mutandumque legibus videretur. Proficiſcitur autem Cretam, ibique perpetuum exilium egit, abjicique in mari oſſa ſua moriens juſſit, nè relatis Lacedæmonum ſolutos ſe Spartani religione jusjurandi in diſſolvendis legibus arbitrarentur, ut refert Juſtinus *lib. 3. de Hiſtor. Philippic. & tot. Mund. originib. cap. 3. in fine.* In caſu verò noſtro juramentum abſque ſalutis æternæ diſpendio poteſt ſervari; ergo debet ſolvere, & non compenſare Gonzalez. in *dict. cap. Cum contingat.* Cum ibi congeſtis.

Sextum depromitur ex Text. 34
in *l. Debitor. 4. ff. Qui potior in pign. hab.* Text. in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. cauſ.* Ubi habetur compenſationem, non veram, ſed fictã ſolutionẽ eſſe; ergo per imaginariam ſolutionem juramentum adimplere non poteſt, quoniam veram, realemque ſolutionem expoſcit Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 2. cap. 3. num. 2.*

Septimum hauritur ex Gloſſa 35
communiter approbata in *l. Si pecuniam. verb. Neceſse habeas. ff. de Condict. cauſ. dat.* Ubi obligatus ad factum ſub juramento, non ſatiſfacit præſtando intereſſe, quia intereſſe non venit ex natura primordialis obligationis; ſed dumtaxat ex mora.

Digitized by Google

36 Octavum evincitur ex Text. in *l. Final. C. de Compenſat.* Ubi adverſùs repetentem depoſitum compenſatio objici non poteſt ob maximam fidem, quam depoſitarius ſervare debet deponenti; eò quod plurimum ei credi-
37 derit. Unde ſi hoc propter fidem efficitur, à fortiori id militare debet in juramento, ubi major eſt adhibenda fides, cùm juramentorum religio ingens ſit apud omnes Nationes. Quippe Dei Numen, quod in juramento invocatur, nemo aſpernari poteſt Text. in *l. 2. C. de Reb. credit.*

38 Cum fide juramentum ſit ſanctiùs ut Bacchidem ad Lachem retuliſſe legimus apud Terentium in *Hecyr. act. 5. ſcen. 1.*

Aliud ſi ſcirem, qui firmare apud vos meam.
Poſſim fidem
Sanctius, quàm jusjurandum, id pollicerer tibi
Laches.

39 Contrariam enim negativam opinionem, nimirum haud quaquam juramentum per compenſationem impediri inſequuntur Oſſuald. ad Donell. *Comm. jur. civil. lib. 16. cap. 15. theſ.* 11. *lit. ff.* Treutler. *Selectar. diſputat. vol.* 1. *diſputat. 25. theſ. 11. lit. A.* Hahnius ad Weſſembec. *lib. 16. Digeſtor. tit.* 2. *num.* 10. Hunnius. *reſolut.* 25. *quæſt.* 27. Beſold. *Delibat. jur. ex lib. 16. Pandectar. tit. 2. verſ. Sic, & alibi.* Tyndar. *Opuſc. de Compenſat. artic.* 10. *verſ. Decimus octavus.* Zerol. *Prax. Epiſcopal. verb. Compenſatio.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat. 32. diſputat. 1. punct. 16. §. 2. num. 17. & tractat. 14. diſputat. 2. punct. 10. num. 5. verſ. Ad quartum in fin.* Sanchez. in *Decalog. lib.* 3. *cap. 11. num.* 11. Platea. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Matthias Stephan. *cent. 3. quæſt* 99. Rumelin *exercit.* 19. *ad Inſtit. theſ. 10. liter. A.* Marta. *tom. 3. Digeſtor. noviſſimor. tit. de Compenſat. cap. 7.* Marcus *quæſt.* 148. Caballin. *Milleloq.* 223. Ponte *conſil. 70. num.* 21. Baver. *de Virtut. juram. verſ.* 33. Cened. *collect.* 155. *ad decretal. num.* 1. Beroſus. in *cap. 1. de Uſur. num. 62. &* 68. Medices *de Compenſat. quæſt. 25. part.* 1. Rodriquez *de Ann. redditib. lib. 2. quæſt. 18. num.* 5. Caſtill. *lib. 3. Controverſ. cap. 23. num.* 77. Barboſa in *cap. Ad noſtram el primero. num.* 9. & Balboa. *num.* 28 *de Jur. jurand.* Aſin. *de Execut. §. 9. cap. 29. 40. &* 105. Faber. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Hodierna ad Surdum *deciſ.* 117. *num.* 15. Cyriac. *controv.* 441. *num.* 7. Panórmitan. in *cap. Cum dilectus. de Ordin. cognit.* Bert. *conſil. 1. lib. 1. conſil. 94. num. 7. col. 2. lib. 2. & conſil. 153. num. 11. lib. 2. & conſil. 44. col. 2. lib.* 4. Mynſinger. *num.* 20. & Pichard. *num. 36. in §. In bonæ fidei. de Act.* Larrea *deciſ.* 87. *num. 9. tom.* 2. Nevizan. 3. *Sylv. nuptial. verbo Monitoria. num.* 43. Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap.* 3. *num.* 4. Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicit. ad vener. part. 2. quæſt 3. §. 3. num. 13. &* 14. Diana. *Oper. moral. tom. 6. tractat. 3. Reſolut. 151. §.* 2. Uran. in *cap. Ad noſtram. num.* 10. *de Jur. jurand.* Moller. *ad Nov. Saxon. 8. num.* 1. Setſer. *lib. 1. de Jurament. cap. 25. num.* 100. Coppel. *de Compenſat. cap. 4. num.* 26. Duaren. *tit. ff. de Compenſat. cap.* 2. Faber. *lib. 12. Conject. cap.* 9. Molinæus. *de Uſur. quæſt. 43. num.* 322. Buſ. 7. *ſubtilit.* 11. *& ad l. 2. & 4. num.*

num. 1. *C. de Compenſat.* Vazquez. *lib.* 3. *Controverſ. uſufreq.* 64. *num.* 7. Barbat. *conſil.* 43. *col.* 10. *vol.* 2. Alex. *conſil.* 12. *vol.* 2. Roman. in *l. Eum, qui.* §. 1. *ff. de Jur. jur.* Ancharan. in *cap. Statutum.* §. *Si quidem. de Reſcript. in* 6. Cappel. Tholoſan. *deciſ.* 139. Afflict. *deciſ.* 121. *num.* 4. Imol. in *l.* 2. §. *penult. ff. de Donat.* Capyc. *deciſ.* 167. Tyndar. *opuſcul. de Compenſat. artic.* 7. *num.* 11. Alciat *conſil* 393. *num.* 3. Jaſo. in §. *In bonæ fidei. num.* 85. *Inſtitut. de Act.* Grat. *conſil.* 121. *num.* 12. *vol.* 1. Cuman. & Angel. in *l. Amplius non peti. ff. Rem rat. haber.* Fulgoſ. & Platea in §. *In bonæ fidei. de Act.* Bald. in *cap. Ad noſtram. el primero de Jure jur.* Imol. in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonſtrat.* Panormitan. in *cap. Cum inter. de Exception. cap. Ad noſtram. de Jure jur. col. ultim.* Navarra. *lib.* 3. *de Reſtitut. cap.* 1. *part.* 4. *dub.* 9. Sanchez. *Summ. lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 15. Gutierrez *de Jurament. confirmat. cap.* 6. *part.* 3. Bertrand. *conſil.* 44. *vol.* 1. *& conſ.* 116. *vol.* 3. Tyndar. *de Cõpenſat. artic.* 7. *num.* 12. Referens hanc eſſe veriorem, & æquiorem ſententiam Gloſſa Pariſienſ. §. 62. *quæſt.* 5. Olaſc. *deciſ.* 92. *num.* 33. Aſſerens hanc eſſe veriorem, & ſuſtentabiliorem Covarruv. in *cap. Quamvis pactum.* §. 4. *num.* 15. *part.* 1. *de Pact. in* 6. Merend. *lib.* 1. *Cõtroverſ. jur. cap.* 4. Cevall. *Comm. contra comm. quæſt.* 131. Bald. in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonſtrat.* Cancer. *part.* 3. *Variar Reſolut. cap.* 3. *num.* 54. Tuſch. *concluſ.* 488. *num.* 11. *lit.* C. Fachineus. *lib.* 1. *Controverſ. jur. cap.* 7. Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 560. Suarez. *tom.* 2. *de Relig. cap.* 37. *n.* 9. Salazar. *de Uſu, conſuetud. & ſtyl. Cur. cap.* 1. *num.* 69. Emmanuel Soarez *verbo Juramentum. n.* 2. Azor. *part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 8. *quæſt.* 10. Bonacin. *tom.* 2. *diſputat.* 4. *de Juramẽt. punct.* 16. *verſic. Tertio.* Sylveſter. *verbo Juramentum* 3. *quæſt.* 6. *& verbo* Juramentum 4. *quæſt.* 17. Sà. *Summ. verb.* Juramentum. *num.* 20. Rodriquez *Summ. cap.* 192. *num.* 4. Hanc eandem ſententiam inſequitur celebris noſter Don Emmanuel Gõzalez Tellez in *notis ad cit. cap. Ad noſtram. el primero. ſit B. verſ. Pecunia ſolvatur. de Jur. jur.* Vir clariſſimus, ac inter omnes Juris Canonici Interpretes celebrior, ac princeps; itaut jam cæteri omnes Exponẽtes nuſquam deſiderentur, cum iſte Theſaurus ſit. Opus numquam ſatis debitis encomiis affectum è Canonum, legumque almo tripode compactum, tum Patrum, tum Ethnicorũ Philologia, Gnomiſque in luſtre, in quo tamquam in locupleti, florentique penu aviditas literaria abundè ſatiatur. De quo, ac de ejus ſcriptis mihi videtur loquutum fuiſſe Plinius *lib.* 1. *Epiſt.* 22. dum dicebat: *Quàm peritus ille eſt privati juris, & publici? quantum rerum? quantum exẽplorum? quantum antiquitatis tenet? Nihil eſt, quod diſcere velis, quod ille docere non poſſit. Mihi certè quoties aliquid abditum quæro, ille theſaurus eſt. Jam quanta ſermonibus ejus fides? quanta authoritas? qui preſſa, & decora cunctatio? quid eſt, quod non ſtatim ſcias? & tamen plerumque hæſitat. Dubitat diverſitate rationum, quas acri, magnoque judicio ab origine, cauſiſque primis repetit, diſcernit, expendit.*

40 Hujuſcemodì namque opinionem his potiſſimum fundaminibus nixari contuemur. Primum fundamen eſt Textus celebris juxta Covarruviam in *l.4. §.Solviſſe. ff.de Re judicata*. Ubi Juriſconſultus, *ſolviſſe*, accipiendum eſſe ait non tantùm eum, qui ſolvit, verùm etiam omnem, qui eâ obligatione liberatus eſt, ſed his, qui compenſat liberatur, juxta diſpoſitionem Textus in *l. l Si conſtat* 4 *C.de Compenſation.* Text.in *l.Si peculium*. *§. De illo. ff. de Statu liber.* Ergo qui compenſat ſolvit, maximoperè quia compenſatio fit quantitatis ad quantitatem, etiam ad liberandum pignus Textus in dicta *l.Si conſtat*. & ibi Gloſſa, *C. de Compenſat.*

41 Secundum eſt Textus in *l.2. C.de Compenſat.* Quó is, qui judicati convenitur, pecuniæ ſibi debitæ compenſationem implorare poteſt. Ideòque ſi compenſatio locum ſibi vindicat, ubi debitum eſt & re judicata; etiam locum habere debet, quoties ex obligatione juratâ proficiſcitur; maximè, quia juramentum, & res judicata æquiparantur Textus in *l.2. ff de Jure jurand.* Text. in *l.Poſt rem judicatam. ff.de Re judicat.*

42 Tertium Textus in *l.Debitor 4.ff.Qui potior. in pignore habeant.* Ubi inter compenſare, & ſolvere nihil intereſſe elicitur ex illis verbis: *Nec enim intereſſe ſolverit, an compenſaverit.*

43 Quartū, huic opinioni opitulatur id, quod ex eo, quod debitor facto creditoris, qui quod nō debet, non ſolvit, non tantùm impeditur. Verum etiam jam impeditus eſſe videtur, quo minus ſua die ſolvat, & ſic inutilis eſt actio ei, per quem ſtat Textus in *l.Potior. §.ultim. ff.Qui potiores in pignore habeantur.* Unde quoties debitor facto creditoris impeditur ſolvere, nihil ei aſcribi poteſt. Dicitur ejus inutilis actio, per quem ſtat, quo minus quod ſibi debetur ſolvatur Textus in dicta *l.Potior* 11. *§.Final. ff.Qui potiores in pignore habeant.* Atqui debitor, qui compenſat facto creditori ſolvere impeditur. Si enim creditor, quod debet ſuo debitori ſolveret confeſtim etiam debitor viciſſim creditori ſatisfaceret, ideoque nihil debitori aſciſcendum, qui poſt juramentum de ſolvendo præſtitum compenſationem objectat.

Quintum Textus in *l:Dediſſe. ff.de Verbor.ſignificat.* Textus in *l. Vel permutavit. ff.de Liberal. cauſ.* Quibus in locis dediſſe intelligitur, qui compenſationem opponit. 44

Sextum poteſt elici ex eo, quod id, quod ſub conditione debetur, poteſt compenſari Textus in *l.Julianus. ff. de Condit. & demonſtrat.* Text. in *l.Si peculium. §.De illo. ff.de Stat. liber.* Et tamen conditiones in ſpecifica forma impleri debent Textus in *l. Mævius.& l.Qui hæredi ff.de Condit. & demonſtrat.* Igitur quoque quit compenſari, quod ſub juramento debetur. 45

Septimum, quia juramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur Text. in *cap. Quemadmodum. de Jur.jurand.* Sed compenſatio regulariter in omnibus debitis vindicat ſibi locum 46 47

cum Text. in *§. In bonæ fidei. de Act.* Ergo quoque debet admitti in debito juramenti nexu vallato.

48 Octavum Text. in *l. Debitor. ff. Qui potior in pign. hab.* Ubi juriſperitus ait nil intereſſe an ſolverit, vel compenſaverit, quod cũ ita ſit debitor, qui ſe ſoluturum juravit, meritò audiendus eſt, ſi velit compenſare. Quippe compenſationem objectando ſolvere cenſetur, cum inter compenſationem, & ſolutionem nihil interſit Textus in dicto *§. In bonæ fidei. de Act.* Text. in *l. Si conſtat. C. de Compenſat.*

49 Nonum fundamen eruitur ex eo, quod quamvis juramentum ſtrictè, ac in ſpecifica forma ſit adimplendum; nihilominus juramentum de ſolvendo ſatis ſervatur per compenſationem argument. Text. in *l Hæredi* 44. *l. Mævius* 53. *ff. de Condit. & demonſtrat.* Ubi habemus, conditiones in ſpecifica forma adimplendas eſſe, nec ſatis eſſe per æquipollẽs eas ſervare, ut tradit Delbene, *de Jurament. promiſſor. cap. 2. dubit.* 43. *num.* 24. Et tamen conditio ſolvendi per compenſationem adimpletur Textus. in *l. Si peculium* 20. *§. Quod ſi hæredi* 2. *ff. de Stat. liber.*

50 Decimum, poteſt exhauriri fulcimen ex eo, quod non videtur infidelis, neque perjurus, qui juſtè ab implendis promiſſis eſt impeditus Text. in *l. Final. ff. Qui ſatiſd. cogant.* Sed promittens tibi ſolvere decem juſtè impeditur ab implendâ promiſſione, ſed quia tu totidem debita non ſolvis; quoniam ut dixit Delbene *de Jurament. promiſſor. cap. 2. dubit.* 43. *num.* 4. Æquum haud eſt te velle aliorum debita extorquere tuis debitis nuſquam ſolutis. Igitur &c.

His præjactis, hujus poſterioris opinionis fulcimentis, pro priori negativa fundaminibus adductis reſpõderi poteſt minimè reluctari. Non opponitur primum ex Text. in *cap. Ad noſtram. de Jur. jur.* Quippe ideo ibi compenſatio denegatur ante veram debitæ quantitatis ſolutionem, quia non erat liquidum quantum creditor ex pignore percepiſſet. Id ex ipſius textus contextu poteſt hauriri, dum Pontifex juſſit, ut poſt pecuniæ ſolutionem, mutuans reſtituerit quidquid, deductis expẽſis, conſtiterit; tunc enim non conſtabat, & cum compenſatio non recipiatur, quando debitum non eſt liquidum Text. in *l. Final. C. de Compenſat.* Text in *l. Si debeas. ff. Eodem.* In præſenti locum habere non potuit; licèt videatur inferri dari non poſſe, quoties expenſæ deducendæ ſunt; quoniam donec non deducantur debitum liquidum dici non poteſt. 51

Reſpondetur ex Covarruviâ admittendo ſequelam in promiſſionibus juratis, in quibus compenſatio objectari nequit, niſi omninò, & ſtatim liquidò appareat, quod creditor fructus ex pignore perceperit; & hunc ſuſpicatur eſſe effectum juramenti: aliter aſſerendum ait in promiſſionibus neutiquam juramenti nexu vallatis, ſi cum veritate brevitas exprimatur. Et Covarruviæ adhæreſcit Delbene 52

de

de Jurament.promiſſor.cap.2. dubit. 43.*num.* 13.

53 Sed hæc Covarruviæ reſponſio minimè ſatisfacit; quoniam cum ſit juramentum promiſſio in acceſſorium, ejus naturam ſectatur Textus.in *cap.Acceſſorium* 47. *de Regul.jur.in* 6. Text.in *cap. Si ſuper gratiam. de Officio delegati in* 6. Text.in *l.Etiam. C.de Jure dotium*. Et promiſſio debiti ſolvendi recipit compenſationis exceptionem, quoties brevi tempore liquidari poteſt. Juramentum eaſdem conditiones debet habere: niſi à jurante excludantur. Quamobrem reſpondendum eſt cum Molina *de Juſtit.& jur. tom.* 2.*diſputat.*560. & cum Suarez *de Jurament.cap.*37.*num.*17. Videli-

54 cet, quod Pontifex non denegavit mutuatariis facere compenſationem de fructibus ex prædiis & ex perceptis redditibus à mutuante; & quamvis imperet Archiepiſcopo, mutuantem abſolvere cum reſtitutione prædiorũ, & redditũum, uſquequo ſibi à mutuatariis ſolveretur. Ex hoc enim neutiquam inferẽdum eſt, mutuatarios non poſſe compenſare fructus à mutuante perceptos cum ſorte. Præcipitur in dicto *cap. Ad noſtram*. Mutuanti prædia, reddituſque reſtitui, quia ei ablati fuêre priuſquam ſuam ſortem, deductis expenſis percepiſſet, quod reluctabatur juramento ab ipſo præſtito de non inferendo gravamine ſuper prædia, & redditus; donec illi pecunia ſolveretur. Inferebant gravamen ſiquidem prædia, & redditus ab illo auferebant: itaut nec in pecuniâ, neque in fructibus pignoris ſortem, deductis expenſis percepiſſet. Quippe ſi clarè cõſtiterit mutuantem deductis impenſis integram ſortem percepiſſe, non præciperet Pontifex, ut prædia cum redditibus mutuanti reſtituerentur, vel antequam mutuatarii à mutuante pignore auferrent, vellent compenſare redditus pignoris à mutuante perceptos hoc brevi tempore juxta Text.in *l.Ultim. C.de Compenſationibus*.Text.in *cap.Bona fides. de Depoſito.* Itaut parati eſsẽt ad ſolvendum, ſi fructus percepti à mutuante, mutuo dato nõ coęquarent. Neutiquam Pontifex ſentẽtiam Archiepiſcopi Rothomagenſis improbaret. Neque recenſeret mutuarios adversùs juramentum venire. Hoc obtinet in ſententia affirmante mutuatarios juraſſe pecuniam integram ſolvere mutuanti, eique nullum inferre gravamen circa prædia, & redditus; donec ſolveretur. Si dicatur mutuatarios illo haud ſe adſtrinxiſſe juramẽto de ſolvenda pecunia mutuata; ſed dumtaxat de non inferẽdo gravamen mutuanti quouſque ſolveretur, neutiquam ambigo tunc mutuatariis compenſationem eſſe licitam. Et quod in hoc Textu nulla mentio fiat: an mutuatarii juraſſent de ſolvenda pecunia; ſed tantùm de non inferendo gravamen in pignoribus probat Molina *de Juſtit.& jur.diſputat.*560.Et ſolùm oritur difficultas juxta Caſtropalaum in illis ultimis verbis Textus ibi: *Cum autem ei pecuniam ſic juraverunt perſolverint.* Ex quibus verbis videtur mutuatarios juraſſe de

ſol-

ſolvenda pecunia. Sed ſi rectè illa verba perpendantur, non orietur difficultas. Cum mutuatarii pecuniam mutuanti perſolverint ſicut juraverint abſque ullo gravamine illato in pignoribus ad reſtituendum quidquid, deductis expenſis, ultra ſortem recipere mutuans recipere conſtiterit inducatur. Denique ſi poneret mutuatarios juraſſe de nullo gravamine mutuanti inferendo quouſque pecunia ſolveretur in ratione pecuniæ diverſæ à valore fructuum ex pignore perceptorum, hoc eſſet mutuanti ſufficienter manifeſtum, ut ſic promiſſionem acceptaret, quo in caſu equidèm compenſationis exceptione uti non poſſent; quoniam tunc per juramentum eſſet illi renunciatum.

55 Ad hoc Textum in *cap. Ad noſtram*. Covarruvia aſſerit non fuiſſe admiſſam fructuum compenſationem ante debitæ quantitatis ſolutionem; quoniam nō dum erat liquidum quantùm ex fructibus percepiſſet creditor, cū compenſatio non habeat locum, niſi de liquido ad liquidum Textus in *l. Si conſtat. C. de Compenſationibus*. Et quod in *cap. Ad noſtram*. Non fuit liquida quantitas, quam ex pignoribus creditor acceperat, dignoſcitur eò quia ex fructibus erant expenſæ deducendæ, ut deprōmitur ex illis verbis: *Deductis expenſis*. Textus in *l. Fructus. ff. Soluto matrimonio*. Textus in *l. Sumptus. ff. de rei vindicat.*

56 Poteſt etiam reſponderi ad dictum *cap. Ad noſtram* cum Harpprectho in *§. In bonæ fidei. nu.* 28. *Inſtit. de Action.* Quò atteſtatur *cap. Ad noſtram* nihil urgere, quia in eo fructuum compenſatio, ante veram debitæ quantitatis ſolutionem, ideo admiſſa non fuit, quod non dum erat liquidum, quantum ex fructibus creditor percepiſſet, & compenſatio refellitur, ubi non agitur de liquido ad liquidum Text. in *l. Final. C de Compenſationibus*. Ergo &c. Hanc interpretationem licèt nō citato Harpprechto ſequitur Zamoranus *de Compenſationibus. diſputat. 2. cap. 3. num. 9. in fine*. Subnectēs debitum fructuum ex pignoribus perceptorum non potuiſſe forſan breviter liquidari, at & ejuſmodi liquidationem, expenſarumque deductionem, longiorem indaginem optaſſe; idcirco haudquaquam compenſationem admiſſam fuiſſe ante realem debiti ſolutionem, ſecundùm Text. in *l. Final. C. de Compenſat.*

Fachineus huic Textui conatur reſpondere, quod in *cap. Ad noſtram* non quæritur: an debitor poſſit compenſare fructibus in ſortem imputatis; ſed utrùm non obſtante juramento res oppignoratas vindicare poſſit, priuſquam ſolvat; dubitabatur, quia creditor perciperat fructus rei oppignoratæ; ſed nondum tot fructus percepit, qui deductis expenſis, ſortem æquarent, quod patet ex verbis Textus ibi: *Licèt autem de poſſeſſionibus illis, & redditibus, nondum ſortem deductis expenſis receperit.* 57

Aut dicamus cum Merenda ibi eſſe manifeſtā contrahētium voluntatē ne pignus repeteretur, an- 58

antequam pecuniam mutuatã, aliter quam per compenſationẽ fructuum reſtitueretur. Nam, is, qui mutuavit pro lucro fructus retinere volebat, ut apparet ex finitimis verbis Textus. Ideoque non eſt mirum, ſi compenſationis exceptio, & imputationem fructuum in ſortem non admittatur.

59 Vel juxta Grañam in *cap.1.de Feud. num.8.* Ideo in dicto *capit. Ad noſtram* admiſſa ab initio cõpenſatio non fuit; quoniam tempore, quo objiciebatur compenſatio, erat illiquida fructuum perceptio, ut exiſtimat Covarr. in *cap.Quamvis pactum. part.* 1. §.4.*num.*9. Aut quia in ſpecifica forma debitor pecuniam ſolvere juravit; quippe tũc fructuum compenſatio refellitur Text. in *l.Solutam* 49.*ff.de Solut.* Text. in *l.*1. §.*Ait Prætor.ff.de Re judicat.* Et animadvertit Cened. *collect.* 155. *num.*2. Vel quia interpoſitum ibi fuit juramentum à debitore, nè ſuper pignore creditor moleſtaretur, uſquequo credita pecunia ſolveretur. Quo in caſu compenſationi renunciatum videtur quaſi ſuper ea interpoſitum fuerit juramentum Abbas, Felinus, & Innocentius in dicto *cap.Ad noſtram. de Jure jurando.* Sanchez in *Decalog.lib.*3.*cap.*17. *num.*15. Graña in *cap.Cum Bertoldus miles. num.*3. *de Re judicat. & in dict.cap.Ad noſtram.*

60 Ad ſecundum fundamentum ex Text.in *cap. Debitores. de Iure jurand.* Reſpondetur in eo loco nil agi de compenſatione; ſed debitor tenetur ſervare juramẽtum, nec poteſt propriâ authoritate condemnare; quamquam Eccleſiaſticâ authoritate compelli poſſit ad reſtituendas uſuras.

Vel dic, quod nequit jurans 61 ſolvere uſuras, & uti compenſatione in illis ſolvendis, quouſque uſurarius ſit debitor. Nam non eſt debitor quouſque accipiat. Si datis quinquaginta, ut exemplificat Caſtropalaus: *Ex centum uſurario promiſſis.* Tum uſurarius eſt debitor quinquaginta. Reſpondet idem Caſtropalaus minimè conceſſum iri, quare in hoc uſurarum juramento, quia eſt de re non debita, excluſa videtur quælibet compenſatio cum illo debito injuſto. Aliter nullius eſſet effectus ſimile juramentum.

Ad tertium ex *cap.Pervenit* 62 2. *de Iure jurand.* Reſpondetur id fieri legis authoritate, nõ propriâ ipſius debitoris; quoniam lex compenſationem inducit ex æquitate Text. in *l.Inter tutores. ff.de Adminiſtrat.tutor.* Quùm potius noſtra interſit non ſolvere, quàm ſolutum repetere Text. in *l.*3.*ff.deCompenſationib.* Ad Text. in *l.Si quis vel pecunias* 11.*C.Depoſit.* & Text. in *l.Ultima. C.de Compenſationibus.* Reſpondeo 63 hoc fieri in depoſito propter maximam fidem, quàm depoſitarius deponenti ſervare tenetur; tum quia natura depoſiti id ſuadet, in quo depoſitarius tacitè, imo expreſsè promittit redditurum depoſitum, ſtatim, ac deponens voluerit, in quo fidem ſuam præſtat Text.in *l.*1.§.*penult.ff.de Depoſit.* Et deficeret in fide com- 64 penſationem opponendo, & differendo reddère depoſitum; cum gra-

grave ſit frangere fidem, ex qua Numina gaudere dixit Ovidius *Epiſtol. Heroid.* 20.

Non bove mactato cœleſtia numina gaudent;

Sed quæ præſtanda eſt, & ſine teſte fide.

65 Nec amicitia fide deficiente reperitur, quia ut dixit Cicer. *lib.* 1. *Rethor.* Animus ſine fide ſtabilis amicis eſſe non poteſt, cùm juris naturalis ſit fidem ſervari Proverb. *cap.* 20. & *cap.* 28. Luc. *cap.* 10. & *cap.* 16. Text. in *l.* 1. *ff. de Pact.* Text. in *l.* 1. *ff. de Conſtit. pecun.*

66 Ad quartum dico, authoritate legis id fieri, non propriâ ipſius debitoris, quia lex compenſationem inducit, ex æquitate nè quis cogatur ſolvere, & poſtea repetere Text. in *l. Ideo* 3. *ff. de Compenſat.*

Ad quintum reſpondeo, in hoc caſu ſervari juramentum, quia is, qui compenſat legis interpretatione ſolvere dicitur Text. in *l* 4. *ff. Qui potior. in pignor. hab.* Text. in *l. Si peculium. §. De illo. ff. de Stat. liber.* Text. in *l. Amplius nō peti. ff. Rem rat. hab.* Text. in *l. Solutionis. ff. de Solut.*

67 Ad ſextum concedendum eſt, obligatum ad factum non ſatiſfacere præſtando intereſſe; non quia intereſſe proveniat ex diversâ radice; ſed quia moraliter, ut advertit Caſtropalaus, eſt diſtinctum, & diverſum à facto, quod eſt promiſſum; at debiti remiſſio, loquendo moraliter, eſt æquivalēs quātitatis debitæ ſolutioni, eâque de causâ obligatus ſolvere ſatisfacit remiſſione debiti.

68 Ad ſeptimum reſpondetur. Nam quamquam compenſatio ſit ficta ſolutio; non tamen ſequitur eam fictam ſolutionem non ſufficere ad ſatisfaciendum promiſſioni juratæ de ſolvēdo, cum hæc ficta ſolutio, quæ per compenſationem fit, reali ſatisfactioni æris alieni æquiparetur. Conſequitur enim creditor quātitatem, quæ debitæ pecuniæ æquivalens eſt. Atque ideò etiā ſi juramentum ſit in ſpecifica forma ſervandum, ſatis per compenſationem, quæ eſt quædam realis ſatisfactio, ſervatur præſertim, quia, quod in ſpecifica forma impleri debet, ſatis impletur per formam, juxta mentem diſponentis, omninò æquivalentem, quod probatur in *l. Julianus. ff. de Condit. & demonſtr.* & *l. Peculium. §. De illo. ff. de Stat. liber.* Ubi apparet compenſationem ſimillimam eſſe; quoad omnes effectus juris, & facti veræ ſolutioni, nec aliter à verâ ſolutione differt; quàm quod tempore compenſationis vera numeratio non fiat, quæ tamen prius in effectu facta fuerat.

Ad octavum reſpondetur, illud ſpecialiter procedere propter uberrimam fidem, quam depoſitarii ſervare tenentur; quod à lege, ex contrahentium mente inductum videtur. Quippe & compenſatio, eâ quoque ratione in depoſito prohibetur, quod ſit contra depoſiti fidem, in quo id principaliter agitur, ut res depoſita præcisè deponenti reddatur argument. Text. in *l. Bona fides* 31. *de Depoſit.* Text. in *§. Præterea. Inſtitut. Quib. mod. re contrahit. obligat.* Quod ſic haud actum cerni- 69

tur in juramēto ſimpliciter præſtito, quod intelligi debet juxta ea, quæ actu jurato conveniunt, aut jure convenire poſſunt Text. in *l.Final. C.de Non numerat.pecun.* Text. in *cap.Quemadmodum* 25.*de Jur.jurand.*

70 Sed quamvis utraque Doctorum pars validis fundaminibus præfulciatur, ego quidèm ingenti ſolertiâ utriuſque Partis perluſtratis rationibus primę negativæ Canoniſtarum opinioni adhæreſco; nimirum jurantem ſolvere compenſatione uti nequiquam poſſe. Nam ſi quis id, quod debitori ſuo debet ſe ſoluturum juravit, ſive tunc cum debitori ſuo debitor factus fuerit; ſive poſtquam debitoris ſui debitor effectus eſt, id compenſare nō poteſt ex Obrectho *opuſcul.de Compenſat. theſ.*177. Amplectitur Mejerus *lib.*16. *Pandectar. tit.*2. *num.*9. Quippe ad quid Creperos poſcere tramites, quoties per tutam viam tranſire poſſumus. Compertum eſt per juramenti violationem peccatum patrari; cum ex Religionis juramenti contemptu multa mala oriri tradidère veteres Ethnici, præcipuè Heſiodus in *Theogonia.*

Juramentum, quod plurimum
mortales homines
Lædit quando quiſpiam volens
pejeravit.

Cujus violationem Furias ulciſci teſtatur idem Heſiodus in *Ergis lib.*2.

In quinta enim ajunt Furias obambulare,
Perjurium vindicantes, quod malum contentio
Genuit perjuriis.

Et equidèm verum eſt, quod de- 71
bitor, qui juravit ſolvere, à perjurii labe eximatur ſolvendò; ideoque hic eſt modus inveniendi cauſam peccati. De jure namque civile eſt maximè dubium, cum nullibi reperiatur cautum: an qui juravit ſolvere compenſare poſ-
ſit. De jure verò Canonico eſt, 72
expreſſum per Text. in *cap. Ad noſtram. de Jur.jur.* Ergo accedat hîc illa recepta regula, quæ habet; quod quoties aliquid eſt dubium de jure civili, & clarum de jure Canonico (ut in caſu noſtro contingit) tunc ſtandum eſt juri Canonico, etiam in foro civili Gaill.*lib.*1.*obſerv.*33. *num.*16. *& lib.*2.*obſerv.* 121. *num.*5. Allegans Text.in *cap.*1. *&* 2.*de Nov. oper.nunciat.* Gloſſ. in *cap. Per venerabilem. §.Rationibus verbo Venies.* Doctores ibidem *Qui filii ſint legitim.* Jaſo in *l.Filium, quem. num.*8.*C.Famil.herciſcund.* Maxi-
mopere quoties ſumus in rebus 73
ad animam concernentibus; & dubia in meliorem partem ſunt interpretanda Text.in *l Cùm creditor. ff.de Furtis.* Text. in *l.Proximè. ff.de his, quæ in teſtament. delent.* Text. in *cap Eſtote.de Regul.
jur.in* 6. Et quoties verſamur in 74
opinionum conflictu tutior pars eſt eligenda Text. in *l.Si fuerit. §.Ultim. ff. de Reb.dub.* Text. in *cap.Invenit. de Sponſalib.* Text. in *cap.Ad audientiam. de Homicid.* Hæc enim opinio mihi videtur verior, & tutior in foro conſcientiæ; ac proinde teſtatur Gutierrez in judicando, & conſulendo ab ea non eſſe recedendum per
dictū *cap.Ad noſtram*. Ubi adeſt 75
expreſſa juris Pontificii deciſiò;

ma-

maximè, quia opinio contraria
reperitur damnata, ſecundùm
Alex. relatum ab Afflict. *dec.* 381.
Et pro noſtrâ opinione judica-
tum fuiſſe refert in S.R.C. Nea-
politano, cujus authoritas per ſu-
premos Europæ Senatus fœlici-
ter advolat Jaſo in *l. Cum. n.* 5. *ff.
de Jur. jur. qui* §. *Si juravero.* Aſſe-
rit per dictum *cap. Ad noſtram.*
Reprobatam eſſe Bartoli ſen-
tentiam Corſet. in *Rubric. de Jure
jurand. num.* 39. Ait, quod per *cap.
Ad noſtram.* Bartoli opinio con-
funditur, cum in ſpecifica forma
ſit ſervãdum juramentum Text.
in *cap. Ad noſtram. de Jur. jurand.*
76 Magno exponeretur periculo,
qui per æquipollens illud adim-
pleret; cum ſit tam fragilis jura-
mẽtorum materia; maximè quia
jurans de ſolvendo, poſtea com-
penſando videtur, aliud in ore,
& aliud in intentione habere;
quod eſt omninò contra juramẽ-
tum. Nam in juramento non de-
bet intentio verbis; ſed verba
intentioni deſervire Text. in *cap.
humanæ* 11. 22. *quæſt.* 5. Et ſemper
eſt ſervandum, dummodò in diſ-
pendium ſalutis æternæ nõ ver-
gat Text. in *cap. Quanto.* & *cap.
Cum contingat* 28. *de Jur. jurand.
cap. Quod David* 22. *quæſt.* 5. Cum
77 maxima fuiſſet olim apud om-
nes juramenti religio, quod Ro-
manæ eloquentiæ Pater teſtatur
lib. 3. *Offic.* his verbis: *Nullum vin-
culum ad aſtringendum fidem majo-
res noſtri jurejurando arctius eſſe
voluerunt.* Id indicant leges in
duodecim tabulis, indicant ſacra,
indicant fœdera, quibus etiam
cum hoſte devincitur fides, indi-
cant notationes, animadverſio-
neſque cenſorum, qui nulla de
re diligentius, quàm de jure ju-
rando judicabant. Et juramen- 78
to regi Civitatem teſtatur Ti-
tus Livius *lib.* 1. *ab Urbe condit.
cap.* 21. ibi: *Ut fides, ac jusjurãdum
proximo legum, ac pœnarum metu,
Civitatem regerent.* Quo alludit
Ovid. *lib.* 2. *Amor. eleg.* 2. Dum di-
xit carcerem pectora fide caren-
tia coërcere:

*Squalidus orba fide pectora car-
cer habet*

*Graviſſimum ſanè inducatur per-
jurii crimen.*

Graviuſque homicidio apud D. 79
Thom. *lib.* 1. *art.* 18. Et profectò ex
tionibus validiſſimis. Cum per-
jurium ſit tranſgreſſio præcepti 80
prioris tabulæ, & ex eo honori, ac
reverentiæ Dei detrahitur; ideo-
que injuria fit Deo, quæ omnibus
aliis eſt major, quibus offenditur
proximus, ſecundùm D. Pau-
lum. *Omnis controverſiæ finis eſt
juramentum.* Igitur ſequitur ma-
jus crimen perjurium, quàm ho-
micidium. Perjuriis pœnitentia
talis imponitur, qualis pro adul- 81
terio, fornicatione, ac homicidio,
ut tradit Gregor. *Syntagmat. jur.
lib.* 50. *cap.* 5. *num.* 5. Et in Sacra
Pagina perjurii prohibitionem
videmus Deuteron. *cap.* 5. *verſ.* 11.
Levit. *cap.* 19. *verſ.* 12. Exod. *cap.*
20. *verſ.* 7. Matth. *cap.* 5. *verſ.* 3. Ju-
rans ſolvere, & poſtea compen- 82
ſare volens, deficit in veritate,
quæ eſt principaliter ex juramẽ-
ti Comitibus, quia ait D. Hiero-
nym. 22. *quæſt.* 2. *Animadverten-
dum eſt, quod jusjurandum hos ba-* 83
*beat Comites, veritatem, judicium,
atque juſtitiam: ſi iſta defuerint, ne-
quaquam juramentum erit, ſed per-
ju-*

84 *jurium.* Et] qui pejerare paratus eſt, antequam juret perjurus eſt, quia Deus non ex operibus judicat; ſed ex cogitationibus,& corde Chriſoſt. 22. *quæſt*. 5. In dolo jurat, qui aliter facturus eſt, quã
85 promittit, cum perjurium ſit, nequiter decipere credentem Sever. Epiſc. *cap*. 22. *quæſt*. 4. Et habemus in lege Dei deſcriptum: *Non pejerabis in nomine Dei tui;* Ideo admonendi ſunt omnes, ut diligenter caveant, nè perjurium committant Text. in *cap. Habemus* 2. *quæſt*. 1.

86 Adnotandum eſt hîc, quod de quodam perjuro, qui in animo conceperat re ipſa nondum animo admiſſa Juvenal. *Satyr*. 13. ſcripſit.

Spartano cuidam reſpondit Pythia Vates
Haud impunitum quondam fore, quod dubitaret
Depoſitum retinere, & fraudem jure tueri
Jurando: quærebat enim, quæ numinis eſſet
Mens; & an hoc illi facinus ſuaderet Apollo?
Reddit ergo metu, non moribus, & tamen omnem
Vocem adiſti dignam templo, veramque probavit
Extinctus tota, pariter cum prole, domoque
Et quamvis longa deductis gente propinquis,
Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.

Quò reſpiciens Sophocles cecinit hocce modo.

Appoſito jure jurando cautior, & diligentior
Animus ſit. à duobus enim ſibi tum cave,
Et nec lædat amicos, & ne peccet in Deos.

Quo circa ille Romanus Eques id perpendens miſeros pejerantes appellavit Tibullus *lib*. 1. *eleg*. 9. 87

Ah! miſer & ſi quis primo perjuria celat
Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.

Idipſum ferè commemorat Propertius *lib*. 2. *eleg*. 16.

Perjuras tunc ille ſolet punire puellas
Deceptus, quoniam flevit & ipſe Deus.

4 Si aliquis ita apud alterum pecuniam, oleum, vel triticum deponat, vel quidpiam aliud in genere

nere ſuo functionem recipiens, conſiſtens in numero, pondere, vel menſurâ; eâ tamen lege, ut quandocumque voluerit, tantundem ejus bonitatis reſtituatur? Hic enim contractus potius mutuum, quàm depoſitum dicetur. Quapropter depoſitarius virtute illius, haudquaquam tunc eandem rem numero reſtituere tenebitur: ſed aliam quamlibet, dummodò ſimilem, reſtituendo liberatur; ſcilicet rem, quæ ſit ejuſdem bonitatis, functionis, ac ſpeciei. Ex quo infert Zamora-
5 nus ubi ſupra *num.* 8. Occultam compenſationem in ejuſmodi depoſito optimè fieri poſſe per illius depoſitarii creditores. Hujus rei ratio eſt, quoniam depoſitarius, tunc fit dominus rei illius, quæ apud ipſum depoſita fuit, & in eo caſu depoſitum abiit in mutuum, atque in creditum ſecundùm Text. in *l. Certi condi-ctio* §. *final.* Text. in *l. Die ſponſaliorum ff. Locat.* Et apertius dignoſcitur ex Textu in *l. In navē Saupbeli ff. Locat.* ibi: N*am ſi quis pecuniam*
6 *numeratam ita depoſuiſſet, ut neque clauſam, neque obſignatam traderet, ſed adnumeraret, nihil aliud eum debere, apud quem depoſita eſſet: niſi ut pecuniæ tantundem ſolveret &c.*
7 Quando alicui aliquid cuſtodiendum traditur numeratum, ponderatum, aut menſuratum: ſed clauſum, vel obſignatum, tunc verè depoſitum dici poteſt, ut elicitur ex Text. in *l.* 1. § *Si pecuniam.* Text. in *l. Si ſacculum. ff*
8 *de Depoſit.* Idcirco tunc non erit licitum depoſitario uti tali depoſito; nec hujus depoſitarii creditores poterunt facere occultam compenſationem in eo; quoniam hoc adverſaretur juſtæ, ac rationabili deponentis voluntati, qui rem ſuam depoſuit ad ſolam cuſtodiam: ſecus verò ad uſum depoſitarii. Præſertim cum hujuſmodi compenſatio occulta fiat, inſcio penitus depoſitario, poteſt accidere, ut deponenti damnum irreparabile obtingat, ſi forſan depoſitarius probet, rē depoſitam fuiſſe furto ſublatam abſque ejus culpa, & ſic deponēti ſoli debere perire. Quocirca talis cōpenſatio cum tertii præjudicio fieret, ut fatetur Zamoran. *diſputat.* 7. *cap.* 4. *num.* 14. *in fine.* 9

SUMMARIUM

1 *Compenſatio, ut ſit juſta, deſideratur, quod fiat in rebus propriis ipſius compenſantis; vel ſaltem in eo, quod ipſi debitori debetur.*

2 *Compenſatio fieri non poteſt in rebus alienis, quæ propria conſtant ſpecie.*

3 *Compenſatio an fieri poſſit in re aliena, quæ functionem recipit in genere ſuo.*

4 *In doctrina occultæ compenſationis habenæ non ſunt nimis laxandæ.*

5 *Occulta compenſatio an fieri poſſit in re aliena extante apud debitorem compenſantis permixta, & confuſa cum alia re ipſius?*

6 *Et quid quando mixtio, vel confuſio dominium facit commune?*

7 *Requiſita ut liceat fieri compenſatio in re, cujus dominium ob mixtionem eſt commune.*

8 *Compenſatio an fieri poſſit in re alie-*

alien a uſu conſumptibili depoſita apud debitorem compenſantis?

9 *Et quid ſi res fungibilis, quæ datur cuſtodienda, clauſa ſit, vel obſignata?*

ARGUMENTUM.

Utrùm Compẽſatio juſta poſsit fieri in aliis rebus, quam proprii debitoris?

QUÆSTIO III.

1 HUic quæſtioni breviter reſpondetur, quod ad hoc, ut compenſatio ſit juſta, requiritur, quod fiat in rebus propriis ipſius compenſantis, vel ſaltem in eo, quod debetur ipſi debitori, ſecus verò in rebus omninò alienis, ut docent Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.2. cap. 12. dub. 10. num 59. verſic. Tertia* Trullench *in Decalog. lib. 7. cap. 5 num 5. dub. 5.* Lugo *de Juſtit. & jur. tom 1. diſput. 15. ſect. 5. nu. 90,* Machad *lib. 2 part. 3 tract. 22. docum 5. num 5.* Azor. *Inſtitut. moral part. 3. lib. 5 cap. 15. verſic. Deinde.* Guzman. *Verit. jur. veritat. 16. num. 21.* Vazquez *de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 41. verſic. Denique.* Zamoran *de Compenſat. diſputat. 2 cap. 2. num. 5. & diſputat. 7. cap. 1. nu. 1.* Molina *de Juſtit. & jur. tract. 2. diſput. 691. n. 1. verſic. Quinta:* Sylveſter *Summ. verbo Furtum. qu. 13. nu. 17.* Bonacina *de Reſtitut. diſputat. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. num 19.* Navarr. in *Manual. cap. 17. num. 113.* Quippe alias compenſans non tam à debitore ſuũ debitum exigeret, quàm à quocumque alio, qui nihil compenſanti debet; cum omnes fateantur neminem poſſe via compenſationis alienum accipere, nec quod apud debitorem extat in pignus, depoſitum, vel commodatum, quod procedere ait Za- 2
moranus in rebus uſu non conſumptibilibus, quæ alterius ſunt, & extant in propria ſpecie penes debitorem compenſantis, ſive juſtè, ſive injuſtè, quia harũ rerum dominium manet apud earum dominum, quo reluctante in alium nequit transferri; maximoperè, quia hæ res pro debito minimè ſint obligatæ, quo debitor compenſanti tenetur; & cum hujuſmodi res in genere ſuo functionem non recipiant, non poteſt colligi dominum compẽſationi aſſentiri. Zamoran. *de Cõpenſat. diſputat. 7. cap. 1 num. 1. in fine.*

Sed an poſſit fieri juſta com- 3
penſatio in re aliena uſu cõſumptibili extante apud furem, vel uſurarium, non permixta cum rebus ipſorum? & affirmandum videtur, quia hujuſmodi res uſu conſumptibiles extantes apud furem, vel uſurarium quodammodo ipſorum eſſe videntur, quatenus licitè eas poſſunt conſumere, & alienare, licèt cum onere reſtituendi ſimiles in ſpecie, & æquè bonas. Quippe tunc poteſt creditor iſtius furis, vel uſurarii in illis rebus facere occultam compenſationem, ſi nullum aliud remedium ei ſuperſit conſequendi ſuum debitum, dummodò tunc fur, & uſurarius maneant potentes reſtituere res ſimiles ejuſdẽ ſpe-

ſpeciei, valoris, ac quantitatis Zamoranus *de Compenſationibus diſputat.7.cap.2.num.* 5. Ratio eſt, quia per hanc compenſationem non infertur damnum antiquo domino; nec ejus conditio fit deterior; cum fur, & uſurarius maneant potentes reſtituere eaſdem res in ſpecie, & bonitate. Deinde fur, & uſurarius licitè poſſunt in hoc caſu ſolvere illud debitum huic creditori ex his rebus uſu conſumptibilibus,& ipſe creditor poteſt ex manu furis, vel uſurarii accipere hujuſmodi ſolutionem. Ergo qua de cauſa non poterit eam in compenſationem clàm, propria authoritate, quoties aliter debitum ſuum recuperare non poteſt? Sed his non obſtantibus contrarium mihi placet,ſcilicet quod in hoc caſu locum non habeat compenſatio per regulam ſuprapoſitam, quod ad hoc, ut licitè fieri poſſit compenſatio debet fieri in rebus ipſius creditoris, & non alterius, Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.* 5. *dub.5.num.5.*Navarr.*Manual. cap.* 17.*num.* 113. Molina *de Juſtit. & jur.tractat.* 2. *diſputat.* 691. *num.* 1. *verſ.Quinta* Vazquez *de Reſtit.cap.* 5.§.1 *dub.8.num.*41. *verſ. Denique* Azor.*Inſtit.moral.part.3.lib.*5.*cap.* 15.*verſ. Denique.* Sed ſi hic fieret compenſatio admitteretur in rebus non debitoris, ſed alterius, quod dici nequit, ut docent Authores ſupra relati, & quamvis Zamoranus primam ſententiam amplectere videatur, tamen poſtea in dicta *diſputat.7.cap.2.num.*
4 5.*in fine.*Subnectit id, quod prius dixit de prima ſententia non tam gratia definiendi, quàm diſputandi dicta eſſe, quoniam in materia occultæ compenſationis habenæ non ſunt nimis laxandæ; præcipuè in hoc caſu fur, & uſurarius non debent compelli ad ſolvendum debitum ex alienis rebus extantibus apud ipſos in propria ſpecie; nec fur,nec uſurarius validè alienare poſsūt, nec conſumere res uſu conſumptibiles; quæ extant apud ipſos, licèt per talem alienationem non reddantur impotentes reſtituere; ex qua opinione, quæ probabilior & communior eſt,infertur in ejuſmodi rebus, eò quia ſunt alienæ, & non debitoris,non poſſe juſtè fieri occultam compenſationem, ut tradit Zamoran.*de Compenſat. diſputat.7.cap.2.num.6.* ex Covarr. in *cap.Peccatum.part.3.num.2.& 3.* Navarra *de Reſtit.lib.3.cap.4. num.* 214 Sanchez.*Summ.lib.2.cap.23. num.* 34. idem firmat idem Zamoran.dicto *cap.2.num.*12. *in fine.* Dum dicit non poſſe creditores furis, vel uſurarii facere abſolutè occultam compenſationem in ejuſmodi rebus.

Nunc videndum eſt : an poſ- 5
ſit fieri occulta compenſatio in re aliena extante apud debitorem compenſantis,permixta, aut confuſa,cum alia re ipſius? Et reſpondetur,quod quoties mixtio, ſeu confuſio eſt talis, ut transferat dominium,& faciat rem ſolius poſſidentis, tunc licitè, ac juſtè fieri poteſt compenſatio, in re,quæ ante mixtionem erat aliena.Nam talis amplius aliena dici non poteſt, ſed efficitur propria ipſius debitoris; quamvis cum onere, & obligatione ſolvendi tantumdem illi, qui ſuam rem ibi

ibi habet permixtam Zoran. *de Compenſat.diſput.7.cap.3.n.*10. Ubi hoc reſtringit, niſi per hanc compenſationem debitor impotens fiat reſtituendi alteri extimationem ejus partis, quam in eo cumulo permixto, ſeu confuſo habet,& habebat ante dictã commixtionem, idque noverat compenſans. Quippe is in cumulo habet jus hypothecæ,ac prælationis, ut ſibi ante omnes creditores ex cumulo ſatisfiat. Præterea compenſatio abſque alterius gravamine fieri debet Azor. *Inſtitut.moral.part.3.lib.5.cap.*15. *quæſt.*2. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*2.*num.*6. At habenti partem in cumulo maximum ſequeretur gravamen, ſi per compenſationem debitor impotens redderetur,talis partis ei æſtimationem reddendi Zamoran.*diſputat. 7.cap.3.num.*10.*ad finem.*

6 Quando mixtio, ſeu confuſio dominium facit commune, tunc in tali re compenſatio licitè fieri non poteſt, quoniam tunc fieret cum gravamine alterius, qui etiam pro indiviſo eſt dominus talis rei, & nihil compenſanti debet; quippe cùm neuter dominus abſque alterius conſenſu rem diſtrahere poſſit, verè fieret contra jus iſtius Zamoran. dicta *diſputat.* 6. *cap.* 3. *num.*11. Et cum commodum, ſeu talis rei, detrimentum ad utrumque dominiũ pertineat; alteri ex dominis ea compenſatio poſſet eſſe damnoſa; quoniam diminuitur cumulus communis abſque ſpe reſtitutionis in ipſius præjudicium; ut ſi debitor talis compenſationis factæ eſſet ignarus crederet cumulum furto fuiſſe diminutum, atque ideo vellet damnum eſſe commune, ſicuti & emolumentum foret;quod eſſet in præjudicium alterius domini, qui nil debet compenſanti.Zamoran.*diſputat.6.cap.3.num.*11. *in fine.* Per accidens compenſatio facta in re, cujus dominium ob mixtionem eſt commune, licita eſſe poteſt; dummodò juxtà Zamoran.*loc.cit. num.*12.obſerventur tria.

Primum, ut hæc compenſatio fiat in rebus uſu conſumptilibus, quæ in genere ſuo functionem recipiunt, & ob artis, vel naturæ ſimilitudinem una in loco alterius ſubrogatur,ut dicit Oynotom.in §.*In bonæ fidei num*.30. *Inſtitut.de Act.*Quoniam in his præſumitur conſenſus domini alterius, ut poſſidens de communi cumulo aliquid diſtrahere poſſit, dummodò caveatur ne per hoc damnum incurrat. Secundum, ut debitori conſtet; id quod de cumulo deeſt,à creditore ſuo acceptum fuiſſe in ſui debiti juſtã compenſationem. Tertium, ut debitor ſit talis, ut prudenter de eo credatur, quod de ſuo alteri reficiat domino, damnum, quod ei obvenit ex hujuſmodi compenſatione. Sed in talibus compenſationibus hæc tria raro concurre animadvertit Zamoranus, quoties dominium rei,in qua fit compenſatio eſt commune; quia facilè præſumi non debet debitorem reſarcire damnum,pro eo, quod ipſe debet juſtam interveniſſe compenſationem;quapropter in dicto *cap.*3. *num.* 12. *in fine.* Admonet hujuſmodi compenſationes eſſe merito diſſuadendas.

Quid

8 Quid dicendum de re aliena uſu conſumptibili depoſita apud debitorem cõpenſantis; an in ea fieri poſſit compenſatio. Cui difficultati reſpondetur, quod quoties dominium rei depoſitæ manet in deponente, qui nihil debet compenſanti, cum ante realem uſum talis depoſiti, non tranſeat in depoſitarium dominium illius rei; toties creditor hujus depoſitarii non habet jus ad faciendam occultam compenſationem in tali depoſito Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 7. cap. 4. num. 6* Aliter dicẽdum eſſet ſi rei depoſitæ dominium in depoſitarium ſit translatum, ſive per mixtionem cum aliis rebus ipſius, ſive quia eam ex facultate domini deponentis in mutuum accepit; ſive quia cum domini conſenſu ea uti cæpit; nam in his caſibus cum res non ſit aliena, ſed propria depoſitarii, tunc poterit ejus creditor, ſi alia via debitum ſuum conſequi nequit, facere in tali re compenſationem occultã, quod permittit Zamoran. ubi ſupra, dummodò per hoc depoſitarius non reddatur impotens, deponenti tantumdem æqualis bonitatis, cum petierit reddere. Sin autem depoſitum in mutuũ abjerit, tunc cum depoſitarius ſit dominus rei depoſitæ poteſt ejus creditor in tali depoſito facere occultam compenſationem Zamoran. *de Compeuſat. diſputat. 7. cap. 4. num. 8.*

9 Si alicui tradatur aliquid cuſtodiendum, numeratum, ponderatum, aut menſuratum, ſed clauſum, vel obſignatum, tunc depoſitum eſſe videtur, ut eluceſcit ex Text. in *l. 1. §. Si pecuniam* Text. in *l. Si ſacculum. ff. de Depoſit.* In quo non licebit facere occultam compenſationem per creditores hujus depoſitarii; quoniam deponentis voluntati refragatur; quippe cum hæc compenſatio fiat inſcio depoſitario ex ea poteſt proficiſci deponenti irreparabile damnum; ſcilicet ſi depoſitarius probet rem depoſitam fuiſſe furto ſublatam, abſque illius culpa, ideoque deponenti, dumtaxat perire debere, igitur fieret compenſatio hæc cum tertii præjudicio, quod non eſt dicendum Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 2. cap. 2. num. 6. & diſputat. 7. cap. 4. num. 14. in fine.* Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2.*

SUMMARIUM

1 *Compenſatio occulta ad hoc ut valeat facta in bonis fidejuſſoris debitoris, debet eſſe abſque gravamine illius.*

2 *Fidejuſſor debet ſervari indemnis quantum eſt ex parte recurſus ad debitorem principalem, pro quo, & cujus loco tunc ſolutionem fecit, & à quo ſolutum repetere poteſt.*

3 *Fidejuſſor licèt ex vi contractus fidejuſſores ſolvere debeat, tamen conceſſo ſibi recurſu ad principalem debitorem, quod pro eo ſolvit repetere poteſt.*

4 *Compenſatio occulta, ſi ita fieret in bonis fidejuſſoris, ut nullum ſupereſſet remedium, ad principalem debitorem recurrendi, qui debitor ratione mandati ipſi tenetur; nequaquam fieri poſſit ſi-*

milis compenſatio abſque ejus gravamine.

5 Compenſatio occulta, ſi nocumentum afferat fidejuſſori, dicitur illicita.

6 Occulta compenſatio in bonis fidejuſſoris debitoris, quoties ex ea illi damnum infertur, non erit licita.

7 Occulta compenſatio adversùs fidejuſſorem, ad hoc ut valeat, debet damnum illius caveri, aut res ſecretò illi demonſtrari, aut alio quovis modo, ut fidejuſſor ſibi conſulat.

8 Compenſatio facta in bonis fidejuſſoris mei debitoris, valet adhibita cautela.

9 Fidejuſſorem meum in foro fori, cedendo ei actionem adversùs principalem debitorem, ad hoc ut repetat quid pro eo ſolvit, compellere poſſum.

10 Debitor principalis quoties vel ſolvendo non eſt, vel rixoſus, ita ut difficulter conveniri poſſit; fidejuſſor conveniri poteſt, ante excuſſionem in bonis illius.

11 Fidejuſſores ſi plures ſint pro uno debito: & unus pro omnibus ſolvit, habet contra illos locum occulta compenſatio.

12 Debitor qui ſolvit in ſolidum totum debitum, ut fidejuſſor principalis debitoris, una cum aliis fidejuſſoribus, in foro fori, nequit contra illos agere, niſi priùs ipſi cedantur actiones: ſecus verò in foro poli.

13 Actionum ceſſio quare à Legumlatoribus inventa?

14 Solventes loco aliorum ex fidejuſſoria obligatione in foro interno non indigent actionum ceſſione, ad hoc ut conſequantur partes, ſeu portiones viriles; nã æquitas naturalis non poſtulat hoc.

15 Debiti unius ſi plures ſint fidejuſſores conſtituti pro indiviſo, ſinguli poſſunt conveniri pro portionibus virilibus. Et hoc tam in jure communi, quàm in jure Regni viget.

16 Fidejuſſor ſolvens totum debitum in ſolidum cenſetur ſolvere, ut ſibi à reliquis confidejuſſoribus fiat contributio.

17 Æquitas naturalis quum petit, ut abſque ſpeciali ceſſione; atque ipſo jure actiones tranſeant in verè ſolventes loco aliorum?

18 Molinæ opinio refertur.

19 Obligatio reficiendi damnum datum contra juſtitiam commutativam, in foro poli naſcitur ex ipſa juſtitia, & ante omnem Judicis ſententiam.

20 Obligatio reſtituendi, vel reſarciendi aliquid in foro externo haud naſcitur ante judicis ſententiam.

21 Injuria offendens proximum qualis ſit?

22 Injuria, & proximi offenſio conſiderata præcisè à quocumque damno illata proximo, uti reluctatur juſtitiæ, ita etiam materia, objectumque juſtitiæ vindicativæ.

23 Proximo injuſtè vexato, vel aliquod damnum habenti, propria authoritate compenſatione occulta uti licitum eſt.

24 Proximus injuriam patiens, abſque jactura, vel damno, occulta compenſatione uti prohibetur.

25 Compenſationem occultam faciens aliquis ob injuriæ cauſam abſque damno; ad reſtitutionem, & damna, quæ inde ſequuntur, omnino tenetur. De-

26 *Delinquens nihil ante Judicis ſententiam offenſo tradere debet.*

27 *Offenſus ad pœnam exigendam jus habet.*

ARGUMENTUM.

Utrùm liceat facere Cõpẽſationem occultam in re fidejuſſoris mei debitoris. Et an injuriatus pro injuria, & offenſa ſumptis præcisè à damno dato, poſſit in foro conſcientiæ authoritate privata facere occultam compenſationem?

QUÆSTIO IV.

1 AD hoc ut occulta compenſatio fieri poſſit, licitè, ac juſtè in bonis fidejuſſoris mei debitoris, quoties nullum aliud remedium ſupereſt, neceſse eſt, ut prædicta compenſatio occulta fiat abſque illius gravamine, ſiquidem compenſatio hæc in alterius damnum fieri non poteſt, ut atteſtantur Sayrus *Clav. reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſ. Sexta.* Trullench. in *Septim. præcept. Decalog. lib. 7. dub. 5. cap. 5. num. 7.* Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 10. num. 60.* Vazquez *de Reſtit. cap. 5. §. 1. dub. 8. num. 41. verſ. Secundo.* Cardinal de Lugo *tom. 1. de Juſtit. & jur. diſputat. 15. ſect. 15. num. 88.* Sylveſter. *Summ. verb. Furtum. quæſt. 13. num. 17.* Azorius *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5 cap. 15. quæſt. 2.* Sotus *de Juſtit. & jur. lib. 5. artic. 3. cap. 3.* Navarrus in *Manual. cap. 17. num. 113.* Bonacina *de Reſtit. diſputat. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. num. 20.* Molina *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 601.* Ita ut fidejuſſor ipſe ſervetur indemnis, quantum eſt ex parte recurſus ad debitorẽ principalem, pro quo, & cujus loco tũc ſolutionem fecit, & à quo ſolutum repetere poteſt. Et quamvis fidejuſſor ex vi contractus fidejuſſori, tunc ſolvere debeat; attamen id intelligendum eſt conceſſo illi recurſu ad debitorem principalem, ut quod pro ipſo ſolvit repetere poſſit tamquam fidejuſſor illius, haud eo per ipſum creditorem impedito; quo minus hac viâ ſibi conſulere poſſit.

4 Si verò compenſatio hujuſmodi ita fieret in fidejuſſoris bonis, ut nullum ſupereſſet remedium, ad principalem debitorem recurrendi, qui debitor ratione mandati ipſi tenetur: nequaquã fieri poſſit ſimilis compenſatio abſque gravamine; nec poterit ſe indemnem ſervare: Ideoque illa compenſatio illicitè facta diceretur, ut ſuſpicatur Zamoranus *de Compenſat diſput. 7. cap. 7. §. 2. num. 37.* Ratio hujus eſt, quoniam fidejuſſori nocumentum afferret: ſiquidem cùm prædicta compenſatio ſit occulta jure ſibi conceſſo uti minimè poteſt. Quapropter Sanchez *lib. 2. conſil. moral. cap. 4. dub. 48. num. 3. in fine.* Aſſeruit, quod ſi pro aliquo debito eſſem fidejuſſor Petri, & ille renueret ſol-

Digitized by Google

ſolvere, eò quia creditor tantum-
dem illi debebat; occultam com-
penſationem tunc illicitè faceret,
quoniam mihi fidejuſſori noce-
ret, cum creditor poſſit tunc me
convenire. Igitur à fortiori erit
6 illicita compenſatio facta occul-
tè in bonis fidejuſſoris mei debi-
toris, ſi ei aliquod damnum ſe-
queretur, cum nulla ſupereſſet
via, ut illum indemnem redde-
ret per recurſum ad debitorem
principalem. Quamobrem ut op-
timè ſcribit Zamoran. dicta *di-
ſputat. 7 cap 7. num. 37. in fine*. Ad
7 hoc ut hæc compenſatio licitè, ac
juſtè fieri poſſit, & ut fidejuſſor
ſervetur indemnis, ut hoc dam-
num caveatur, curandum eſt,
vel manifeſtando ei rem ſecretò,
ut fidejuſſor ſibi conſulat; vel alio
quovis modo, ſecundum ea, quæ
tradidit idem Zamoran. *diſputat.*
8 *2. cap 2 num. 11* Hac porrò caute-
lâ adhibitâ pro illius fidejuſſoris
indemnitate haudquaquam di-
cetur illicita compenſatio facta
in bonis fidejuſſoris debitoris,
nec pro illo debito. Quippe ex vi
fidejuſſoris contractus, illud mi-
hi tunc ſolvere fidejuſſor debet:
& in foro fori illum compellere
9 queo, cedendo illi actionem ad-
verſùs principalem debitorem,
ut repetat ab illo, quod ejus loco
mihi ſolvit, fidejuſſoriam obliga-
tionem adimplens.

10 Quoties verò debitor princi-
palis ſolvendo non eſt, aut rixo-
ſus, ita ut difficulter conveniri
poſſit: tunc in illius bonis priùs
excuſſionem facere non eſt ne-
ceſse priuſquam fidejuſſor conve-
niatur, teſte Gomez. *Variar. Reſo-
lut. cap 13. num. 14. limitat. 5.* Ideo
que minimè refragaretur juſti-
tiæ; nec per ſe illicitum erit fa-
cere compenſationem occultam
pro debito meo in bonis illius fi-
dejuſſoris: dummodò ex hujuſ-
modi compenſatione ita facta,
haud fidejuſſori aliquod immi-
neat gravamen, quod compen-
ſans tunc evitare teneatur. Quan-
do enim plures fidejuſſores dati 11
ſunt ejuſdem debiti pro indiviſo:
tunc ſi unus illorum totum de-
bitum in ſolidum ſolvit, in foro
poli datur locus compenſationi
occultæ contra alios confidejuſ-
ſores, ad hoc ut ei, quod ille lo-
co aliorum ſolvit, ſinguli profe-
ctò contribuant; nempè portio-
nes viriles, ut ſolvit Zamoran. di-
cta *diſputat. 7. cap. 7. § 2 num 39.*
Et hoc fit ad hoc, ut cæteri con-
fidejuſſores indemnes ſerventur,
& ut à debitore principali repe-
tere poſſint.

Pro qua reſolutione animad- 12
verte, quod quamvis in foro ex-
terno ille, qui voluit inſolidum
totum debitum tanquam fidejuſ-
ſor debitoris principalis, unà cũ
aliis fidejuſſoribus nequeat age-
re adverſùs confidejuſſores, ut
contribuant, ac ſibi ſolvant, quod
una cum ipſo tenebantur ſolve-
re creditori loco debitoris; niſi
priùs ipſi cedantur actiones; at
in foro conſcientiæ poteſt id pe-
tere à confidejuſſoribus etiamſi
ei non cedantur dicto modo 13
actiones, quarum ceſſio ſolùm
inventa, & introducta eſt à Le-
gumlatoribus pro foro externo,
nempe ut qui creditori ita ſolve-
rent loco aliorum, haberent ex
eo capite actionem in tali foro
ad recuperandum ab eis, quod
eo-

14 eorum loco ita ſolviſſent. In foro autem conſcientiæ id minimè videtur neceſſarium. Nam æquitas naturalis poſtulat, ut verè ſolventes loco aliorum ex fidejuſſoria obligatione, non maneant in dicto foro deſtituti convenienti remedio ad recuperandum, quod loco aliorum ſolvere ſunt coacti; eo vel maximè quod dicti cõfidejuſſores tenētur re vera ſolvere, & contribuere ſecundùm viriles portiones, quando multi ſimul dati ſunt fidejuſſores ejuſdem debiti pro indiviſo:
15 quo caſu ſinguli ſolum poſſunt conveniri pro virili, ideſt ſecundùm viriles portiones, ut tam de jure communi ex Epiſtola Adriani Imperatoris, quàm de Jure Regni Caſtellæ conſtat ex dictis à Zamoran. *diſputat. 7. cap. 7.*
16 §. 1. *num. 22.* Imò fidejuſſor tunc ſolvens inſolidum totum debitũ, eo intuitu, ac tacito pacto cenſetur ſolvere, ut ſibi à reliquis confidejuſſoribus fiat contributio: quare æquitas naturalis poſtulat, ut in dictis caſibus ipſo jure ab-
17 ſque aliqua ſpeciali ceſſione, tranſeant actiones creditoris in verè ita ſolventes loco aliorum: quod Molina. *diſputat.* 544. Dicit fore
18 congruentius, quod jure civili ita eſſet diſpoſitum, etiam pro foro externo, quàm quod tunc eſſet neceſsè, quod ita ſolventes debeant deducere in pactum ceſſionem actionum, aut eas petant in continenti, alioquin velut jam extinctæ cedi eis non poſſint.

Quod verò ad ſecundam attinet difficultatem, eam examinat Molina. *tom. 3. de Juſtit. & jur. diſput.* 715. Quo in loco exponens diſcrimen inter reſtitutionem ſtrictè, ac propriiſſimè factam, ſeu ſumptam, quo pacto ad æqualitatem damni alteri illati, compenſationem dicit: & inter ſatiſfactionem pro injuria, & offenſa præcisè ſumptis à damno dato, concludit, quod licèt ex damno dato adversùs juſtitiam commutativam inſurgat in foro poli 19
obligatio ex juſtitia ad reficiendum damnum ante omnem judicis ſententiam, ad hoc ut cauſata inæqualitas ad æqualitatem reducatur in aliqua re æquivalente: attamen ex injuria, & proximi offenſa contra juſtitiam, ſumptis precisè à damno dato, haudquaquam oritur in foro interno obligatio quicquam reſti- 20
tuendi, reſarciendi, ſeu compenſandi, antequam ſententia feratur, quoniam injuria, ſeu offenſa hoc modo conſiderata nullum proximi bonum minuit, nec corporis honoris, nec famæ, nec externum: ſed tantummodò il- 21
la injuria offendit proximum ad eum modum, quo nos noſtris quibuſque peccatis Deum offendimus, ut tradidit idem Molina ubi ſupra, animadvertens, quod ſicut injuria, & proximi offenſa conſideratâ præcisè à quocumque damno illato proximo reluctatur juſtitiæ; & tam ipſa, quàm quodlibet aliud debitum, in Reipublicę cedunt injuriam: 22
itaque eſt materia, ac objectum juſtitiæ vindicativæ, ut debitâ pœnâ pro illis infligatur per publicam poteſtatem, & de illorum patratoribus competens ſumatur vindicta: ſecus verò eſt materia

ria & objectum juſtitiæ commutativæ, quaſi inde oriatur obligatio de juſtitia ex parte delinquentis in foro conſcientiæ ad aliquid ob illam injuriam compenſandũ, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 10.*cap.*3.*num.*5.

23 Quando læſio, vel aliquod damnum datum eſt in rebus proximi injuſtè; licitum, & integrum eſt damnum accipienti propriâ authoritate, uti occulta compenſatione; de damnificatoris bonis tantundem clam ſubripiendo, debitis ſervatis conditionibus, quas in *quæſt.*1. *à num.*21. retuli
24 *lib.* 1. Si verò læſio, jactura, vel damnum neutiquam interveniat: tunc minimè pro injuria & offenſa præcisè à damno dato, licet, nec fieri poteſt hujuſmodi compenſatio, & ſi quis eam fecerit ad reſtitutionem profectò tenebitur: tum illius; tum dam-
25 norum; ſi quæ damna inde ſequuta ſunt ei, cujus bona ita ſunt uſurpata, in talis injuriæ, ac offenſæ compenſationem. Cujus ratio ſecundum Zamoranum *diſputat.* 10.*cap.*3 *num.*5. Eſt, quoniam pri-
26 uſquam feratur ſententia, quâ aliquid illi in pœnam delicti, aut injuriæ adversùs ipſum commiſſæ, adjudicetur; in conſcientia nihil ei debet delinquens: quamvis dignus ſit qui puniatur; & li-
27 cèt offenſus ad pœnam exigendã jus habeat coram publica poteſtate, quæ delinquenti infligatur per vindicativam juſtitiam, & applicetur parti accuſanti.

SUMMARIUM

1 *Ludens, & perdens in ludo, & ſolvit, ita ut habeat jus petendi, poſſit occultè compenſare.*

2 *Leges repetitionem permittentes intelligi debent, dummodò talis repetitio fiat in judicio.*

3 *Iudex ſi alicui injuſtè judicans impedimento fuit, ne jus ſuum conſequeretur, poſſit occultè compenſare contra ipſum judicem?*

4 *Lucrans quando à Judice interrogatus, parte repetente, luctum denegat, atque ita non condemnatur, ut reſtituat, an victus poſſit contra eum occultè compenſare.*

5 *Minor læſus, ſi nequeat abſque magnis impẽſis petere reſtitutionem in integrum, poſſit facere compenſationem occultam?*

6 *Beneficium reſtitutionis minoribus conceſſum non eſt, ut quis eis ad læſionis refectionem teneatur ante Judicis ſententiam.*

7 *Perdens ludis lege humana prohibitis habet actionem ad repetendum lucrum; ſed an poſſit facere occultam compenſationem?*

8 *Major, qui non tenetur reſtituere ante ſententiam judicis, ſi minor precium; quod accepit reſtituere detrectet poteſt occultè compenſare.*

9 *Occulta compenſatio ante ſententiam judicis an liceat ratione pœnæ conventionalis?*

10 *Occulta compenſatio à Fiſco facta ante ſententiam judicis in bonis delinquentis an ſit juſta?*

11 *Reus donec per judicis ſententiam condemnetur, vel in crimen incurriſſe declaretur, cui eſt annexa bonorum confiſcatio, adhuc ſuorum bonorum judicium retinet.*

12 *Uxor adulterii accuſata, & falſis teſtibus abſoluta, vel vir idem crimen objiciens, quapropter abſolvitur, nec amittit dotẽ ob adulte-*

Digitized by Google

terium, an contra eam poſſit maritus occultè compenſare?

13 *Advocatus reum fraudibus defendens, contra Fiſcum, an teneatur Fiſco compenſare lucrum, quod ex condemnatione eidem proveniſſet ſi reum non defendiſſet.*

14 *Fiſci Advocatus, cui pœna erat applicanda, an teneatur Fiſco compenſare talis pœnæ intereſſe, ſi negligentèr, aut non fidelitèr ejus cauſam geſſit.*

15 *Cuſtodes diſſimulantes, & non accuſantes, quando imponitur pœna adverſus eos, qui vetito loco venantur, aut piſcant, non tenentur ad pœnam delinquentibus imponendam.*

16 *Idem dicendum in vectigali ex eorundem negligentia non ſoluto.*

17 *Actio criminalis ſi intentetur, & Advocatus ita ſuum clientem defendat, ut accuſatus non potuerit convincere, quapropter hic damnatur talionis pœna, an is talem pœnam compenſare teneatur.*

18 *Confeſſarius, qui ob gravem, & culpabilem negligentiam non obligat pœnitentem reſtituere, an id creditori compenſare teneatur?*

ARGUMENTUM.

Utrùm detur locus occultæ compenſationi contra impedientem juſtam condemnationem quoties non agitur ad pœnam, ſed ad repetitionem lucri, vel ad reſciſsionem alicujus contractus?

QUÆSTIO V.

SUb hujus quæſtionis titulo videndum eſt, an ille, qui amiſit in ludo, & ſolvit, ita ut habeat jus petendi petat non corã judice, ſed privatim, ac extra judicialiter, & quod petit non aſſequatur, poſſit facere occultam compenſationem; Cui difficultati negativè reſpondetur, eò quia ille qui fuit lucratus, illud lucrum alteri reſtituere non debet, niſi prius judicis expectata ſententia; quippe leges repetitionem permittentes intelligi debent, dummodò talis repetitio fiat in judicio, & non extra; quod probatur ex Text. in *Authentic. Alearum. C. de Religioſ. & ſumpt. funer.* ibi: *Actionibus cõpetentibus repetatur*; Quam concluſionem amplectuntur Alcozer. *lib. de Ludo cap.* 42. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 32. *art.* 7. Sanchez. *lib.* 1. *Conſil. moral. cap.* 8 *dub.* 2. *num.* 1. Et *lib.* 6. *de Matrimon. diſputat.* 38. *quæſt.* 2. *num.* 32 *in fine* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. & *diſput.* 6. *cap.* 2. *num.* 1. Medina. *C. de Reſtit. quæſt.* 22. Caſtro. *de Lege pœnal. lib.* 2. *cap.* 2. Soto. *de Juſtit. & jur. lib.* 4. *quæſt.* 5 *art.* 2. Idem dicendũ eſt quoties is, qui amiſit lucrum coram judice in judicio petit; ſed Judex ex iniquitate juſtam ſententiam, ut tenetur, non fert, ut ſi is, qui lucratus eſt reſtituat, & tale lucrum teneatur reſtituere. Nam is qui ſolvit contra lucrantem, tunc non reſtituen-

tuentem compenſationem facere non poteſt; eo quia amittens non habet ullam actionem, ut lucrum illud ſibi reſtituatur, niſi juris remedio, nempè per judicem, & facta prius condemnatione. Nã lucrãs ante Judicis cõdẽnationẽ non tenetur reſtituere Philiarc. *de Offic. Sacerd tom.* 2. *part.*2.*lib.*5.*cap.* 2. Padilla. in *l. De fideicommiſſo.num.*7.*C. de Tranſact.* Azeved.*l.*2.*n.*93.*tit.*7. *lib.*8. *recopilation.* Sanchez.*lib.*1.*Conſil. moral. cap.*8.*dub.*1.*num.* 3. Molina. *de Juſtit.& jur.tom.*2.*diſput.*513.Covarr. in *cap.Peccatum.part.*2.*§.*4.*num.*1. *&* 2. Qua condemnatione non facta præcipuè non interveniente, nec vi, nec fraude ejus, qui lucratus eſt, neque victor in ludo tenetur reſtituere lucrum, neque victus adversùs victorem occultam compenſationem facere poteſt Sanchez. *lib.* 1. *Conſil. moral.cap.*8.*dub.*2.*num.* 2. Alcozer. *de Ludo cap.*42. Medina.*de Reſtit. cap.*22. Caſtro.*de Leg.pœnal.lib.* 2. Zamoran.dicta *diſput.*6.*cap.*5. *n.*4.
3 *in fine.* Ubi aſſerit poſſe victum, cui judex ex iniquitate non ferendo juſtam ſententiam, ut tenebatur fuit impedimento, ne jus ſuum conſeqneretur; facere tunc occultam compenſationem contra ipſumet Judicem; ſed hoc mihi non placet, quia compenſatio dumtaxat poteſt fieri inter creditorem, & debitorem ad invicem Text.in *l.*1.*ff. de Compenſat.* Sed judex hic non eſt debitor, nec creditor compenſare volentis, ergo contra cum compenſatio fieri non poteſt; nam alioquin liceret uti occultâ compenſatione non ſolum in rebus debitoris, ſed etiam in rebus alterius, quod in foro conſcientiæ quoque prohibitũ eſt, & una è cõditionibus ſæpiſſimè memoratis ad licitam compenſationem eſt, quod non fiat in rebus alterius, ſed ſolummodò in rebus debitoris, ut tradunt Machad.*lib.*2. *part.* 3. *tract.* 22.*docum.*5 *num.*5. Vazquez *de Reſtit.cap.*5.*§.*1.*dub.* 8. *num.* 41. *verſ. denique.* Molina. *de Juſtit. & jur. tract.*2.*diſput.*691.*nu* 2. *verſ. Quinta.* Trullench.in *Decalog.lib.* 7.*cap.* 5.*dub.*5.*num.* 5. *verſ. Tertia.* Azor. *Inſtit.moral part.*3.*lib.*5.*cap.*15.*verſ. Deinde.* Lugo.*de Juſtit.& jur. tom.* 1.*diſput.*15.*ſect.*5.*num.*90. Navarrus.*Manual.cap.*17.*num.*113.

Quid dicendum, quando lucrans à judice interrogatus, parte repetente lucrum denegat, & ſic non condemnatur, ut reſtituat, an tunc victus poſſit contra eum facere compenſationem; cui reſpondetur, quod ſi judex juridicè interrogaret, & lucrum ex ludo prohibito eſſet ſemiplenè probatum in judicio, lucrãs tunc ex juſtitia tenetur non impedire juſtam condemnationem; qua ſequuta lucrum victo adjudicandum eſſet, quo in caſu victus poteſt uti occultâ compenſatione adversùs lucrantem ſic impedientem ferri à judice juſtam condemnationem Molina. *tom.*1. *de Juſtit.& jur.diſput.*95. *verſ. Ex dictis facilis eſt.* Zamoran.*diſp.*6. *cap.* 1.*num.*5. *in fin. & num.* 7. *ad finem.* Ubi hanc reſolutionem infert ex Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. tom.*2.*diſput.*31.*ſect.*4. *num.* 64. Et colligit expreſsè ex doctrina Villalobos.in *Summ.tom.*2. *tract.* 28. *difficult.*2.*num.* 4. Quamvis tradat eum, qui perdidit, propria autho- 4

thoritate non poſſe ſe compenſare, quoniam illud lucrum non applicatur ipſi ipſo jure, ſed Judicis ſententia lata; tamen hoc reſtringit, niſi lucrans juſtam ſententiam ferri impediiſſet, quia hoc lucrum perdenti applicatur. Sed quid ſi victus metu dedecoris hoc lucrum in judicio petere non audeat, an poſſit facere occultam compenſationem contra victorem lucrantem; & negat Zamoran. *diſputat. 6. cap. 1. num.* 8. ex Leſſio, Medina, Adriano, & Soto; eò quia victus caret jure ad hujuſmodi lucrum aſſequendum, niſi juris remedio petendo coram Judice fieri ſibi reſtitutionem, & uſquequò ſententia feratur, nihil ei in actu debetur, ideoque compenſationem facere nequit, juxta tradita in quæſtione antecedente.

5 Minor læſus, ſi nequeat abſque magnis impenſis, ac jurgiis in judicio coram Judice petere, vel impetrare in integrum reſtitutionem, an poſſit facere compenſationem occultam? Partem affirmativam tutantur Cordub. in *Summ. quæſt.* 155. Lopez *part.* 1. *Inſtruction. conſcient. cap.* 124. *§. Si autem talis minor.* Eò quia in re ſua, vel ſibi debita, quoties non eſt, qui judicet, ſeu deeſt ad Judicem recurſus, ſibi ipſi jus dicere quilibet poteſt, ad tradita per Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num.* 4. Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſic. Quarta.* Azor. *part. 3. Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 15. verſic. Deinde.* Mendo. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio num.* 1. Rodriguez *Summ. part. 2. cap. 147. num. 2. concl. 1. ad fin.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat. 32. diſput. 1. punct. 16. §. 3. num.* 6. Filguera in *Summ. in 7. præcept. Decalog. tractat. 29. cap. 1. art.* 3. cum aliis à me relatis in *q. 1. lib. 1. to.* 3. Sed contrariũ eſt verius, ut tenẽt Sanchez *lib. 6. de Matrimon. diſput. 38. quæſt. 2. nu.* 32. Zamoran. *diſputat. 6. cap. 1. n.* 11. Niſi in caſu, quo læſio eſſet talis, ut alter circa omne dubium ante Judicis ſentẽtiam in foro conſcientiæ ad reſtitutionem teneretur; quoniam ante repetitionem in judicio, & ante Judicis ſententiam, ea reſtitutio minori in actu non debetur; & beneficium reſtitutionis minoribus læſis conceſſum non eſt, ut alter ipſis ad læſionis refectionem teneatur ante Judicis ſententiam; ſed ut ipſi minores hoc gaudeant privilegio, ut Judex auditâ Parte ipſis reſtitutionem concedere poſſit Text. in *l. Si curatorem. C. de In integr. reſtitut.* Quapropter dum coram Judice hæc reſtitutio non petitur, nec illam Judex cõcedit occultam compenſationem facere non licet, ut concludit Zamoran. *diſputat. 6. cap. 5. num. 11. ad fin.* Quippe perdens ludis lege humana prohibitis habet actionem ad repetendum lucrum coram Text. in *Authentic. Alearum. C. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Attamen non poteſt facere occultam compẽſationem privatâ authoritate ad id lucrum aſſequendum ante repetitionem, & Judicis ſententiam Sanchez *de Matrimon. lib. 6. diſput. 38. quæſt. 2. num. 32. in fine.* Niſi lucrans injuſtè impediiſſet juſtam ſententiam ferri Zamoran. dicta *diſputat. 6. cap. 5. num. 11. in fine.*

ibi habet permixtam Zamoran. *de Compenſat.diſput.7.cap.3.n.*10. Ubi hoc reſtringit, niſi per hanc compenſationem debitor impotens fiat reſtituendi alteri extimationem ejus partis, quam in eo cumulo permixto, ſeu confuſo habet,& habebat ante dictã commixtionem, idque noverat compenſans. Quippe is in cumulo habet jus hypothecæ,ac prælationis, ut ſibi ante omnes creditores ex cumulo ſatisfiat. Præterea compenſatio abſque alterius gravamine fieri debet Azor. *Inſtitut.moral.part.3.lib.5.cap.*15. *quæſt.*2. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*2.*num.*6. At habenti partem in cumulo maximum ſequeretur gravamen, ſi per compenſationem debitor impotens redderetur,talis partis ei æſtimationem reddendi Zamoran.*diſputat.* 7.*cap.3.num.*10.*ad finem.*

6 Quando mixtio, ſeu confuſio dominium facit commune, tunc in tali re compenſatio licitè fieri non poteſt, quoniam tunc fieret cum gravamine alterius, qui etiam pro indiviſo eſt dominus talis rei, & nihil compenſanti debet; quippe cùm neuter dominus abſque alterius conſenſu rem diſtrahere poſſit, verè fieret contra jus iſtius Zamoran. dicta *diſputat.* 6. *cap.* 3. *num.* 11. Et cum commodum, ſeu talis rei, detrimentum ad utrumque dominiũ pertineat; alteri ex dominis ea compenſatio poſſet eſſe damnoſa; quoniam diminuitur cumulus communis abſque ſpe reſtitutionis in ipſius præjudicium; ut ſi debitor talis compenſationis factæ eſſet ignarus crederet cumulum furto fuiſſe diminutum, atque ideo vellet damnum eſſe commune, ſicuti & emolumentum foret;quod eſſet in præjudicium alterius domini, qui nil debet compenſanti.Zamoran.*diſputat.6.cap.3.num.*11. *in fine.* Per accidens compenſatio facta in re, cujus dominium ob mixtionem eſt commune, licita eſſe poteſt; dummodò juxtà Zamoran.*loc.cit. num.*12.obſerventur tria.

7 Primum, ut hæc compenſatio fiat in rebus uſu conſumptilibus, quæ in genere ſuo functionem recipiunt, & ob artis, vel naturæ ſimilitudinem una in loco alterius ſubrogatur,ut dicit Oynotom.in §.*In bonæ fidei num*.30. *Inſtitut.de Act.*Quoniam in his præſumitur conſenſus domini alterius, ut poſſidens de communi cumulo aliquid diſtrahere poſſit, dummodò caveatur ne per hoc damnum incurrat. Secundum, ut debitori conſtet; id quod de cumulo deeſt,à creditore ſuo acceptum fuiſſe in ſui debiti juſtã compenſationem. Tertium, ut debitor ſit talis, ut prudenter de eo credatur, quod de ſuo alteri reficiat domino, damnum, quod ei obvenit ex hujuſmodi compenſatione. Sed in talibus compenſationibus hæc tria rarò concurre animadvertit Zamoranus, quoties dominium rei,in qua fit compenſatio eſt commune; quia facilè præſumi non debet debitorem reſarcire damnum,pro eo, quod ipſe debet juſtam interveniſſe compenſationem;quapropter in dicto *cap.3. num.* 12. *in fine.* Admonet hujuſmodi compenſationes eſſe merito diſſuadendas.

Quid

8 Quid dicendum de re aliena uſu conſumptibili depoſita apud debitorem cõpenſantis; an in ea fieri poſſit compenſatio. Cui difficultati reſpondetur, quod quoties dominium rei depoſitæ manet in deponente, qui nihil debet compenſanti, cum ante realem uſum talis depoſiti, non tranſeat in depoſitarium dominium illius rei; toties creditor hujus depoſitarii non habet jus ad faciendam occultam compenſationem in tali depoſito Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 7. cap. 4. num. 6* Aliter dicẽdum eſſet ſi rei depoſitæ dominium in depoſitarium ſit translatum, ſive per mixtionem cum aliis rebus ipſius, ſive quia eam ex facultate domini deponentis in mutuum accepit; ſive quia cum domini conſenſu ea uti cæpit; nam in his caſibus cum res non ſit aliena, ſed propria depoſitarii, tunc poterit ejus creditor, ſi alia via debitum ſuum conſequi nequit, facere in tali re compenſationem occultã, quod permittit Zamoran. ubi ſupra, dummodò per hoc depoſitarius non reddatur impotens, deponenti tantundem æqualis bonitatis, cum petierit reddere. Sin autem depoſitum in mutuũ abjerit, tunc cum depoſitarius ſit dominus rei depoſitæ poteſt ejus creditor in tali depoſito facere occultam compenſationem Zamoran. *de Compeuſat. diſputat. 7. cap. 4. num. 8.*

9 Si alicui tradatur aliquid cuſtodiendum, numeratum, ponderatum, aut menſuratum, ſed clauſum, vel obſignatum, tunc depoſitum eſſe videtur, ut elucescit ex Text. in *l. 1. §. Si pecuniam* Text. in *l. Si ſacculum. ff. de Depoſit.* In quo non licebit facere occultam compenſationem per creditores hujus depoſitarii; quoniam deponentis voluntati refragatur; quippe cum hæc compenſatio fiat inſcio depoſitario ex ea poteſt proficiſci deponenti irreparabile damnum; ſcilicet ſi depoſitarius probet rem depoſitam fuiſſe furto ſublatam, abſque illius culpa, ideoque deponenti, dumtaxat perire debere, igitur fieret compenſatio hæc cum tertii præjudicio, quod non eſt dicendum Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 2. cap. 2. num. 6. & diſputat. 7. cap. 4. num. 14. in fine.* Azor. *Inſtit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2.*

SUMMARIUM

1 *Compenſatio occulta ad hoc ut valeat facta in bonis fidejuſſoris debitoris, debet eſſe abſque gravamine illius.*

2 *Fidejuſſor debet ſervari indemnis quantum eſt ex parte recurſus ad debitorem principalem, pro quo, & cujus loco tunc ſolutionem fecit, & à quo ſolutum repetere poteſt.*

3 *Fidejuſſor licèt ex vi contractus fidejuſſores ſolvere debeat, tamen conceſſo ſibi recurſu ad principalem debitorem, quod pro eo ſolvit repetere poteſt.*

4 *Compenſatio occulta, ſi ita fieret in bonis fidejuſſoris, ut nullum ſupereſſet remedium, ad principalem debitorem recurrendi, qui debitor ratione mandati ipſi tenetur; nequaquam fieri poſſit ſimi-*

milis compenſatio abſque ejus gravamine.

5 *Compenſatio occulta, ſi nocumentum afferat fidejuſſori, dicitur illicita.*

6 *Occulta compenſatio in bonis fidejuſſoris debitoris, quoties ex ea illi damnum infertur, non erit licita.*

7 *Occulta compenſatio adversùs fidejuſſorem, ad hoc ut valeat, debet damnum illius caveri, aut res ſecretò illi demonſtrari, aut alio quovis modo, ut fidejuſſor ſibi conſulat.*

8 *Compenſatio facta in bonis fidejuſſoris mei debitoris, valet adhibita cautela.*

9 *Fidejuſſorem meum in foro fori, cedendo ei actionem adversùs principalem debitorem, ad hoc ut repetat quid pro eo ſolvit, compellere poſſum.*

10 *Debitor principalis quoties vel ſolvendo non eſt, vel rixoſus, ita ut difficulter conveniri poſſit; fidejuſſor conveniri poteſt, ante excuſſionem in bonis illius.*

11 *Fidejuſſores ſi plures ſint pro uno debito: & unus pro omnibus ſolvit, habet contra illos locum occulta compenſatio.*

12 *Debitor qui ſolvit in ſolidum totum debitum, ut fidejuſſor principalis debitoris, una cum aliis fidejuſſoribus, in foro fori, nequit contra illos agere, niſi priùs ipſi cedantur actiones: ſecus verò in foro poli.*

13 *Actionum ceſſio quare à Legumlatoribus inventa?*

14 *Solventes loco aliorum ex fidejuſſoria obligatione in foro interno non indigent actionum ceſſione, ad hoc ut conſequantur partes, ſeu portiones viriles; nã æquitas naturalis non poſtulat hoc.*

15 *Debiti unius ſi plures ſint fidejuſſores conſtituti pro indiviſo, ſinguli poſſunt conveniri pro portionibus virilibus. Et hoc tam in jure communi, quàm in jure Regni viget.*

16 *Fidejuſſor ſolvens totum debitum in ſolidum cenſetur ſolvere, ut ſibi à reliquis confidejuſſoribus fiat contributio.*

17 *Æquitas naturalis quum petit, ut abſque ſpeciali ceſſione; atque ipſo jure actiones tranſeant in verè ſolventes loco aliorum?*

18 Molinæ opinio refertur.

19 *Obligatio reficiendi damnum datum contra juſtitiam commutativam, in foro poli naſcitur ex ipſa juſtitia, & ante omnem Judicis ſententiam.*

20 *Obligatio reſtituendi, vel reſarciendi aliquid in foro externo haud naſcitur ante judicis ſententiam.*

21 *Injuria offendens proximum qualis ſit?*

22 *Injuria, & proximi offenſio conſiderata præcisè à quocumque damno illata proximo, uti reluctatur juſtitiæ, ita etiam materia, objectumque juſtitiæ vindicativæ.*

23 *Proximo injuſtè vexato, vel aliquod damnum babenti, propria authoritate compenſatione occulta uti licitum eſt.*

24 *Proximus injuriam patiens, abſque jactura, vel damno, occulta compenſatione uti probibetur.*

25 *Compenſationem occultam faciens aliquis ob injuriæ cauſam abſque damno; ad reſtitutionem, & damna, quæ inde ſequuntur, omnino tenetur.* De-

26 *Delinquens nihil ante Judicis ſententiam offenſo tradere debet.*

27 *Offenſus ad pœnam exigendam, jus habet.*

ARGUMENTUM.

Utrùm liceat facere Cõpẽſationem occultam in re fidejuſſoris mei debitoris. Et an injuriatus pro injuria, & offenſa ſumptis præcisè à damno dato, poſſit in foro conſcientiæ authoritate privata facere occultam compenſationem?

QUÆSTIO IV.

1 AD hoc ut occulta compenſatio fieri poſſit, licitè, ac juſtè in bonis fidejuſſoris mei debitoris, quoties nullum aliud remedium ſupereſt, neceſse eſt, ut prædicta compenſatio occulta fiat abſque illius gravamine, ſiquidem compenſatio hæc in alterius damnum fieri non poteſt, ut atteſtantur Sayrus *Clav. reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 7. *verſ. Sexta.* Trullench. in *Septim præcept. Decalog. lib.* 7. *dub.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 60. Vazquez *de Reſtit. cap.* 5. *§.* 1. *dub.* 8. *num.* 41. *verſ. Secundo.* Cardinal de Lugo. *tom.* 1. *de Juſtit. & jur. diſputat.* 15. *ſect.* 15. *num* 88. Sylveſter. *Summ. verb. Furtum. quæſt.* 13. *num.* 17. Azorius *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5 *cap.* 15. *quæſt* 2. Sotus *de Juſtit. & jur. lib.* 5. *artic.* 3. *cap.* 3. Navarrus in *Manual. cap.* 17. *num.* 113. Bonacina *de Reſtit. diſputat.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. *num.* 20. Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.* 601. Ita ut fidejuſſor ipſe ſervetur indemnis, quantum eſt ex parte recur- 2
ſus ad debitorẽ principalem, pro quo, & cujus loco tũc ſolutionem fecit, & à quo ſolutum repetere poteſt. Et quamvis fidejuſſor ex vi contractus fidejuſſori, tunc 3
ſolvere debeat; attamen id intelligendum eſt conceſſo illi recurſu ad debitorem principalem, ut quod pro ipſo ſolvit repetere poſſit tamquam fidejuſſor illius, haud eo per ipſum creditorem impedito; quo minus hac viâ ſibi conſulere poſſit.

Si verò compenſatio hujuſmodi ita fieret in fidejuſſoris bo- 4
nis, ut nullum ſupereſſet remedium, ad principalem debitorem recurrendi, qui debitor ratione mandati ipſi tenetur: nequaquã fieri poſſit ſimilis compenſatio abſque gravamine; nec poterit ſe indemnem ſervare: Ideoque illa compenſatio illicitè facta diceretur, ut ſuſpicatur Zamoranus *de Compenſat diſput.* 7. *cap.* 7. *§.* 2. *num* 37. Ratio hujus eſt, quoniam 5
fidejuſſori nocumentum afferret: ſiquidem cùm prædicta compenſatio ſit occulta jure ſibi conceſſo uti minimè poteſt. Quapropter Sanchez. *lib.* 2. *conſil. moral. cap.* 4. *dub.* 48. *num.* 3. *in fine.* Aſſeruit, quod ſi pro aliquo debito eſſem fidejuſſor Petri, & ille renueret ſol-

ſolvere, eò quia creditor tantumdem illi debebat; occultam compenſationem tunc illicitè faceret, quoniam mihi fidejuſſori noceret, cum creditor poſſit tunc me convenire. Igitur à fortiori erit
6 illicita compenſatio facta occultè in bonis fidejuſſoris mei debitoris, ſi ei aliquod damnum ſequeretur, cum nulla ſupereſſet via, ut illum indemnem redderet per recurſum ad debitorem principalem. Quamobrem ut optimè ſcribit Zamoran. dicta *diſputat.7 cap 7.num. 37.in fine*. Ad
7 hoc ut hæc compenſatio licitè, ac juſtè fieri poſſit, & ut fidejuſſor ſervetur indemnis, ut hoc damnum caveatur, curandum eſt, vel manifeſtando ei rem ſecretò, ut fidejuſſor ſibi conſulat; vel alio quovis modo, ſecundum ea, quæ tradidit idem Zamoran. *diſputat.*
8 *2.cap 2 num.11*. Hac porrò cautelâ adhibitâ pro illius fidejuſſoris indemnitate haudquaquam dicetur illicita compenſatio facta in bonis fidejuſſoris debitoris, nec pro illo debito. Quippe ex vi fidejuſſoris contractus, illud mihi tunc ſolvere fidejuſſor debet: & in foro fori illum compellere
9 queo, cedendo illi actionem adversùs principalem debitorem, ut repetat ab illo, quod ejus loco mihi ſolvit, fidejuſſoriam obligationem adimplens.
10 Quoties verò debitor principalis ſolvendo non eſt, aut rixoſus, ita ut difficulter conveniri poſſit: tunc in illius bonis priùs excuſſionem facere non eſt necesse priuſquam fidejuſſor conveniatur, teſte Gomez. *Variar. Reſolut. cap. 13. num. 14. limitat. 5.* Ideo que minimè refragaretur juſtitiæ; nec perſe illicitum erit facere compenſationem occultam pro debito meo in bonis illius fidejuſſoris: dummodò ex hujuſmodi compenſatione ita facta, haud fidejuſſori aliquod immineat gravamen, quod compenſans tunc evitare teneatur. Quando enim plures fidejuſſores dati 11
ſunt ejuſdem debiti pro indiviſo: tunc ſi unus illorum totum debitum in ſolidum ſolvit, in foro poli datur locus compenſationi occultæ contra alios confidejuſſores, ad hoc ut ei, quod ille loco aliorum ſolvit, ſinguli profectò contribuant; nempè portiones viriles, ut ſolvit Zamoran. dicta *diſputat. 7. cap. 7. §. 2. num 39.* Et hoc fit ad hoc, ut cæteri confidejuſſores indemnes ſerventur, & ut à debitore principali repetere poſſint.

Pro qua reſolutione animadverte, quod quamvis in foro externo ille, qui voluit inſolidum totum debitum tanquam fidejuſſor debitoris principalis, unà cũ aliis fidejuſſoribus nequeat agere adversùs confidejuſſores, ut contribuant, ac ſibi ſolvant, quod una cum ipſo tenebantur ſolvere creditori loco debitoris; niſi priùs ipſi cedantur actiones; at in foro conſcientiæ poteſt id petere à confidejuſſoribus etiamſi ei non cedantur dicto modo 13
actiones, quarum ceſſio ſolùm inventa, & introducta eſt à Legumlatoribus pro foro externo, nempe ut qui creditori ita ſolverent loco aliorum, haberent ex eo capite actionem in tali foro ad recuperandum ab eis, quod eo-

14 eorum loco ita ſolviſſent. In foro autem conſcientiæ id minimè videtur neceſſarium. Nam æquitas naturalis poſtulat, ut verè ſolventes loco aliorum ex fidejuſſoria obligatione, non maneant in dicto foro deſtituti convenienti remedio ad recuperandum, quod loco aliorum ſolvere ſunt coacti; eo vel maximè quod dicti cōfidejuſſores tenētur re vera ſolvere, & contribuere ſecundùm viriles portiones, quando multi ſimul dati ſunt fidejuſſores ejuſdem debiti pro indiviſo:
15 quo caſu ſinguli ſolum poſſunt conveniri pro virili, ideſt ſecundùm viriles portiones, ut tam de jure communi ex Epiſtola Adriani Imperatoris, quàm de Jure Regni Caſtellæ conſtat ex dictis à Zamoran. *diſputat.* 7. *cap.* 7.
16 §. 1. *num.* 22. Imò fidejuſſor tunc ſolvens inſolidum totum debitū, eo intuitu, ac tacito pacto cenſetur ſolvere, ut ſibi à reliquis confidejuſſoribus fiat contributio: quare æquitas naturalis poſtulat, ut in dictis caſibus ipſo jure ab-
17 ſque aliqua ſpeciali ceſſione, tranſeant actiones creditoris in verè ita ſolventes loco aliorum: quod Molina. *diſputat.* 544. Dicit fore
18 congruentius, quod jure civili ita eſſet diſpoſitum, etiam pro foro externo, quàm quod tunc eſſet neceſsè, quod ita ſolventes debeant deducere in pactum ceſſionem actionum, aut eas petant in continenti, alioquin velut jam extinctæ cedi eis non poſſint.

Quod verò ad ſecundam attinet difficultatem, eam examinat Molina *tom.* 3. *de Juſtit. & jur. diſput.* 715. Quo in loco exponens diſcrimen inter reſtitutionem ſtrictè, ac propriiſſimè factam, ſeu ſumptam, quo pacto ad æqualitatem damni alteri illati, compenſationem dicit: & inter ſatiſfactionem pro injuria, & offenſa præcisè ſumptis à damno dato, concludit, quod licèt ex damno dato adversùs juſtitiam commutativam inſurgat in foro poli 19
obligatio ex juſtitia ad reficiendum damnum ante omnem judicis ſententiam, ad hoc ut cauſata inæqualitas ad æqualitatem reducatur in aliqua re æquivalente: attamen ex injuria, & proximi offenſa contra juſtitiam, ſumptis precisè à damno dato, haudquaquam oritur in foro interno obligatio quicquam reſti- 20
tuendi, reſarciendi, ſeu compenſandi, antequam ſententia feratur, quoniam injuria, ſeu offenſa hoc modo conſiderata nullum proximi bonum minuit, nec corporis honoris, nec famæ, nec externum: ſed tantummodò il- 21
la injuria offendit proximum ad eum modum, quo nos noſtris quibuſque peccatis Deum offendimus, ut tradidit idem Molina ubi ſupra, animadvertens, quod ſicut injuria, & proximi offenſa conſideratâ præcisè à quocumque damno illato proximo reluctatur juſtitiæ; & tam ipſa, quàm quodlibet aliud debitum, in Reipublicę cedunt injuriam: 22
itaque eſt materia, ac objectum juſtitiæ vindicativæ, ut debitâ pœnâ pro illis infligatur per publicam poteſtatem, & de illorum patratoribus competens ſumatur vindicta: ſecus verò eſt mate-

ria

ria & objectum juſtitiæ commutativæ, quaſi inde oriatur obligatio de juſtitia ex parte delinquentis in foro conſcientiæ ad aliquid ob illam injuriam compenſandũ, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 10.*cap.* 3.*num.* 5.

23 Quando læſio, vel aliquod damnum datum eſt in rebus proximi injuſtè; licitum, & integrum eſt damnum accipienti propriâ authoritate, uti occulta compenſatione; de damnificatoris bonis tantundem clam ſubripiendo, debitis ſervatis conditionibus,
quas in *quæſt.*1. *à num.*21. retuli
24 *lib.* 1. Si verò læſio, jactura, vel damnum neutiquam interveniat: tunc minimè pro injuria & offenſa præciſè à damno dato, licet, nec fieri poteſt hujuſmodi compenſatio, & ſi quis eam fecerit ad reſtitutionem profectò
tenebitur: tum illius; tum dam-
25 norum; ſi quæ damna inde ſequuta ſunt ei, cujus bona ita ſunt uſurpata, in talis injuriæ, ac offẽſæ compenſationem. Cujus ratio ſecundum Zamoranum *diſputat.*
10.*cap.*3 *num.*5. Eſt, quoniam pri-
26 uſquam feratur ſententia, quâ aliquid illi in pœnam delicti, aut injuriæ adversùs ipſum commiſſæ, adjudicetur; in conſcientia nihil ei debet delinquens: quamvis dignus ſit qui puniatur; & li-
27 cèt offenſus ad pœnam exigendã jus habeat coram publica poteſtate, quæ delinquenti infligatur per vindicativam juſtitiam, & applicetur parti accuſanti.

SUMMARIUM

1 *Ludens, & perdens in ludo, & ſolvit, ita ut habeat jus petendi, poſſit occultè compenſare.*

2 *Leges repetitionem permittentes intelligi debent, dummodò talis repetitio fiat in judicio.*

3 *Judex ſi alicui injuſtè judicans impedimento fuit, ne jus ſuum conſequeretur, poſſit occultè compenſare contra ipſum judicem?*

4 *Lucrans quando à Judice interrogatus, parte repetente, lucrum denegat, atque ita non condemnatur, ut reſtituat, an victus poſſit contra eum occultè compenſare.*

5 *Minor læſus, ſi nequeat abſque magnis impẽſis petere reſtitutionem in integrum, poſſit facere compenſationem occultam?*

6 *Beneficium reſtitutionis minoribus conceſſum non eſt, ut quis eis ad læſionis refectionem teneatur ante Judicis ſententiam.*

7 *Perdens ludis lege humana prohibitis habet actionem ad repetendum lucrum; ſed an poſſit facere occultam compenſationem?*

8 *Major, qui non tenetur reſtituere ante ſententiam judicis, ſi minor precium; quod accepit reſtituere detrectet poteſt occultè compenſare.*

9 *Occulta compenſatio ante ſententiam judicis an liceat ratione pœnæ conventionalis?*

10 *Occulta compenſatio à Fiſco facta ante ſententiam judicis in bonis delinquentis an ſit juſta?*

11 *Reus donec per judicis ſententiam condemnetur, vel in crimen incurriſſe declaretur, cui eſt annexa bonorum confiſcatio, adhuc ſuorum bonorum judicium retinet.*

12 *Uxor adulterii accuſata, & falſis teſtibus abſoluta, vel vir idem crimen objiciens, quapropter abſolvitur, nec amittit dotẽ ob adulte-*

terium, an contra eam poſſit maritus occultè compenſare?

13 *Advocatus reum fraudibus defendens, contra Fiſcum, an teneatur Fiſco compenſare lucrum, quod ex condemnatione eidem provenisſet ſi reum non defendiſſet.*

14 *Fiſci Advocatus, cui pœna erat applicanda, an teneatur Fiſco compenſare talis pœnæ intereſſe, ſi negligentèr, aut non fidelitèr ejus cauſam geſſit.*

15 *Cuſtodes diſſimulantes, & non accuſantes, quando imponitur pœna adverſus eos, qui vetito loco venantur, aut piſcant, non tenentur ad pœnam delinquentibus imponendam.*

16 *Idem dicendum in vectigali ex eorundem negligentia non ſoluto.*

17 *Actio criminalis ſi intentetur, & Advocatus ita ſuum clientem defendat, ut accuſatus non potuerit convincere, quapropter hic damnatur talionis pœna, an is talem pœnam compenſare teneatur.*

18 *Confeſſarius, qui ob gravem, & culpabilem negligentiam non obligat pœnitentem reſtituere, an id creditori compenſare teneatur?*

ARGUMENTUM.

Utrùm detur locus occultæ compenſationi contra impedientem juſtam condemnationem quoties non agitur ad pœnam, ſed ad repetitionem lucri, vel ad reſciſsionem alicujus contractus?

QUÆSTIO V.

Sub hujus quæſtionis titulo videndum eſt, an ille, qui amiſit in ludo, & ſolvit, ita ut habeat jus petendi petat non corã judice, ſed privatim, ac extra judicialiter, & quod petit non aſſequatur, poſſit facere occultam compenſationem; Cui difficultati negativè reſpondetur, eò quia ille qui fuit lucratus, illud lucrum alteri reſtituere non debet, niſi prius judicis expectata ſententia; quippe leges repetitionem permittentes intelligi debent, dummodò talis repetitio fiat in judicio, & non extra; quod probatur ex Text. in *Authentic. Alearum. C. de Religioſ. & ſumpt. funer.* ibi: *Actionibus cõpetentibus repetatur*; Quam concluſionem amplectuntur Alcozer. *lib. de Ludo cap. 42.* Aragon. 2. 2. *quæſt. 32. art. 7.* Sanchez. *lib. 1. Conſil. moral. cap. 8 dub. 2. num. 1.* Et *lib. 6. de Matrimon. diſputat. 38. quæſt. 2. num. 32. in fine* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 6. cap. 5. num. 3. & diſput. 6. cap. 2. num. 1.* Medina. *C. de Reſtit. quæſt. 22.* Caſtro. *de Lege pœnal. lib. 2. cap. 2.* Soto. *de Juſtit. & jur. lib. 4. quæſt. 5 art. 2.* Idem dicendũ eſt quoties is, qui amiſit lucrum coram judice in judicio petit; ſed Judex ex iniquitate juſtam ſententiam, ut tenetur, non fert, ut ſi is, qui lucratus eſt reſtituat, & tale lucrum teneatur reſtituere. Nam is qui ſolvit contra lucrantem, tunc non reſtituen-

thoritate non poſſe ſe compenſare, quoniam illud lucrum non applicatur ipſi ipſo jure, ſed Judicis ſententia lata; tamen hoc reſtringit, niſi lucrans juſtam ſententiam ferri impediiſſet, quia hoc lucrum perdenti applicatur. Sed quid ſi victus metu dedecoris hoc lucrum in judicio petere non audeat, an poſſit facere occultam compenſationem contra victorem lucrantem; & negat Zamoran. *diſputat. 6. cap. 1. num.* 8. ex Leſſio, Medina, Adriano, & Soto; eò quia victus caret jure ad hujuſmodi lucrum aſſequendum, niſi juris remedio petendo coram Judice fieri ſibi reſtitutionem, & uſquequò ſententia feratur, nihil ei in actu debetur, ideoque compenſationem facere nequit, juxta tradita in quæſtione antecedente.

5 Minor læſus, ſi nequeat abſque magnis impenſis, ac jurgiis in judicio coram Judice petere, vel impetrare in integrum reſtitutionem, an poſſit facere compenſationem occultam? Partem affirmativam tutantur Cordub. in *Summ. quæſt.* 155. Lopez *part.* 1. *Inſtruction. conſcient. cap.* 124. *§. Si autem talis minor.* Eò quia in re ſua, vel ſibi debita, quoties non eſt, qui judicet, ſeu deeſt ad Judicem recurſus, ſibi ipſi jus dicere quilibet poteſt, ad tradita per Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num.* 4. Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſic. Quarta.* Azor. *part. 3. Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 15. verſic. Deinde.* Mendo. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio num.* 1. Rodriguez *Summ. part. 2. cap. 147. num. 2. concl. 1. ad fin.* Caſtro-pal. *Oper. moral. tractat. 32. diſput. 1. punct. 16. §. 3. num.* 6. Filguera in *Summ. in 7. præcept. Decalog. tractat. 29. cap. 1. art.* 3. cum aliis à me relatis in *q. 1. lib. 1. to.* 3. Sed contrariũ eſt verius, ut tenẽt Sanchez *lib. 6. de Matrimon. diſput. 38. quæſt. 2. nu.* 32. Zamoran. *diſputat. 6. cap. 1. n.* 11. Niſi in caſu, quo læſio eſſet talis, ut alter circa omne dubium ante Judicis ſentẽtiam in foro conſcientiæ ad reſtitutionem teneretur; quoniam ante repetitionem in judicio, & ante Judicis ſententiam, ea reſtitutio minori in actu non debetur; & beneficium reſtitutionis minoribus læſis conceſſum non eſt, ut alter ipſis ad læſionis refectionem teneatur ante Judicis ſententiam; ſed ut ipſi minores hoc gaudeant privilegio, ut Judex auditâ Parte ipſis reſtitutionem concedere poſſit Text. in *l. Si curatorem. C. de In integr. reſtitut.* Quapropter dum coram Judice hæc reſtitutio non petitur, nec illam Judex cõcedit occultam compenſationem facere non licet, ut concludit Zamoran. *diſputat. 6. cap. 5. num. 11. ad fin.* 6

7 Quippe perdens ludis lege humana prohibitis habet actionem ad repetendum lucrum coram Text. in *Authentic. Alearum. C. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Attamen non poteſt facere occultam compẽſationem privatâ authoritate ad id lucrum aſſequendum ante repetitionem, & Judicis ſententiam Sanchez *de Matrimon. lib. 6. diſput. 38. quæſt. 2. num. 32. in fine.* Niſi lucrans injuſtè impediiſſet juſtam ſententiam ferri Zamoran. dicta *diſputat. 6. cap. 5. num. 11. in fine.*

8 Hoc quoque procedit in majore, qui non tenetur reſtituere ante ſententiam Judicis, niſi minor pretium, quod accepit in cõtractu reſtituat, quod ſi minor reſtituere detrectet poterit major facere compenſationem, ut ex Sarmiento *de Reddit. Eccleſ. part. 1. cap. 2. num. 6.* docet Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 17. dub. 8. num. 61. verſic. Ubi tamen.* Idem tradere videtur dicto *lib. 2. cap. 17. dub. 9. num. 68. in fine.* Zamoran. *diſputat. 6. cap. 3. num. 5. in fine.*

9 Sed an ratione pœnæ conventionalis detur in foro conſcientię locus occultæ compenſationi ante ſententiam Judicis? Et affirmative reſpondetur: nempe ſi is, cui debetur in foro conſcientiæ pœna conventionalis ante omnem Judicis ſententjam eam privatim petat, & ſolvere nolit, qui eam incurrit, & non ſit alia via commodè habendi talem pœnam, quam faciendo occultam compenſationem, eam facere non refragatur juſtitiæ, ut videtur voluiſſe Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 97.* Et tenet expreſsè Zamoran. *de Compenſat. diſput. 6. cap. 6. num. 7. & num. 5.*

10 Nunc videndum eſt de Fiſco an juſta ſit occulta compenſatio ab eo facta ante ſententiam Judicis in bonis delinquentis, quæ ipſo jure poſt delictum habens in jure annexam ejuſmodi confiſcationem, confiſcata censetur? Huic difficultati affirmativè reſpondet Caſtro *de Lege pęnal. cap. 10.* Aſſerens compenſationem factam à Fiſco ante ſententiam eſſe juſtam, quia Fiſcus occupando bona hæretici, quando ejus crimen eſt adeò evidens, ut nullâ poſſit tergiverſatione celari, adversùs juſtitiam non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, eò quia tunc juſtè occupavit in pœnam criminis habentis annexam confiſcationem, & amiſſionem eorum bonorum ipſo jure; & hæreticus bona Fiſco tradere tenebatur ante ſententiam; quoniam illicò à die commiſſi criminis, amiſit eorum dominiũ, & in Fiſcum tranſlatum fuit Sanchez *lib. 2. Summ. cap. 22. num. 2. & 6.* Azor. *Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 7. tom. 1. quæſt. 3.* Sed hoc non obſtante contrariam ſententiam longè probabiliorem eſſe fatetur Zamoran. *de Cõpenſat. diſput. 6. cap. 2. num. 7.* Nempe non poſſe Fiſcum ante ſententiam declaratoriam Judicis occupare bona eorum, quæ ipſo jure confiſcantur; ſed occupationem, ſeu occultam compenſationem factam ante dictam ſententiam eſſe injuſtam, & ſic reo eſſe reſtituenda bona; quia do- 11
nec reus per Judicis ſententiam condemnetur, vel ſaltem crimen incurriſſe declaretur, cui eſt annexa bonorum confiſcatio, delinquens adhuc ſuorum bonorum dominium retinet; cùm ante ſententiam Fiſcus non habeat jus capiendi illa bona, nec faciendi compenſationem; quippe reus nihil tunc actu debet, ſed in potentia. Ergo cõpẽſatio locum habere non poteſt, ut dixi in quæſtione antecedente. Quando Fiſco, vel cuilibet alio, cui pœna eſſet applicanda certò conſtaret reum legitimè interrogatum verum crimen negaſſe, propter

[quod

quod ea pœna erat plectendus poſſe in foro poli uti occultâ cõpenſatione de eo, quod certò, & liquidò erat ipſis applicandum, ſive ipſo *jure*, ſive per Judicem, dum reus verum crimen fateretur Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 6. cap. 3. num. 2.* ex Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 97.*

12 Quando uxor legitimè de adulterio accuſatur, & falſis teſtibus ſe tueatur, vel viro idem crimen objiciat; quapropter abſolvitur, non tenetur viro reſtituere dotem, nec cætera bona, quæ alias ob adulterium amitteret, nec contra uxorem datur viro locus occultæ compenſationi Zamoran. dicta *diſput. 6. cap. 4. n. 2.* Quoniam amiſſio bonorum uxoris ob adulterium in favorem viri innocentis eſt quædam pœna, quæ non debetur, niſi poſt Judi-

13 cis ſententiam. Idem dicendum eſt de Advocato reum fraudibus defendente contra Fiſcum, vel quemlibet alium, cui pœna venit applicanda; quippe non tenetur illis compenſare lucrum, quod ex condemnatione eis proveniſſet, ſi reum non defendiſſet Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 31. dub. 8. num. 50.* Zamoran. *diſputat. 6. cap. 4 num. 3.* Eò quia pœna non debetur, niſi ſequuta ſententia, ac proinde nec compenſatio, nec injuria facta à reo in ſubornando falſum teſtem ad ſui defenſionem juſtitiæ commutativæ refragatur; quapropter ex hoc capite non tenetur Fiſco, nec aliis hanc pœnam compenſare, Zamoran *loc. cit. num. 3. in fine.* Ubi tradit ex Sayro, nec ipſum falſum teſtem teneri Fiſco, vel actori ad compenſationem hujus pęnæ ſi interrogatus juridicè defendat reum negando, ſeu occultando verum crimen: quoniam ante ſententiam eam pęnam reus non tenetur compenſare: ergo nec etiam teſtis.

Major dubitatio eſt de Fiſci 14 Advocato, cui pęna erat applicanda, an teneatur Fiſco compenſare talis pęnæ intereſſe, lucrum, ſeu emolumentum, ſi negligentèr, aut non fidelitèr geſſit cauſam ejus. Salon cum multis Doctoribus putat teneri Fiſco ad compenſandum emolumentum talis pęnæ, ſi cauſam non fidelitèr egit, quia ex officio Fiſci commodis conſulere tenetur; ex quo inferunt ſi Fiſco certò conſtet de hâc fraude, ſeu negligentiâ ſui Advocati, ob quam perdidit cauſam aliàs juſtam poſſe uti occultâ compenſatione contra ſuum Advocatum. Sed hoc non obſtante contrarium eſt verius, videlicet in caſu propoſito Fiſci Advocatum ad hujuſmodi emolumenti compenſationem non teneri, ut amplectuntur Zamo- 15 ran *diſput. 6. cap. 4. num. 4.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 31. dub. 8. num. 51.* Quoniam Advocatus non debet Fiſci commodis conſulere, nec cauſam proſequi eo fine, ut bona Fiſcus acquirat. Cum non ſit ejus officium curare, ut confiſcationibus, & mulctis Fiſcus locupletetur. Unde cuſtodes diſſimulantes, & non accuſantes, quando imponitur pęna adversùs eos, qui certo loco venantur, ſeu piſcant, non tenentur ad pęnam delinquentibus imponendam Leſſ. *lib. 2. cap. 13.*

13 *dub.*10.*num.*73. Sylveſt. *verbo Reſtitutio 3. quæſt.5.* Quia cuſtodes ex juſtitia hos reos accuſare non tenentur, ut Reſpublica mulctis ditetur, ideoque ſolum tenentur compenſare damna ſua
16 culpabili negligentia illata, & quoque Vectigal, quod non fuit ſolutum ob prædictam negligẽtiam; ex quo deducitur neque Procuratorem fiſcalem non accuſantem, neque Judicem non condemnantem teneri in tali caſu ad compenſationem talis pœnæ Zamoran. *diſputat. 6. cap. 4. num.5. in fine.* Licèt contrarium doceant Navarra *lib.3. de Reſtit. cap.4. num.*141. Salon. & Sayrus.
17 Quod ſi intentetur actio criminalis, & Advocatus ita ſuum Clientem defendat, ut accuſator non potuerit convincere, quapropter hic damnatur ad pęnam talionis: an tunc Advocatus talem pęnam compenſare teneatur. Affirmativam partem tenet Navarrus in *Summ.cap.27.n.*209. Subnectens irregularem effici, ſi talionis, vel mortis pęna accuſator afficiatur. Contrarium tenẽt, & melius utrumque negantes Covarruv. in *Clementin. Si furioſus, part.2.§.5. num.5. de Homicid.* Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib.2. cap.*31.*dub.*8. *num.*51. *verſic. Adverte tertio.* Zamoran. *diſputat.6. cap* 4. *num.*6. Eò quia hoc damnum per accidens, & præter intentionem Advocati accuſatori obvenit, cujus cauſam ipſo minimè adjuvare tenebatur. Ex quo Zamoran. lo-
18 co citato *num.*7. Infert Confeſſarium, qui ob gravem, culpabilemque negligentiam non obligat pęnitentem reſtituere, quoties ad hoc profectò erat obligatus, hoc damnum creditori minimè compenſare teneri; quamvis Confeſſarius ſuum miniſterium rectè exercere teneatur; tamen ex officio non debet temporale bonum illius creditoris procurare, ſed dumtaxat bonum pęnitentis ſpirituale; & in ordine ad illum creditorem non peccat contra juſtitiam commutativam non obligando pęnitentem ad reſtitutionem Suarez *tom.4.in 3. part.diſput.*32.*ſect.6.ad finem.* Hoc coarctat Zamoran. *diſputat.6.cap.*4.*num.*8. Dummodò omiſſio, vel negligentia Confeſſarii tunc rationem conſilii aſſequatur, videlicet, ſi ex malitiâ, vel ignorantiâ graviter, culpabile, vel ex culpâ lata pęnitenti diceret ad reſtitutionem non teneri, cum in rei veritate reſtituere teneatur. Nam tunc Confeſſarii conſilium damni illati creditori eſſet cauſa moralis, ac efficax, ut Bonacina *Oper.moral.de Reſtitut. diſputat.*1. *quæſt.*2.*punct.*11.*num.*13. *ad finem.*

SUMMARIUM.

1 *Adducuntur Authores tractantes de vi, & violentia.*
2 *Referuntur Authores agentes de metu.*
3 *Metu geſtu an ſint ipſo jure nulla, vel reſcindenda.*
4 *Contractus per vim, & metum facti nullatenus tenent.*
5 Sanchez laudatur opinio.
6 *Extorquens aliquid aliud vi, aut metu, in foro poli ad reſtitutionem tenetur.*
7 *Occulta compenſatio conceditur ei, cui*

cui aliquid per vim, & metum ablatum fuerit, ad quod recuperandum aliud remedium extare non videtur.

8 *Compenſatio occulta contra promiſſorem rei debitæ conceditur illi, cui pollicita fuit res.*

9 *Teſtator, qui vi, aut metu alias teſtatus fuit, an occulta compenſatione uti poſſit?*

10 *Legatum relictum in teſtamento per vim, & metum condito, an valeat?*

11 *Impediens teſtatorem per vim, & metum, nè favore alicujus teſtaretur, peccat contra juſtitiam commutativam; & tam in foro poli, quàm in foro fori tenetur ad reſtitutionem.*

12 *Impediens, ſeu aliquo modo prohibens teſtatorem in conficiendo teſtamento, incidit in pœnam* l. 1. & 2. ff. Si quis aliquem teſtar. prohib.

13 *Teſtamentum, ſeu aliquid aliud revocari non poteſt, cum metu juſtè illato geſtum ſit: neque hoc caſu compenſatio occulta fieri licet.*

14 *Læſus in aliquod vi, & metu factum, ni aliam viam conſequendi illud habeat, compenſatione uti ſiquidèm valet.*

15 *Contractus propter reverentialem metum aliàs facti, in foro poli repeti debent.*

16 *Capiens aliquid in contractu per metum reverentialem facto, in foro conſcientiæ ad reſtitutionem obligatur; & contra ſic capientem inſtat occulta compenſatio.*

17 *Metus quoties levis eſt, ad quid obligat?*

18 *Impeditus ad aliquod conſequendum ob metum, poteſt compenſatione occulta contra impedientem uti.*

19 *Filius reverentiali metu hæreditatem renuncians, ad quid obligatur?*

20 *Patre renunciante hæreditatem, filius cum priùs petierit juramenti relaxationem, clam compenſationem facere poteſt.*

21 *Res metu, ſeu vi extorta, in foro poli debet reſcindi arbitrio ejus, qui metum paſſus fuit.*

ARGUMENTUM.

Utrùm propter extorta vi, aut metu detur locus occultæ compenſationi?

QUÆSTIO VI

Quidquam de vi, ſeu violentia effundere, mihi haud hîc licere pernovi, de quibus ſi aliquid ſcire velis, pete à Vigel *lib. 1. Jur. civil. cap.* 23 Gom. *lib. 3. Variar. cap.* 4. P. Molina *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 682: *& ſequentib.* Menoch *de Recuperand. poſſeſſ. in prælud. num.* 37. *& lib. 2. de Arbitr. caſ.* 394. Senec. *lib. 9. controv.* 4. Avendañ. in *Dictionib. fol.* 1876. Nec etiam fas eſt mihi aliqua de metu adducere, de quo videndi Simancas *de Cathol. inſtitut. tit.* 17. Garcia *de Nobilitat. gloſſ.* 17. Soarez *allegat.* 23. Covarruv. in *cap.* 3. *§.* 4. *de Matrimon. & §§. ſeqq.* Barboſ. *voto* 1. *num.* 14. *& à num.* 53. *&* 128. *& voto* 16. *&* 17. *à num.* 113. *& vot.* 54. *à num.*

*à num.*61.*& vot.*77. *maximè à nu.* 82. *& in cap.*23. *num.*11. *de Electione.* Donell. *lib.*15. *Comm. cap.* 39. Vigel.*lib.*25. *Jur. civil. cap.*2. Pichard.in *§.Item* 23. *Institut. de Action.* Itidem Donell. *lib.* 22. *Comm cap* 7. Riccius *part.*1. *Collect.*154. *& part.*5 *collect.* 1617. *& part.*6.*collect.*2454. Sanchez *lib.*4. *de Matrimon.disput.*1. Caſtill. *de Aliment.cap.*59. Senec. *epiſt.*110. *& lib.*1.*de Clement.cap.*12.*& epi-*

3 *ſtol.*51.Et de metu integrum Tractatum, florente ætate compoſuit, omni eruditione ſparſum Antonius Cabreros de Avendaño Juriſconſultus Matritenſis. Nec minus quærere an geſta metu ſint ipſo jure nulla, vel reſcindenda, de quo agunt Salgad. *de Protect* 1.*part. cap.*4. *à num.*8. Barboſ. in *Rubr. Soluto matrimon.* 4.*part à num* 28. Garcia *de Nobilit.gloſſ.*17. Hermol. in *l.*56.*gloſſ.*1. *&* 2.*tit.*5.*part.*5. Valenzuel.*conſil.* 29. Noguerol.*alleg.*29. Amat. 2. *part.reſol.*82. Carleval.*de Judiciis tit.*1. *diſput.*2.*à num.*1014. Pareja *de Inſtrument.edit tit.*1.*reſolut.*3. *§.* 2 *num.*71. Donell.*lib.*15.*Comm cap.* 39. Vigel.*lib.*25. *Jur. civil. cap.*2. Pichard.in *§ Item* 23. *Institut. de Action.* Riccius *part.*4.*collect.*932. *& part.*5. *collect.*1617. Sanchez *lib.*4.*de Matrimon.diſputat.*1. *&* 8. Dian *tom.*6. *tractat.*3. *reſolut.*113, *& ſeqq.& tractat.*7. *reſolut.*129.

4 Omnes enim contractus metu initi annullantur, prout latè oſtendit Sanchez *de Matrimon. lib.*4.*diſput.*8. *num.*1. Vir doctiſſi-

5 mus certè, & cœteros omnes de matrimonio ſcribentes antecellens, Societatis Jeſu ſtella ſatis refulgens, itaut de illa materia reliquos Authores quærere neceſſe non ſit, cum ipſe ſolus eam doctiùs, uberiuſque omnibus aliis pertractaverit. Aſſerit enim ex Text.in *l.*1 *C.de Reſcindend. vendit.* Omnes contractus eſſe ipſo jure nullos, cui *legi* 1. conſonat Text.in *l.Qui aliena, §.Celſus. ff. de Acquirend.hæredit.* Text in *l.Qui in carcerem* 22. *ff.de Eo, quod met. cauſ.* Hoc eſt in foro exteriori. In foro verò conſcientiæ, ſi quis ali- 6
quid vi, aut metu extorquet, tenetur ad reſtitutionem, ut idem Sanchez fatetur dicto *lib.*4.*diſput.* 9.*num.*4. Unde Zamoran.*de Compenſat. diſputat.* 4.*cap.*22. *§.*3. *num.* 23. Ex eodem Sanchez, & Leſſio infert, quod ſi is, cui aliquid per 7
metum ablatum fuit, & nequeat aliâ viâ extortum ſibi recuperare, poterit id clam ſubripere, vel facere occultam compenſationem. Quapropter adjungunt, quod ſi 8
res quælibet mihi fuerit pollicita, & ideo debita ſecundùm probabilem ſententiam, eam occultè capere queo, aut uti occultâ compenſatione æquivalente ſubripiendo.

Compenſatio quidèm occulta aſciſcitur ſibi locum, quoties 9
quis vi, aut metu ei illato, alium, ut ſe, vel alterum hæredem inſtituat compellit, ſeu legatarium, quem niſi adhibitâ vi, aut metu neutiquam inſtituiſſet; vel quoties teſtamentum condere vetat illi, qui aliàs teſtaturus eſſet in alterius favorem: vel ſi illi impedimentum afferat, nè teſtamentum faciat, ſeu ne jam factum mutet: aut prohibendo ne Tabellio, ſeu teſtes accedant, ſive qualibet aliâ ratione, ut tradidit

Za-

Zamoran. *de Compenſat.diſput.*4. *cap.*22.§.3.*num.*24. Qua de cauſa
10 inſtitutio, ſeu legatum in tali teſtamento relictum erit invalidum, tam in foro exteriori, quàm in foro conſcientiæ, ut atteſtatur Molina *de Juſtit.& jur.tom.*1.*tract.*2.*diſputat.* 135. *num.*5. Cum obligatione reſtituendi ei, in cujus detrimentum ei cedit; quoniam bona illa ad eum jam deventura erant, ut habetur in *l.*1. *C.Si quis aliq.teſtar.probib.* Quod etiam affirmat Navarr. in *Manual.prælud.*6.*num.*7. Ideoque hi,
11 qui perperam modis relatis operantur, inſtitutio juxta mentem teſtantis ſequatur, non ſolùm cōtra juſtitiam commutativā peccant, & tenentur reſtituere in foro poli, & fori emolumentum, quo eâ ratione privantur ii, ad quos defuncti bona erant ventura: verùm etiam inter alias pœnas in foro fori privātur emolumento omni bonorum defuncti, & Fiſco adjudicatur id omne, quod ſi teſtari haud prohibuiſſet ex illius defuncti bonis illi perventurum erat, ut docet Molina *de Juſtit.& jur. tom.*1. *tract.*2. *diſput.*135.*num.*8. Siquidèm ex tali
12 teſtamento capiens incidit in pœnam illius, qui aliquem teſtari prohibet, de qua pœna inſpicito Textum in *l.*1.& 2. *ff.Si quis aliquem teſtar.probib.* Text. in *l.*2. *C.eòd.* Text.in *l.Teſtamenti, C.de Inofficioſ.teſtam.* Et de jure noſtro Hiſpano videnda eſt *l.*26.27.28. & 29.*tit.*1.*partid.*5.
13 Zamoranus *de Compenſat. dict. diſput.*4. *cap.*22. §.3. *num.*25. Ex Leſſio colligit haudquaquam poſſe in irritum revocari id, quod ex metu juſtè illato geſtum apparet: nec ob hujuſmodi metum compenſationem occultam locum habere poſſe. Nam tunc nulla injuria intervenit, cujus ratione hæc poteſtas reſciſſionis, & compenſationis competat. Subdidit etiam ex eodem Leſſio, quod ſi res, quam metum inferēs exigit, ſit minus gravis, tunc poterit revocari cōſenſus quoad illum exceſſum, ut contractus ad æqualitatem reducatur. Quippe in hujuſmodi rebus aliqua proportio, & æqualitas ſervari debet, prout prudentiæ videbitur, quæ ſi excedatur injuſtitia committitur, ratione cujus ad reſtitutionem alter tenetur, quàm ſi facere reſtitutionem detrectet, læſus 14
ſi alia via non poſſit, nec ei ſuperſit nanciſcendi, occultam compenſationem facere poteſt, prout ex eodem Leſſio teſtatur Zamoranus *de Compenſat. dicta diſputat.*4.*cap.*22. §.3. *num.*25. *in fine.*

Geſta enim metu reverentia- 15
li tantùm, in foro conſcientiæ reſcinduntur, & omnia ea, quæ propter hujuſmodi reverentialem metum tradita ſunt, repeti debent, cum accipiens illo metu ad reſtitutionem teneatur, ut docent Salzedus. ad Diaz. *regul.*532.*limitat.* 4. Sarmientus. *lib* 2. *Selectar.diſput.cap.*11.*num.* 10. Angelus.*verb.Metus num.*15. Vega in *Summ.lib.* 5.*caſu.* 354. Sylveſter. *Summ verb Metus.quæſt final.* Navarrus in *Manual. cap.*17.*num.*152. Rodriguez in *Summ.tom.*1.*edit.* 2. *cap.*132.*concluſ.*2.*num.* 5. Navarra. *de Reſtit.lib.*3.*cap.*1.*dub.*7.*num.*332. *nov edit* Molina. *de Juſtit.& jur. lib.*

tom 2. *tract.* 2. *diſput.* 267. *ad fin.* Lopez *lib.* 2. *de Contract. cap.* 17. §. *Igitur in hac.* Et quando contractus, ſeu geſta metu reverentiali nitentur, exponit abundè Sanchez *de Matrim. lib.* 4. *diſputat.* 9.
16 *num.* 11. 12. *& ſequentibus.* Et cũ in foro conſcientiæ ſic capiens teneatur reſtituere, Zamoranus. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 27. §. 3. *num.* 27. Ex Sanchez, & Cardinale de Lugo, tunc occultæ compenſationi locum eſſe affirmavit; quoniam reverentialis metus quamquam gravis haud ſit, attamen injurioſus dicitur, & cauſa actus eſt; quia ad occultam compenſationem faciendam jus præbet, ut idemmet Zamoranus loco ſupra memoratò aſſeverat.

Quoties metus eſt levis, licèt ſit injurioſus, & cauſa ſine qua non reſpectu actus, qui ad reſcindendos contractus jus dat in foro conſcientiæ, ut latè oſtẽdit Sanchez *lib.* 4. *de Matrim. diſp.*
17 9. Iure ſecundum ſententiam Franciſci de Lugo. in *tractat. de Motu animi voluntar. quæſt.* 18. *n.* 94. *part.* 2. Omnes contractus, ſeu contractuum remiſſiones, qui diſtractus nuncupantur ſi per metum levem, dummodò injuſtè inferatur, extorqueantur, arbitrio ejus, qui metum illum paſſus fuit in foro conſcientiæ reſcinduntur, & ille qui ejuſmodi
18 metum paſſus fuit, ad adipiſcẽdum id, quòd tali metu ſic ab eo extortum fuit occultam compenſationem facere poteſt, ut ex eodem citatò Lugo refert quoque Zamoranus *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 22. §. 3. *num.* 26. Siquidẽ quiſquis, qui per tales contractus aliquid nactus fuit, ut ſupra affatus ſum, reſtituere tenetur. Unde ſi filius metu reverentiali hæ- 19
reditatem renunciavit abſque minis patris; & licet in foro fori haud quaquam renunciatio reſcindatur, cùm metus ille in virum conſtantem non cadat, ut docuerunt Romanus in *l. Interpoſitas num.* 14. *C. de Tranſact.* Gomez *tom.* 2. *Variar cap.* 14. *num.* 17. Grottus in *l. Stipulatio hoc modo concepta num.* 66. *ff. de Verbor. obligat* Gutierrez *de Jurament. cap.* 1. *num.* 5. *part.* 1. Tamen ſi verè involuntariè renunciatio facta fuerit metu reverentiali ſolùm, pater hujuſmodi renunciatam hæreditatem reſtituere tenetur in foro conſcientiæ; quoniam metus levis ſufficit in foro poli ad reſcindendum, ut tradunt Lopez *Inſtruct. cap.* 173. §. *Reſpondetur.* Navarrus in *Manual. cap.* 17. *num.* 151.
Ideoque ſi renunciationem pa- 20
ter haud faciat filius, petitâ tamen prius juramenti relaxatione, quod adhibitum fuit ad hujuſmodi renunciationis contractum firmãdum, occultam compenſationem facere poteſt, ut ex Lopez *lib.* 2. *de Contract. lib. cap. ultim. ad finem* Tradunt Sanchez *de Matrimon. lib.* 4. *diſput* 9. *num.* 13. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 22. §. 3. *num.* 26. Ubi reſolutionem Sanchez valdè notandam fatetur pro cæteris aliis caſibus, quos in eâdem nonâ diſputatione idem retulit Sanchez
ubi concludit extorta per levẽ 21
metum, qui eſt cauſa, ſine qua non reſpectu actus, quoad forum conſcientiæ optimè poſſe reſcindi ar-

arbitrio ejus, qui metum paſſus fuit, & ille, qui hujuſmodi per injuriam extorſit ad reſtitutionem tenetur. Quippe, ut autumat Zamoranus loco citato, quod ad compenſationem occultam reſpicit, haudquaquam in his caſibus eſt diſcriminis ratio: imo ex eadem reſolutione colligit, verum eſſe, opinionem probabilem circa jus, ſive experte juri ad compenſationem occultam faciendum porro ſufficere, ut latiſſimè ſuo peculiari loco tractabo.

SUMMARIUM

1 *Solutio facta à debitore non ſuo creditori immediato, ſed alicui iſtius creditoris immediato creditori: an liberet ab obligatione iterum reſtituendi, remiſſivè.*

2 *Caſus quæſtionis principalis.*

3 Inducitur Textus in l. In rem. ff. de Compenſat.

4 *Creditor non poteſt facere compenſationem, niſi in rebus ſui debitoris.*

5 *Debitor debitoris mei non eſt meus debitor.*

6 *Caſus, quo compenſatio occulta facta in debito debitoris mei, juſta eſt, ac licita.*

7 *Debitor in foro conſcientiæ debet habere ratam ſolutionem factam creditori ſui creditoris.*

8 *Creditor poteſt intercipere jus, quod habet ſuus debitor contra ſuum creditorem.*

9 *In doctrina occultæ compenſationis valet argumentum ab authoritate Judicis, ad authoritatem propriam.*

10 Refellitur Cardinalis de Lugo de Juſtit. & jur. diſputat. 16. ſect. 6. num. 121. tom. 1.

11 Textus in l. In rem. ff. de Compenſat. *locum dumtaxat ſibi vindicat in foro fori.*

12 *An liceat facere occultam compenſationem in re fidejuſſoris mei debitoris?*

13 *Et quid requiratur, ut ſit juſta ejuſmodi compenſatio?*

14 *Quid verò ſi plures ſint fidejuſſores pro uno debito, & pro indiviſo?*

ARGUMENTUM.

Utrùm compenſatio occulta facta in debito Debitoris mei poſſit aliquo caſu eſſe juſta, ac licita?

QUÆSTIO VII.

Hic non eſt noſtri inſtituti diſputare, nec diſcutere illam celebrem quæſtionem: utrùm ſolutio facta à debitore, ſed non ſuo creditori immediato, ſed alicui iſtius creditoris immediato creditori liberet ab obligatione iterum reſtituendi, v.g. Debeo Petro centum, qui Petrus totidem Paulo debet: an ego ſim liber à reſtitutione, ſi quod Petro debebam ſolvã Paulo, qui eſt creditor creditoris mei? Ideoque quoad ejus reſolutionem videndi ſunt Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 16. ſect. 6. num. 121.* Bart. in *l. Solutum. §. Solutum. ff de Pignor. act.* 1

tuentem compenſationem facere non poteſt; eo quia amittens non habet ullam actionem, ut lucrum illud ſibi reſtituatur, niſi juris remedio, nempè per judicem,& facta prius condemnatione. Nã lucrãs ante Judicis cõdẽnationẽ non tenetur reſtituere Philiarc. *de Offic. Sacerd tom.* 2. *part.*2.*lib.*5.*cap.* 2.Padilla. in *l. De fideicommiſſo.num.*7.*C.de Tranſact.* Azeved.*l.*2.*n.*93.*tit.*7. *lib.*8. *recopilation.* Sanchez.*lib.*1.*Conſil. moral. cap.*8.*dub.*1.*num.* 3. Molina. *de Juſtit.& jur.tom.*2.*diſput.*513.Covarr. in *cap.Peccatum.part.*2.*§.*4.*num.*1. *&* 2. Qua condemnatione non facta præcipuè non interveniente, nec vi, nec fraude ejus, qui lucratus eſt, neque victor in ludo tenetur reſtituere lucrum, neque victus adversùs victorem occultam compenſationem facere poteſt Sanchez. *lib.* 1. *Conſil. moral.cap.*8.*dub.*2.*num.* 2. Alcozer. *de Ludo cap.*42.Medina.*de Reſtit. cap.*22.Caſtro.*de Leg.pœnal.lib.* 2. Zamoran.dicta *diſput.*6.*cap.*5.*n.*4.
3 *in fine.* Ubi aſſerit poſſe victum, cui judex ex iniquitate non ferendo juſtam ſententiam, ut tenebatur fuit impedimento, ne jus ſuum conſeqneretur; facere tunc occultam compenſationem contra ipſumet Judicem;ſed hoc mihi non placet, quia compenſatio dumtaxat poteſt fieri inter creditorem, & debitorem ad invicem Text.in *l.*1.*ff.de Compenſat.* Sed judex hic non eſt debitor, nec creditor compenſare volentis, ergo contra cum compenſatio fieri non poteſt;nam alioquin liceret uti occultâ compenſatione non ſolum in rebus debitoris, ſed etiam in rebus alterius,quod in foro conſcientiæ quoque prohibitũ eſt, & una è cõditionibus ſæpiſſimè memoratis ad licitam compenſationem eſt, quod non fiat in rebus alterius, ſed ſolummodò in rebus debitoris, ut tradunt Machad.*lib.*2. *part.* 3. *tract.* 22.*docum.*5 *num.*5.Vazquez *de Reſtit.cap.*5.*§.*1 *dub.* 8. *num.* 41. *verſ. denique.*Molina. *de Juſtit. & jur. tract.*2.*diſput.*691.*nu* 2. *verſ. Quinta.*Trullench.in *Decalog.lib.*7.*cap.* 5.*dub.*5.*num.* 5. *verſ. Tertia.* Azor. *Inſtit.moral.part.*3.*lib.*5.*cap.*15.*verſ. Deinde.*Lugo.*de Juſtit.& jur. tom.* 1.*diſput.*15.*ſect.*5.*num.*90. Navarrus.*Manual.cap.*17.*num.*113.

Quid dicendum, quando lucrans à judice interrogatus, parte repetente lucrum denegat, & 4
ſic non condemnatur, ut reſtituat, an tunc victus poſſit contra eum facere compenſationem; cui reſpondetur, quod ſi judex juridicè interrogaret, & lucrum ex ludo prohibito eſſet ſemiplenè probatum in judicio, lucrãs tunc ex juſtitia tenetur non impedire juſtam condemnationem; qua ſequuta lucrum victo adjudicandum eſſet, quo in caſu victus poteſt uti occultâ compenſatione adversùs lucrantem ſic impedientem ferri a judice juſtam condemnationem Molina. *tom.*1. *de Juſtit.& jur.diſput.*95. *verſ. Ex dictis facilis eſt.*Zamoran.*diſp.*6. *cap.* 1.*num.*5. *in fin. & num.*7. *ad finem.* Ubi hanc reſolutionem infert ex Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. tom.*2.*diſput.*31.*ſect.*4. *num.* 64. Et colligit expreſsè ex doctrina Villalobos.in *Summ.tom.*2. *tract.* 28. *difficult.*2.*num.* 4. Quamvis tradat eum, qui perdidit, propria autho-

thoritate non poſſe ſe compenſare, quoniam illud lucrum non applicatur ipſi ipſo jure, ſed Judicis ſententia lata; tamen hoc reſtringit, niſi lucrans juſtam ſententiam ferri impediiſſet, quia hoc lucrum perdenti applicatur. Sed quid ſi victus metu dedecoris hoc lucrum in judicio petere non audeat, an poſſit facere occultam compenſationem contra victorem lucrantem; & negat Zamoran. *diſputat. 6. cap. 1. num. 8.* ex Leſſio, Medina, Adriano, & Soto; eò quia victus caret jure ad hujuſmodi lucrum aſſequendum, niſi juris remedio petendo coram Judice fieri ſibi reſtitutionem, & uſquequò ſententia feratur, nihil ei in actu debetur, ideoque compenſationem facere nequit, juxta tradita in quæſtione antecedente.

5 Minor læſus, ſi nequeat abſque magnis impenſis, ac jurgiis in judicio coram Judice petere, vel impetrare in integrum reſtitutionem, an poſſit facere compenſationem occultam? Partem affirmativam tutantur Cordub. in *Summ. quæſt. 155.* Lopez *part. 1. Inſtruction. conſcient. cap. 124. §. Si autem talis minor.* Eò quia in re ſua, vel ſibi debita, quoties non eſt, qui judicet, ſeu deeſt ad Judicem recurſus, ſibi ipſi jus dicere quilibet poteſt, ad tradita per Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub. 5. num. 4.* Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 7. verſic. Quarta.* Azor. *part. 3. Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 15. verſic. Deinde.* Mendo. *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio num. 1.* Rodriguez *Summ. part. 2. cap. 147. num. 2. concl. 1. ad fin.* Caſtropal. *Oper. moral. tractat. 32. diſput. 1. punct. 16. §. 3. num. 6.* Filguera in *Summ. in 7. præcept. Decalog. tractat. 29. cap. 1. art. 3.* cum aliis à me relatis in *q. 1. lib. 1. to. 3.* Sed contrarium eſt verius, ut tenet Sanchez *lib. 6. de Matrimon. diſput. 38. quæſt. 2. num. 32.* Zamoran. *diſputat. 6. cap. 1. n. 11.* Niſi in caſu, quo læſio eſſet talis, ut alter circa omne dubium ante Judicis ſententiam in foro conſcientiæ ad reſtitutionem tene-
retur; quoniam ante repetitio- 6
nem in judicio, & ante Judicis ſententiam, ea reſtitutio minori in actu non debetur; & beneficium reſtitutionis minoribus læſis conceſſum non eſt, ut alter ipſis ad læſionis refectionem teneatur ante Judicis ſententiam; ſed ut ipſi minores hoc gaudeant privilegio, ut Judex auditâ Parte ipſis reſtitutionem concedere poſſit Text. in *l. Si curatorem. C. de In integr. reſtitut.* Quapropter dum coram Judice hæc reſtitutio non petitur, nec illam Judex cõcedit occultam compenſationem facere non licet, ut concludit Zamoran. *diſputat. 6. cap. 5. num. 11. ad*
fin. Quippe perdens ludis lege 7
humana prohibitis habet actionem ad repetendum lucrum coram Text. in *Authentic. Alearum. C. de Religioſ. & ſumpt. funer.* Attamen non poteſt facere occultam compẽſationem privatâ authoritate ad id lucrum aſſequendum ante repetitionem, & Judicis ſententiam Sanchez *de Matrimon. lib. 6. diſput. 38. quæſt. 2. num. 32. in fine.* Niſi lucrans injuſtè impediiſſet juſtam ſententiam ferri Zamoran. dicta *diſputat. 6. cap. 5. num. 11. in fine.*

8 Hoc quoque procedit in majore, qui non tenetur reſtituere ante ſententiam Judicis, niſi minor pretium, quod accepit in cõtractu reſtituat, quod ſi minor reſtituere detrectet poterit major facere compenſationem, ut ex Sarmiento *de Reddit. Eccleſ. part. 1. cap. 2. num. 6.* docet Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 17. dub. 8. num. 61. verſic. Ubi tamen.* Idem tradere videtur dicto *lib. 2. cap. 17. dub. 9. num. 68. in fine.* Zamoran. *diſputat. 6. cap. 3. num. 5. in fine.*

9 Sed an ratione pœnæ conventionalis detur in foro conſcientię locus occultæ compenſationi ante ſententiam Judicis? Et affirmativè reſpondetur: nempe ſi is, cui debetur in foro conſcientiæ pœna conventionalis ante omnem Judicis ſententiam eam privatim petat, & ſolvere nolit, qui eam incurrit, & non ſit alia via commodè habendi talem pœnam, quam faciendo occultam compenſationem, eam facere non refragatur juſtitiæ, ut videtur voluiſſe Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 97.* Et tenet expreſsè Zamoran. *de Compenſat. diſput. 6. cap. 6. num. 7. & num. 5.*

10 Nunc videndum eſt de Fiſco an juſta ſit occulta compenſatio ab eo facta ante ſententiam Judicis in bonis delinquentis, quæ ipſo jure poſt delictum habens in jure annexam ejuſmodi confiſcationem, confiſcata censetur? Huic difficultati affirmativè reſpondet Caſtro *de Lege pęnal. cap. 10.* Aſſerens compenſationem factam à Fiſco ante ſententiam eſſe juſtam, quia Fiſcus occupando bona hæretici, quando ejus crimen eſt adeò evidens, ut nullâ poſſit tergiverſatione celari, adversùs *juſtitiam* non peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, eò quia tunc *juſtè* occupavit in pœnam criminis habentis annexam confiſcationem, & amiſſionem eorum bonorum ipſo jure; & hæreticus bona Fiſco tradere tenebatur ante ſententiam; quoniam illicò à die commiſſi criminis, amiſit eorum dominiũ, & in Fiſcum tranſlatum fuit Sanchez *lib. 2. Summ. cap. 22. num. 2. & 6.* Azor. *Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 7. tom. 1. quæſt. 3.* Sed hoc non obſtante contrariam ſententiam longè probabiliorem eſſe fatetur Zamoran. *de Cõpenſat. diſput. 6 cap. 2. num. 7.* Nempe non poſſe Fiſcum ante ſententiam declaratoriam Judicis occupare bona eorum, quæ ipſo *jure* confiſcantur; ſed occupationem, ſeu occultam compenſationem factam ante dictam ſententiam eſſe injuſtam, & ſic reo eſſe reſtituenda bona; quia do- 11 nec reus per Judicis ſententiam condemnetur, vel ſaltem crimen incurriſſe declaretur, cui eſt annexa bonorum confiſcatio, delinquens adhuc ſuorum bonorum dominium retinet; cum ante ſententiam Fiſcus non habeat *jus* capiendi illa bona, nec faciendi compenſationem; quippe reus nihil tunc actu debet, ſed in potentia. Ergo compẽſatio locum habere non poteſt, ut dixi in quæſtione antecedente. Quando Fiſco, vel cuilibet alio, cui pœna eſſet applicanda certò conſtaret reum legitimè interrogatum verum crimen negaſſe, propter

[quod

quod ea pœna erat plectendus poſſe in foro poli uti occultâ cõpenſatione de eo, quod certò, & liquidò erat ipſis applicandum, ſive ipſo *jure*, ſive per Judicem, dum reus verum crimen fateretur Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 6. cap. 3. num. 2.* ex Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 97.*

12 Quando uxor legitimè de adulterio accuſatur, & falſis teſtibus ſe tueatur, vel viro idem crimen objiciat; quapropter abſolvitur, non tenetur viro reſtituere dotem, nec cætera bona, quæ alias ob adulterium amitteret, nec contra uxorem datur viro locus occultæ compenſationi Zamoran. dicta *diſput. 6. cap. 4. n. 2.* Quoniam amiſſio bonorum uxoris ob adulterium in favorem viri innocentis eſt quædam pœna, quæ non debetur, niſi poſt Judi-

13 cis ſententiam. Idem dicendum eſt de Advocato reum fraudibus defendente contra Fiſcum, vel quemlibet alium, cui pœna venit applicanda; quippe non tenetur illis compenſare lucrum, quod ex condemnatione eis provenifſet, ſi reum non defendiſſet Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 31. dub. 8. num. 50.* Zamoran. *diſputat. 6. cap. 4. num. 3.* Eò quia pœna non debetur, niſi ſequuta ſententia, ac proinde nec compenſatio, nec injuria facta à reo in ſubornando falſum teſtem ad ſui defenſionem juſtitiæ commutativæ refragatur; quapropter ex hoc capite non tenetur Fiſco, nec aliis hanc pœnam compenſare, Zamoran. *loc. cit. num. 3. in fine.* Ubi trâdit ex Sayro, nec ipſum falſum teſtem teneri Fiſco, vel actori ad compenſationem hujus pęnæ ſi interrogatus juridicè defendat reum negando, ſeu occultando verum crimen: quoniam ante ſententiam eam pęnam reus non tenetur compenſare: ergo nec etiam teſtis.

Major dubitatio eſt de Fiſci 14
Advocato, cui pęna erat applicanda, an teneatur Fiſco compenſare talis pęnæ intereſſe, lucrum, ſeu emolumentum, ſi negligentèr, aut non fidelitèr geſſit cauſam ejus. Salon cum multis Doctoribus putat teneri Fiſco ad compenſandum emolumentum talis pęnæ, ſi cauſam non fidelitèr egit, quia ex officio Fiſci commodis conſulere tenetur; ex quo inferunt ſi Fiſco certò conſtet de hâc fraude, ſeu negligentiâ ſui Advocati, ob quam perdidit cauſam aliàs juſtam poſſe uti occultâ compenſatione contra ſuum Advocatum. Sed hoc non obſtante contrarium eſt verius, videlicet in caſu propoſito Fiſci Advocatum ad hujuſmodi emolumenti compenſationem non teneri, ut amplectuntur Zamo- 15
ran. *diſput. 6. cap. 4. num. 4.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 31. dub. 8. num. 51.* Quoniam Advocatus non debet Fiſci commodis conſulere, nec cauſam proſequi eo fine, ut bona Fiſcus acquirat. Cum non ſit ejus officium curare, ut confiſcationibus, & mulctis Fiſcus locupletetur. Unde cuſtodes diſſimulantes, & non accuſantes, quando imponitur pęna adversùs eos, qui certo loco venantur, ſeu piſcant, non tenentur ad pęnam delinquentibus imponendam Leſſ. *lib. 2. cap.* 13.

13 *dub.* 10. *num.* 73. Sylveſt. *verbo Reſtitutio* 3. *quæſt.* 5. Quia cuſtodes ex juſtitia hos reos accuſare non tenentur, ut Reſpublica mulctis ditetur, ideoque ſolum tenentur compenſare damna ſua

16 culpabili negligentia illata, & quoque Vectigal, quod non fuit ſolutum ob prædictam negligẽtiam; ex quo deducitur neque Procuratorem fiſcalem non accuſantem, neque Judicem non condemnantem teneri in tali caſu ad compenſationem talis pœnæ Zamoran. *diſputat.* 6. *cap.* 4. *num.* 5. *in fine* Licèt contrarium doceant Navarra *lib.* 3. *de Reſtit. cap.* 4. *num.* 141. Salon. & Sayrus.

7 Quod ſi intentetur actio criminalis, & Advocatus ita ſuum Clientem defendat, ut accuſator non potuerit convincere, quapropter hic damnatur ad pęnam talionis: an tunc Advocatus talem pęnam compenſare teneatur. Affirmativam partem tenet Navarrus in *Summ. cap.* 27. *n.* 209. Subnectens irregularem effici, ſi talionis, vel mortis pęna accuſator afficiatur. Contrarium tenẽt, & melius utrumque negantes Covarruv. in *Clementin. Si furioſus, part.* 2. §. 5. *num.* 5. *de Homicid.* Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 8. *num.* 51. *verſic. Adverte tertio.* Zamoran. *diſputat.* 6. *cap.* 4. *num.* 6. Eò quia hoc damnum per accidens, & præter intentionem Advocati accuſatori obvenit, cujus cauſam ipſo minimè adjuvare tenebatur. Ex quo Zamoran. lo-

18 co citato *num.* 7. Infert Confeſſarium, qui ob gravem, culpabilemque negligentiam non obligat pęnitentem reſtituere, quoties ad hoc profectò erat obligatus, hoc damnum creditori minimè compenſare teneri; quamvis Confeſſarius ſuum miniſterium rectè exercere teneatur; tamen ex officio non debet temporale bonum illius creditoris procurare, ſed dumtaxat bonum pęnitentis ſpirituale; & in ordine ad illum creditorem non peccat contra juſtitiam commutativam non obligando pęnitentem ad reſtitutionem Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. diſput.* 32. *ſect.* 6. *ad finem.* Hoc coarctat Zamoran. *diſputat.* 6. *cap.* 4. *num.* 8. Dummodò omiſſio, vel negligentia Confeſſarii tunc rationem conſilii aſſequatur, videlicet, ſi ex malitiâ, vel ignorantiâ graviter, culpabile, vel ex culpâ lata pęnitenti diceret ad reſtitutionem non teneri, cum in rei veritate reſtituere teneatur. Nam tunc Confeſſarii conſilium damni illati creditori eſſet cauſa moralis, ac efficax, ut Bonacina *Oper. moral. de Reſtitut. diſputat.* 1. *quæſt.* 2. *punct.* 11. *num.* 13. *ad finem.*

SUMMARIUM

1 *Adducuntur Authores tractantes de vi, & violentia.*

2 *Referuntur Authores agentes de metu.*

3 *Metu geſtu an ſint ipſo jure nulla, vel reſcindenda.*

4 *Contractus per vim, & metum facti nullatenus tenent.*

5 Sanchez laudatur opinio.

6 *Extorquens aliquid aliud vi, aut metu, in foro poli ad reſtitutionem tenetur.*

7 *Occulta compenſatio conceditur ei, cui*

cui aliquid per vim, & metum ablatum fuerit, ad quod recuperandum alind remedium extare non videtur.

8 *Compenſatio occulta contra promiſſorem rei debitæ conceditur illi, cui pollicita fuit res.*

9 *Teſtator, qui vi, aut metu alias teſtatus fuit, an occulta compenſatione uti poſſit?*

10 *Legatum relictum in teſtamento per vim, & metum condito, an valeat?*

11 *Impediens teſtatorem per vim, & metum, nè favore alicujus teſtaretur, peccat contra juſtitiam commutativam; & tam in foro poli, quàm in foro fori tenetur ad reſtitutionem.*

12 *Impediens, ſeu aliquo modo prohibens teſtatorem in conficiendo teſtamento, incidit in pænam* l. 1. & 2. ff. Si quis aliquem teſtar. prohib.

13 *Teſtamentum, ſeu aliquid alind revocari non poteſt, cum metu juſtè illato geſtum ſit: neque hoc caſu compenſatio occulta fieri licet.*

14 *Læſus in aliquod vi, & metu factum, ni aliam viam conſequendi illud habeat, compenſatione uti ſiquidèm valet.*

15 *Contractus propter reverentialem metum aliàs facti, in foro poli repeti debent.*

16 *Capiens aliquid in contractu per metum reverentialem facto, in foro conſcientiæ ad reſtitutionem obligatur; & contra ſic capientem inſtat occulta compenſatio.*

17 *Metus quoties levis eſt, ad quid obligat?*

18 *Impeditus ad aliquod conſequendum ob metum, poteſt compenſatione occulta contra impedientem uti.*

19 *Filius reverentiali metu hæreditatem renuncians, ad quid obligatur?*

20 *Patre renunciante hæreditatem, filius cum priùs petierit juramenti relaxationem, clam compenſationem facere poteſt.*

21 *Res metu, ſeu vi extorta, in foro poli debet reſcindi arbitrio ejus, qui metum paſſus fuit.*

ARGUMENTUM.

Utrùm propter extorta vi, aut metu detur locus occultæ compenſationi?

QUÆSTIO VI

Quidquam de vi, ſeu violentia effundere, mihi haud hîc licere pernovi, de quibus ſi aliquid ſcire velis, pete à Vigel. *lib. 1. Jur. civil. cap.* 23 Gom. *lib. 3. Variar. cap.* 4. P. Molina *de Juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 682. *& ſequentib.* Menoch. *de Recuperand. poſſeſſ. in prælud. num.* 37. *& lib.* 2. *de Arbitr. caſ.* 394. Senec. *lib.* 9. *controv.* 4. Avendañ. in *Dictionib. fol.* 1876. 1

Nec etiam fas eſt mihi aliqua de metu adducere, de quo videndi Simancas *de Cathol. inſtitut. tit.* 17. Garcia *de Nobilitat. gloſſ.* 17. Soarez *allegat.* 23. Covarruv. in *cap.* 3. *§.* 4. *de Matrimon. & §§. ſeqq.* Barboſ. *voto* 1. *num.* 14. *& à num.* 53. *&* 128. *& voto* 16. *&* 17. *à num.* 113. *& vot.* 54. *à num.* 2

*à num.*61.*& vot.*77. *maximè à nu.* 82. *& in cap.*23. *num.*11. *de Electione.* Donell. *lib.*15. *Comm. cap.* 39. Vigel.*lib.*25. *Jur. civil. cap.*2. Pichard.in *§.Item* 23. *Inſtitut. de Action.* Itidem Donell. *lib.* 22. *Comm.cap* 7. Riccius *part.*1. *Collect.*154. *& part.*5 *collect.*1617. *& part.*6.*collect.*2454. Sanchez *lib.*4. *de Matrimon.diſput.*1. Caſtill. *de Aliment.cap.*59. Senec. *epiſt.*110. *& lib.*1.*de Clement.cap.*12.*& epi-*
3 *ſtol.*51. Et de metu integrum Tractatum, florente ætate compoſuit, omni eruditione ſparſum Antonius Cabreros de Avendaño Juriſconſultus Matritenſis. Nec minus quærere an geſta metu ſint ipſo jure nulla, vel reſcindenda, de quo agunt Salgad. *de Protect* 1.*part. cap.*4. *à num.*8. Barboſ. in *Rubr. Soluto matrimon.* 4.*part à num* 28. Garcia *de Nobilit.gloſſ.*17. Hermol. in *l.*56.*gloſſ.*1. *&* 2.*tit.*5.*part.*5. Valenzuel.*conſil.* 29. Noguerol.*alleg.*29. Amat. 2. *part.reſol.*82. Carleval.*de Judiciis tit.*1. *diſput.*2.*à num.*1014. Pareja *de Inſtrument.edit.tit.*1.*reſolut.*3. *§.* 2 *num.*71. Donell.*lib.*15.*Comm.cap.* 39. Vigel.*lib.*25. *Jur. civil. cap.*2. Pichard.in *§.Item* 23. *Inſtitut. de Action.* Riccius *part.*4.*collect.*932. *& part.*5. *collect.*1617. Sanchez *lib.*4.*de Matrimon.diſputat.*1. *&* 8. Dian *tom.*6. *tractat.*3. *reſolut.*113, *& ſeqq.& tractat.*7.*reſolut.*129.

4 Omnes enim contractus metu initi annullantur, prout latè oſtendit Sanchez *de Matrimon. lib.*4.*diſput.*8. *num.*1. Vir doctiſſi-
5 mus certè, & cæteros omnes de matrimonio ſcribentes antecellens, Societatis Jeſu ſtella ſatis refulgens, itaut de illa materia reliquos Authores quærere neceſſè non ſit, cum ipſe ſolus eam doctiùs, uberiuſque omnibus aliis pertractaverit. Aſſerit enim ex Text.in *l.*1.*C.de Reſcindend. vendit.* Omnes contractus eſſe ipſo jure nullos, cui *legi* 1. conſonat Text.in *l.Qui aliena,* *§.Celſus. ff. de Acquirend.hæredit.* Text.in *l.Qui in carcerem* 22. *ff.de Eo, quod met. cauſ.* Hoc eſt in foro exteriori. In foro verò conſcientiæ, ſi quis ali- 6
quid vi, aut metu extorquet, tenetur ad reſtitutionem, ut idem Sanchez fatetur dicto *lib.*4.*diſput.* 9.*num.*4. Unde Zamoran.*de Compenſat. diſputat.* 4.*cap.*22. *§.*3. *num.* 23. Ex eodem Sanchez, & Leſſio infert, quod ſi is, cui aliquid per 7
metum ablatum fuit, & nequeat aliâ viâ extortum ſibi recuperare, poterit id clam ſubripere, vel facere occultam compenſationem. Quapropter adjungunt, quod ſi 8
res quælibet mihi fuerit pollicita, & ideo debita ſecundùm probabilem ſententiam, eam occultè capere queo, aut uti occultâ compenſatione æquivalente ſubripiendo.

Compenſatio quidèm occul- 9
ta aſciſcitur ſibi locum, quoties quis vi, aut metu ei illato, alium, ut ſe, vel alterum hæredem inſtituat compellit, ſeu legatarium, quem niſi adhibitâ vi, aut metu neutiquam inſtituiſſet; vel quoties teſtamentum condere vetat illi, qui aliàs teſtaturus eſſet in alterius favorem: vel ſi illi impedimentum afferat, nè teſtamentum faciat, ſeu ne jam factum mutet: aut prohibendo ne Tabellio, ſeu teſtes accedant, ſive qualibet aliâ ratione, ut tradidit

Za-

Zamoran. *de Compenſat.diſput.*4. *cap.*22.§.3.*num.*24. Qua de cauſa
10 inſtitutio, ſeu legatum in tali teſtamento relictum erit invalidum,tam in foro exteriori,quàm in foro conſcientiæ, ut atteſtatur Molina *de Juſtit.& jur.tom.*1.*tractat.*2.*diſputat.* 135.*num.*5. Cum obligatione reſtituendi ei, in cujus detrimentum ei cedit ; quoniam bona illa ad eum jam deventura erant, ut habetur in *l.*1. *C.Si quis aliq.teſtar.probib.*Quod etiam affirmat Navarr.in *Manual.prælud.6.num.*7. Ideoque hi,
11 qui perperam modis relatis operantur, inſtitutio juxta mentem teſtantis ſequatur, non ſolùm cōtra juſtitiam commutativā peccant, & tenentur reſtituere in foro poli, & fori emolumentum, quo eâ ratione privantur ii, ad quos defuncti bona erant ventura: verùm etiam inter alias pœnas in foro fori privatur emolumento omni bonorum defuncti, & Fiſco adjudicatur id omne, quod ſi teſtari haud prohibuiſſet ex illius defuncti bonis illi perventurum erat, ut docet Molina *de Juſtit.& jur.tom.*1. *tract.*2. *diſput.*135.*num.*8. Siquidèm ex tali
12 teſtamento capiens incidit in pœnam illius, qui aliquem teſtari prohibet, de qua pœna inſpicito Textum in *l.*1.*&* 2. *ff.Si quis aliquem teſtar.probib.* Text. in *l.*2. *C.eòd.* Text.in *l.Teſtamenti*, *C.de Inofficioſ.teſtam.*Et de jure noſtro Hiſpano videnda eſt *l.*26.27.28. *&* 29.*tit.*1.*partid.*5.

13 Zamoranus *de Compenſat.dict. diſput.*4. *cap.*22. §.3. *num.*25. Ex Leſſio colligit haudquaquam poſſe in irritum revocari id,quod ex metu juſtè illato geſtum apparet: nec ob hujuſmodi metum compenſationem occultam locum habere poſſe. Nam tunc nulla injuria intervenit, cujus ratione hæc poteſtas reſciſſionis,& compenſationis competat. Subdidit etiam ex eodem Leſſio, quod ſi res, quam metum inferēs exigit,ſit minus gravis, tunc poterit revocari cōſenſus quoad illum exceſſum,ut contractus ad æqualitatem reducatur. Quippe in hujuſmodi rebus aliqua proportio,& æqualitas ſervari debet, prout prudentiæ videbitur, quæ ſi excedatur injuſtitia committitur, ratione cujus ad reſtitutionem alter tenetur,quàm ſi facere reſtitutionem detrectet,læſus 14
ſi alia via non poſſit, nec ei ſuperſit nanciſcendi, occultam compenſationem facere poteſt, prout ex eodem Leſſio teſtatur Zamoranus *de Compenſat. dicta diſputat.*4.*cap.*22. §.3. *num.*25. *in fine.*

15 Geſta enim metu reverentiali tantùm, in foro conſcientiæ reſcinduntur, & omnia ea, quæ propter hujuſmodi reverentialem metum tradita ſunt, repeti debent,cum accipiens illo metu ad reſtitutionem teneatur, ut docent Salzedus. ad Diaz. *regul.* 532.*limitat.* 4. Sarmientus. *lib.* 2. *Selectar.diſput.cap.*11.*num.* 10. Angelus.*verb.Metus.num.*15. Vega.in *Summ.lib.* 5.*caſu.* 354. Sylveſter. *Summ.verb.Metus.quæſt.final.*Navarrus.in *Manual. cap.*17.*num.*152. Rodriguez.in *Summ.tom.*1.*edit.*2.*cap.*132.*concluſ.*2.*num.* 5. Navarra. *de Reſtit.lib.*3.*cap.*1.*dub.*7.*num.*332. *nov edit.* Molina. *de Juſtit.& jur.*

lib.

arbitrio ejus, qui metum paſſus fuit, & ille, qui hujuſmodi per injuriam extorſit ad reſtitutionem tenetur. Quippe, ut autumat Zamoranus loco citato, quod ad compenſationem occultam reſpicit, haudquaquam in his caſibus eſt diſcriminis ratio: imo ex eadem reſolutione colligit, verum eſſe, opinionem probabilem circa jus, ſive experte juri ad compenſationem occultam faciendum porro ſufficere, ut latiſſimè ſuo peculiari loco tractabo.

SUMMARIUM

1 *Solutio facta à debitore non ſuo creditori immediato, ſed alicui iſtius creditoris immediato creditori: an liberet ab obligatione iterum reſtituendi, remiſſivè.*

2 *Caſus quæſtionis principalis.*

3 Inducitur Textus in l. In rem. ff. de Compenſat.

4 *Creditor non poteſt facere compenſationem, niſi in rebus ſui debitoris.*

5 *Debitor debitoris mei non eſt meus debitor.*

6 *Caſus, quo compenſatio occulta facta in debito debitoris mei, juſta eſt, ac licita.*

7 *Debitor in foro conſcientiæ debet habere ratam ſolutionem factam creditori ſui creditoris.*

8 *Creditor poteſt intercipere jus, quod habet ſuus debitor contra ſuum creditorem.*

9 *In doctrina occultæ compenſationis valet argumentum ab authoritate Judicis, ad authoritatem propriam.*

10 Refellitur Cardinalis de Lugo de Juſtit. & jur. diſputat. 16. ſect. 6. num. 121. tom. 1.

11 Textus in l. In rem. ff. de Compenſat. *locum dumtaxat ſibi vindicat in foro fori.*

12 *An liceat facere occultam compenſationem in re fidejuſſoris mei debitoris?*

13 *Et quid requiratur, ut ſit juſta ejuſmodi compenſatio?*

14 *Quid verò ſi plures ſint fidejuſſores pro uno debito, & pro indiviſo?*

ARGUMENTUM.

Utrùm compenſatio occulta facta in debito Debitoris mei poſſit aliquo caſu eſſe juſta, ac licita?

QUÆSTIO VII.

1 Hic non eſt noſtri inſtituti diſputare, nec diſcutere illam celebrem quæſtionem: utrùm ſolutio facta à debitore, ſed non ſuo creditori immediato, ſed alicui iſtius creditoris immediato creditori liberet ab obligatione iterum reſtituendi, v.g. Debeo Petro centum, qui Petrus totidem Paulo debet: an ego ſim liber à reſtitutione, ſi quod Petro debebam ſolvã Paulo, qui eſt creditor creditoris mei? Ideoque quoad ejus reſolutionem videndi ſunt Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 16. ſect. 6. num. 121.* Bart. in *l. Solutum. §. Solutum. ff de Pignor. act.*

Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 5. Angel. *verbo Solutio.* §. 13. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 10. *tractat.* 5. *cap* 77. *n.* 66. Sylveſt. *Sũm. verbo Reſtitutio* 7. *quæſt.* 3. Navarr. *de Reſtit. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 23. Medina. *C. de Reſtitut. quæſt.* 3 *cauſa* 5. Aragon. 2. 2. *quæſt* 62. *art.* 8. *cauſ.* 5. Molina, *de Juſtit. & jur. tom.* 3. *diſputat.* 743.

2 Hujus quæſtionis caſus hujuſmodi poteſt figurari, videlicet ſi debeam tibi centum, & Petrus totidem mihi debeat, cui tu rurſus centum debes, poſſim ne uti occultâ compenſatione, accipiẽdo id, quod tibi debeo, pro eo, quod mihi Petrus debet, & tu debes Petro, concurrentibus cœteris conditionibus ad juſtam, ac licitam compenſationem. Qui caſus magis metaphyſicus eſt, quàm moralis, ut dicit Cardinal. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 16 *ſect.* 6. *num.* 121. *tom.* 1. Ubi aſſerit talem compenſationem factam in debito mei debitoris eſſe injuſtam; ſaltem per accidens propter damnum, quod ex ea ſequeretur immediato meo creditori: nempe ſi ab eo iterum exigeretur debitum in judicio, vel extra. Nam ſi tibi centum debeam, & Petrus totidem mihi debeat, cui tu rurſus centum debes, non licebit uti occultâ compenſatione, accipiendo id, quod tibi debeo, pro eo, quod Petrus mihi debet, niſi Petrus mihi cedat jus, quod habet contra te, quia Petrus debitor meus ſemper putabit idem jus adversùs te retinere, cùm eo neſciente facta fuerit occulta compenſatio, quare rursùs à te exigeret debitum ſuum, & tibi ſequeretur damnum ex hujuſmodi compenſatione. Ad quod damnum vitandum ſi velim illi compenſationem factam ne iterum debitum exigat, tunc ſi ipſe ratum habeat, valebit compenſatio, ut dicit idem Cardin. de Lugo loco citato, ſin autem ratum habere nolit, debitum ſemper exigere poterit tanquam nondum ſibi ex ipſius mandato ſolutum.

Huic opinioni opitulatur Text in *l. In rem. ff. de Compenſat.* 3 Ubi quamquam Petrus, cui decem debes velit fieri compenſationem pro aliis decem, quæ tibi debeo, & quæ à me exigis. Juriſconſultus reſpondit te non poſſe compelli ad non exigenda à me decem, quæ tibi debeo, ut patet ex verbis Textus ibi: *Creditor non cogitur compenſare quod alii, quàm ſuo debitori debet; quamvis creditor ejus pro eo, qui convenitur ob debitum proprium velit compenſare.* Unde prædictus Cardinalis ſcribit compenſationem hanc fieri non poſſe, niſi Petrus jus mihi cedat, quod habet contra te; ſi jus cedat poſſum compenſare cum debito tuo id, quod prius debebam; quoniam jam tu mihi totidem debes per translationem juris Petri in me. Et dum Petrus in me jus ſuum non transfert, non poteſt compelli ad compenſationem acceptandam. Ergo à fortiori quando creditor tuus non conſentit in compenſationem; ſed potius eſt invitus, non poteſt compenſare quod illi debes cum eo, quod alius creditor tibi quoque debet. Textus in dicta *l. In rem.*

rem. ff. de Compenſat. Quæ etiam procedit in foro interno, juxta intelligentiam dicti Cardinalis, quia ejus ratio eſt univerſalis.

4 Hujus doctrinæ ratio à priori ea videtur eſſe, ſcilicet, quod nemo poteſt facere compenſationẽ, niſi in rebus ſui debitoris Vazquez *opuſcul. de Reſtit. cap.* 5. §. 1. *dub.* 8. *n.* 41. *verſ. Denique.* Navarr. in *Manual. cap.* 17. *num.* 113. Molina *de Juſtit. & jur. tract.* 2. *diſput.* 691. *num.* 1. *verſ. Quinta.* Machad. *lib.* 2. *part.* 3. *tract.* 22. *docum.* 5. *num.* 5. Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 5. *verſ. Tertia.* In hoc noſtro caſu non faceres compenſationem in bonis debitoris tui, ſed alterius, qui tibi nihil debet, nec realiter pro illo debito eſt obligatus; quippe accipis bona creditoris tui pro eo, quod Petrus tibi debet, ad quæ bona nullum jus habes; quoniam jus, quod habes, dumtaxat eſt in perſonam vel ad bona Petri debitoris tui; bona creditoris tui, ſeu id, quod illi debes non ſunt bona Petri, priuſquam ei à ſuo debitore tradantur; ideoque tibi compenſans ex re, quę nondum eſt Petri, ſed alterius. Jus autem, quod Petrus habet ab eo emere poſſes, ideſt jus, quod habet contra ſuũ debitorem creditorem tuum abſque ejus conſenſu. Quo in caſu jam poſſes facere compenſationem cum tuo creditore; quoniã ipſe jam factus eſſet debitor tuus per translationem ſui juris à Petro factam in te; alioquin ſi jus ſuum non transferat in te, dumtaxat habes jus ad bona Petri, ſecus verò ad bona eorum, qui Petri ſunt debitores.

5 Poſſet quoque debitor tuus abſque Petri conſenſu emere à te jus, quod habes contra tuum debitorem, & creditorem ſuum ſine ejus conſenſu; & tunc dicit Lugo poſſe fieri compenſationem, eò quia jam creditor tuus Petri creditor factus eſſet, & poteſt compenſare quod ipſe debebat Petro, cum eo, quod tibi debebat; ac tandem dictus Cardinal. de Lugo *diſput.* 16. *ſect.* 6. *num.* 122. *in fin.* Concludit abſque conſenſu Petri, vel creditoris tui compenſationem fieri non poſſe; quoniam ſine alterius ex illius conſenſu translatio juris fieri non poteſt. Suffragatur, quia debitor debitoris mei non eſt debitor meus Text. in *l. Non adversùs*, *C. Si cert. petat.* Ergo nequit fieri compenſatio juſta in debito, quo is tenetur debitori meo, præcipuè quando hoc debitum non eſt pro debito meo realiter obligatum.

6 Sed his non refragantibus cõtraria opinio eſt verior, videlicet quando debitum eſt occultum, & non eſt alia via illud aſſequendi, & nullum exinde alicui obveniret damnum, ſed eſſet ſecuritas, quod primus ille creditor non ageret adversùs dictum debitorem, atque crederetur prudenter debitorem illum fore contentum, quod ea via debitum illud immediato ſuo creditori ſolveretur, quod ſemper præſumi debet, ac demum ita occulta compenſatio diſponeretur facta in eo debito, ut debitor ipſe in erronea conſcientia non maneret, qua exiſtimaret ſe eſſe adhuc obligatum ſolvere ſuo immedia-

Digitized by Google

to creditori; tunc ficte fieri poteſt occulta compenſatio in debito mei debitoris, ut tenet Zamoran.*de Compenſat. diſput.7. cap. 6.num.*16.

7 Hujus concluſionis ratio eſt, quia dictis exiſtentibus conditionibus non eſt unde ſit illicita, nec injuſta prædicta compenſatio, cum nulli injuſtitia fiat, & res ad æqualitatem reducatur, & creditor habeat quod ſibi à priori debitore debebatur, & debitor ille in foro conſcientiæ maneat liber ab eo debito, quod per compenſationem factam ex talis debitoris præſumptâ voluntate extinguitur; utpote ſolutum creditori ſui creditoris loco illius: quã ſolutionem in foro conſcientiæ debet ille ratam habere cum utiliter ejus negotium geratur, & fiat loco ejus, quod creditor ipſe debuiſſet facere.

8 Secunda eſt, quia ſicuti poſſum occultè à debitore meo accipere veſtem, vel argentum ad compenſandum mihi, quare non potero accipere occultè jus illud, quod ipſe habet contra meum creditorem; cum tam inveniam in bonis illius illud jus, ſicut veſtem, vel argentum: tunc jam jus illud debitoris mei fiet meum, ſicut veſtis, & illo jure adversùs creditorem meum potero uti, & debitum quod tenebam virtute illius extinguere.

9 Tertia, quia ſi nequeo à Petro conſequi debitum meum, poſſum petere à Judice, quod ſequeſtret id, quod Joannes Petro debet, ad hoc, ut ex hoc mihi ſatiſfiat. Igitur ſicut Judex poteſt abſque Petri voluntate applicare mihi jus illud, quod Petrus habebat contra Joannem; ſic potero authoritate propriâ occultè mihi applicare jus illud Petri ad compenſandum meum debitum, atque ita fieri creditor Joannis.

Non obſtāt tradita in contrarium à Cardinal. de Lugo, dum dicit caſum magis metaphyſicũ, quàm moralem videri; quippe contra dictum Cardinalem tria in medium poſſunt afferri. 10

Primum, quia in praxi poteſt evenire, ut hujuſmodi compenſatio nec per accidens fiat cum Tertii præjudicio, nec injuſta ex eo, nimirum ſi debitum meum ſit occultum, & quoque occultum ſit debitum, quo tenetur ille debitor creditori ſuo. Nam tũc ceſſat periculum, quod creditor exiſtimet jus adversùs debitorem ſuum ſe retinere, ideoque non imminet morale periculum, quod rursùs debitum exigat. Secundum, Petrus debitor meus debet ratam habere compenſationem factam in eo debito, ſi mihi alia commoda via non ſuperſit recuperandi, quod ex juſtitia ipſe certò, ac liquidò mihi debet. Et quoque ex præſumptâ rationabiliter voluntate debitoris ipſius Petri ſit in illo debito, hujuſmodi compenſatio quatenus tunc is videtur velle me adjuvare, ſeu mecum cooperare ad illam compenſationem juſtam, quam ego ſive per me, ſive per alios exequutioni licitè mandare poſſum. Tertium ex mei debitoris tacitâ voluntate poſſum accipere, ſeu transferre in me jus illud, quod ipſe occultus debitor meus habet contra ſuum occul-

tum

tum debitorem, & ſic debitum extinguere. Et ſicut à debitore meo poſſum accipere veſtem, vel argentum gratia compẽſationis. Cur occultè illud jus accipere non potero? cum utrobique adſit debitus conſenſus ex parte mei debitoris, qui in foro conſcientię debet ratam habere; ejuſmodi juris translationem, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput. 7. cap. 6 num.* 17. 18. & 19.

11 Nec eſt verum, quod dicit idẽ Lugo, nempe Text. in *l. In rem*, procedere quoque in foro conſcientiæ. Quippe tutior eſt ſenſus, ſeu intellectus Zamorani dicta *diſput. 7. cap. 6. num.* 20. Ubi dicit Text. in dicta *l. In rem*, dumtaxat procedere in foro externo, in quo refellitur compenſatio, cum debito mei debitoris, niſi pro ſolutione mei debiti, debitum hoc fuerit ceſſum, ut habetur in rubrica ejuſdem legis. Nam quoties debitum non fuit ceſſum, debitor debitoris mei nihil mihi debet. Et compenſatio cum ſit debiti, & crediti invicem inter ſe contributio Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Non vindicat ſibi locum in foro ſori, niſi quando conſtat unum eſſe debitorem, & alium creditorem, ſive immediatum, ſive obligatum. Aliter enim dicendum eſt in foro conſcientiæ, ubi quoties non ſupereſt alia via conſequendi debitum, tunc ex præſumpta mei debitoris immediati voluntate, accedente conſenſu interpretativo debitoris hujus debitoris mei, debitum ceſſum videtur, quo alius ei clàm tenetur pro mei debiti ſolutione, quatenus is tunc ratam habere debet translationem in me ipſius juris adversùs prædictum debitorem. Et quamquam debitor debitoris mei, per ſe loquendo, non ſit debitor meus, & ſic adversùs eum in foro ſori actio intentari nequeat, niſi pro mei debiti ſolutione ceſſum fuerit illius debitum: tamen in foro poli quoties aliud remedium nõ ſupereſt, debitor debitoris mei per accidens poteſt eſſe debitor meus ob translationem in me juris illius creditoris adversùs dictum debitorem. Quæ juris translatio eſt quædam tacita ceſſio ejus debiti pro debito meo, ex rationabiliter præſumptâ mei debitoris voluntate. Unde Zamoran. dicta *diſputat. 7. cap. 6. num. 20. in fin.* Notat præſumptam voluntatem, & ceſſionem non admitti in foro ſori in ordine ad compenſationem, niſi apertiſſimè conſtet, ut eluceſcit ex dicta *l. In rem ff. de Compenſat.*

Nunc videndum eſt, an liceat facere occultam compenſationem in re fidejuſſoris mei debitoris; quæ compenſatio ad hoc ut licitè fieri poſſit in bonis fidejuſſoris mei debitoris, quoties nullum aliud ſupereſt remedium requiritur, quod hæc compenſatio fiat ſine ejus gravamine ad tradita ab Azor. *Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 2. cap. 2. num. 6.* Itaut fidejuſſor ipſe indemnis ſervetur, quatenus pertinet ad recurſum contra principalem debitorem, pro quo ſolvit, & à quo poteſt ſolutum repetere; quamvis fidejuſſor tunc ex vi contractus ad ſolutionem teneatur. At ſem- 12

ſemper illi conceditur recurſus ad principalem debitorem, ut ab eo repetat, quod pro eo ſolvit. Unde ſi compenſatio fieret, itaut nullum remedium ei relinqueretur recurrendi ad principalem debitorẽ, hujuſmodi compenſatio fieret cum fidejuſſoris gravamine; ideoque eſſet illicita Zamoran. *de Compenſat. dicta diſput. 7. cap. 7. §. 2. num. 37.* Quamobrem Sanchez *lib. 2. Conſil. moral. cap. 4. dub 49. num. 3.* Dicit, quod ſi Petri eſſem fidejuſſor pro debito, & ipſe ſolvere nollet, quia creditor illi tantumdem deberet, tunc illicitè faceret occultam compenſationem; quoniam mihi fidejuſſori noceret, quia creditor poſſet me tunc convenire. Igitur à fortiori erit iilicita compenſatio clam in bonis fidejuſſoris mei debitoris facta, ſi ipſi noceret: quia eſſet occulta, & non reſervaretur ei recurſus ad principa-
13 lem debitorem. Quare ad hoc, ut ſit licita hæc compenſatio, & fidejuſſor ſervetur ſine damno, curandum eſſe ait Zamoran. dicta *diſput. 7. cap. 7. §. 1. num. 37. in fine*. Ut hoc damnum caveatur, ſive manifeſtando rem ſecretò, ut fidejuſſor ſibi conſulat, vel alio quovis modo Zamoran. *diſput. 2. cap. 2 num. 11.*

Adhibita hujuſmodi cautela pro fidejuſſoris indemnitate poteſt facere occultam compenſationem in bonis fidejuſſoris mei debitoris Zamoran. *diſput. 7. cap. 7. §. 2. num. 38.* Quia ex vi fidejuſſoris cõtractus verè debitum, pro quo fidejuſſionem emiſit, mihi debet. Ergo non adverſatur juſtitiæ, nec eſt illicitum facere occultam compenſationem pro debito meo in bonis illius fidejuſſoris, dummodò ex tali compenſatione fidejuſſor damnum patiatur, quod compenſans ſanè tunc tenetur evitare. Si verò lo- 14
quatur de confidejuſſoribus, quoties multi fidejuſſores dantur pro uno debito, & pro indiviſo; tunc ſi unus eorum in ſolidum ſolvit totum debitum, datur locus occultæ compenſationi contra confidejuſſores, ut ſinguli præſtent quod loco aliorum perſolvit, ſervata cautela ſuprapoſita, ut docet Zamoranus *de Compenſat. dict. diſput. 7. cap. 7. §. 2. num. 39.*

SUMMARIUM

1 *Hæc quæſtio, prout jacet, quoad famulorum compenſationem non eſt damnata. Et adducitur quidam locus* Macrobii.

2 *Famulos, & famulas poſſe ab heris ſuis occultè compenſare operam ſuam, quam majorem judicum ſalario damnatum eſt ab* Innocentio XI. *felicis recordationis.*

3 *Famulus, quando ob domini potentiam, vel ob expenſas, vel ob maximas difficultates, vel ob inopiam Judicis, poteſt adversùs dominum facere occultam compenſationem*, Et traduntur Doctores hanc opinionem inſequentes.

4 *Creditor poteſt rem ſuam exiſtentem apud debitorem in compenſationem excipere.*

5 *Hebræi vaſa aurea, & argentea ſubrepta Ægyptiis, in compenſa-*

ſationem ſuorum laborum acceperunt.

6 *Herus reſpectu famuli ſemper præſumitur potens.*

7 *Famulus non debet eſſe deterioris conditionis, quàm cœteri creditores.*

8 *Famuli pro ſalario conſequendo præferuntur cœteris creditoribus anterioribus habentibus ſive expreſſam, vel generalem, ſeu ſpecialem hypothecam.*

9 *Famulis licet de bonis dominorum facere occultam compenſationem.*

10 *Famulus ad hoc ut poſſet uti occulta compenſatione adverſùs dominum, quæ requirantur.*

11 *Famulus non poteſt facere occultam compenſationem, quando dubitatur an ſalarium ſibi debeatur, vel non.*

12 *Occulta compenſatio ad hoc ut admittatur, creditum debet eſſe certum, & liquidum.*

13 *Famulus quando facit occultam compenſationem pro ſuo credito, quando non eſt certum, furtum committit, & tenetur ad reſtitutionem.*

14 *Famulus poteſt facere occultam compenſationem, ſi teſtes non inveniant qui adverſùs dominum nolint teſtificari.*

15 *Famulus poteſt uti occulta compenſatione, quando alia via abſque magnis impenſis à domino ſalarium recuperare nequit.*

16 *Inopia judicis in famulis an ſit juſta cauſa faciendi compenſationem occultam.*

17 *Famulus, qui ob nimiam domini potentiam, licet ſit copia judicis, ſalarium recuperare nequit, poteſt furari æquivalens via compenſationis occultæ.*

18 *Famulus poteſt uti occulta compenſatione, ſi contra dominum non habeat probationes.*

19 *Famulus poteſt facere occultam compenſationem, quando judex juſtitiam ei facere nolit.*

20 *Famulus poteſt uti occulta compenſatione, quando ex lite mota contra dominum probabiliter credebat aliquid damnum ſibi fore eventurum.*

21 *Famulus non poteſt facere occultam compenſationem quando imminet ſcandalum, vel fama, ſeu honor alterius periclitaretur.*

22 *Nemo debet cum alterius jactura locupletari.*

23 *Famulus poſt factam occultam compenſationem debet dominum de ea certiorem facere.*

24 *Compenſatio debet fieri de bonis creditoris.*

25 *Famulus poſt compenſationem factam debet dominum denunciare ut credens ſe debitorem in peccato non perſiſtat.*

26 *Famulus debet ab occulta compenſatione ſe abſtinere, quando probabiliter cum periculo ſuæ famæ id poteſt detegi.*

27 *Famulus accipiendo in occulta compenſatione pluſquam ſibi debetur, in exceſſu furtum committit.*

28 *Famulus ſubripiens rem domini in compenſatione ſalarii non committit furtum, ſed ſuum recuperat.*

29 *Famulus quando ſalarium eſt taxatum, poteſt ſubripere in compenſationem uſque ad concurrentem quantitatem.*

30 *Famulus priuſquam faciat occultam compenſationem an tuta conſciētia eam facere poſſit, Con-*

ſeſ-

Digitized by Google

feſſarium debet conſulere juxta Zacchiam.

31 *Quod reprobatur ab Authore.*

32 *Famulus qui ob paupertatem in domino contendere nequit, poteſt autoritate propria compenſando creditum ſuum conſequi.*

33 *Heri nonnulli ne ſalarium famulis ſolvant calumnias adverſos famulos excitant.*

34 *Famuli qua ratione inducũtur ad faciendã occultã compẽſationem.*

35 *Judices non debent eſſe nimis ſcrupuloſi contra famulos facientes occultam compenſationem.*

36 Sylva *quum judicis munere fungebatur quomodo ſe habebat in famulos ucculta compenſatione utentes.*

37 *Famulus quidam ob occultam compenſationem factam furca ſuſpenſus fuit.*

38 *Famulus qui in neceſſitate compulſus exiguo pretio cum domino convenit, quia noluit majus præſtare, an poſſit uti occulta compenſatione?*

39 *Famulus infimo pretio conductus poteſt facere occultam compenſationem uſque ad juſtũ ſalariũ.*

40 *Famulus quando minori prætio ſervit non cenſetur donare domino exceſſum ſalarii.*

41 *Creditum famuli minori pretio conduci non eſt dubium, ſed certum, quia arbitrio boni viri facilè liquidari poteſt.*

42 Sotus, & Navarrus ad concordiam reducuntur.

43 *Famulus quando neceſſitate compulſus domino ſervit minori pretio, & eget ejus ſervitio, an poſſit facere occultam compenſationem.*

44 *Dominus quando minori pretio famulum conduxit, an teneatur ſupplere ſalarium.*

45 *Præſertim quando ſervitiũ famuli maximè ei afferret emolumẽtum.*

46 *Dominus quando ex juſtitia teneatur ſupplere ſalarium famuli?*

47 *Famuli non poſſunt contra dominos facere occultam compenſationem, credentes ſalaria ſua eſſe juſto minora.*

48 *Operarii an poſſint facere occeltã compenſationem.*

49 *Concluſio propoſita in quibus famulis locum habeat.*

50 *Famuli nonnulli conducuntur ut toto anno ſerviant in domini miniſteriis.*

51 *Famulis, qui omnibus horis diei domino ſerviunt, integrum debetur ſalariũ, quod ſi alia via conſequi nequeunt, poſſunt facere occultam compenſationem.*

52 *Famuli quidam conducuntur tantum ad certas horas diei.*

53 *Famuli vulgò* Pages *in Hiſpania Magnatibus, ac Equitibus famulantur.*

54 *Cõſuetudo Hiſpaniæ, ut* los Paxes *ſerviant tantùm pro victu, & veſtimentis an ſit damnanda?*

55 *Heri ſi famulis, ideſt* Paxes, *qui ſine ſtipendio ſerviunt non præſtent alimenta, veſtimenta, ac optimè educent, non erunt tuti in foro conſcientiæ.*

56 Paxes *cum non habeant ſalarium non poſſunt facere de rebus domini occultam compenſationem.*

57 *Famuli aliqui ſunt qui à domino victum tantummodo habent.*

58 *Famuli qui habent liberas certas horas diei ad ſtudẽdum, ſi domini in aliis negotiis eos occupẽt, poſſũt facere occultam compenſationẽ.*

59 *Famuli occupandi ſunt in miniſteriis conventis cum dominis, aliàs occulta compenſatione uti poterunt.*

Fa-

60 *Famuli ſi à dominis occupantur in aliis miniſteriis, quàm conventis occultam compenſationem facere poſſunt.*

61 *Famuli, qui ſpontè nullo ſtipendio inſerviũt Magnati, Prælato, vel cuiuis potenti viro gratia eorum patrocinium captandi, vel aliquod munus bonorificum conſequendi, an ſi iſti domini nullam eis remunerationem tribuant: nec ſuppleant defectum ſtipendii, aliàs debiti poſſint facere occultam compenſationem.*

62 *Famulus quando gratis domino ſervit, quamvis dominus ei nihil præſtiterit, non poteſt facere occultam compenſationem.*

63 *Famulus gratis ſerviendo famulatum domino donare videtur.*

64 *Famulus quando ſervit domino, nullo conſtituto ſtipendio, nec tacitè, nec expreſſè, ſed ſolum heri magnificentia confiſus, quia alios famulos remuneravit, ſi ipſi nihil det, nequit facere contra dominum occultam compenſationem.*

65 *Famulis gratis ſervientibus nihil ex juſtitia debetur, ſed tantùm ex gratitudine.*

66 *Debitum ex cauſa gratitudinis non eſt ſufficiens ad faciendam occultam compenſationem.*

67 *Hærus quando teneatur ad ſupplendum ſalarium famulorum.*

68 *Famuli pro defectu ſtipendii poſſunt facere occultam compenſationem.*

69 *Famulus poteſt facere occultam compenſationem quando tacitè, vel expreſſè ei à domino aliquod munus, favor, vel gratia promiſſa eſt.*

70 *Famuli ſemper inſerviunt eo animo, ut dominorum patrocinio aliquod honorificum conſequantur.*

71 *Prælati quando teneantur famulis juſtam mercedem rependere.*

72 *Heri an teneantur procurare munus famulis, qui hac tacita conditione ſerviunt.*

73 *Famulus quando ſervit ea mente, ut ei à domino aliquod munus procuretur, dominus tantùm tenetur ad procurandum, ut munus illi famulo conferatur.*

74 *Famulus, qui non petiit ſalarium per trienniũ an poſſit deinceps id petere, aut ſi dominus nolit ſolvere, an poſſit facere occultam compenſationem.*

75 *Famulus, qui per triennium ſalarium non petiit, poteſt contra dominum ſolvere reluctantem facere occultam compenſationem.*

76 *Dominus ſi ſcit non ſolviſſe ſalarium famulo ſuo, tenetur illud ſolvere in conſcientia, non obſtante triennali præſcriptione.*

77 *Præſcriptio triennalis contra pauperes currere nequit.*

78 *Famuli perſæpè pauperes ſunt, aliàs ſervitio alterius premii ejuſque imperio ſe ſubiicere nolent.*

79 *Famuli ad hoc, ut poſſint contra dominos facere occultam compenſationem, quid requiratur.*

80 *Famulus ſi in domo domini gravem injuriam in dominum reſpicientem committat, an poſſit petere ſalarium à domino, & is utrum poſſit petere ut ſalarium illud cum injuria ſibi illata compenſetur.*

81 *Famulus, qui juſtas operas domino ſuo præſtitit, abſque ſalarii aliqua conventione, an poſſit adversùs dominum facere compen-*

ſationem occultam de bonis illius aliquid ſubripiendo?

82 *Conditiones, quæ ad hoc, ut famulus, qui abſque ſalario domino ſervivit, requirantur, juxta* Sylvam, *ut poſſit facere occultam compenſationem*

83 *Famulus ad hoc, ut poſſit facere de rebus domini occultam compenſationem, debet eſſe creditor ejuſdem domini.*

84 *Famulus quando ſpontè, & abſque ſalario domino famulatus fuit, non poteſt agere contra dominum ad ſolutionem ſalarii, quod tunc ei non debetur.*

85 *Famulus ſpontè ſerviens abſque aſſignatione ſalarii, ipſum domino remitti, ac donari videtur.*

86 Sylvæ contrarietas oſtenditur.

87 *Salarium, quod conſtitutum non eſt, deberi non poteſt.*

88 Confutatur, ac rejicitur Sylva.

89 *Salarium, quoties conſtitutum eſt famulo, toties ei dicitur deberi.*

90 *Famulus, cui eſt conſtitutum ſalarium, & ipſum recuperare non poteſt, quit tunc uti contra dominum compenſatione occulta; dummodò concurrant conditiones requiſitæ ad hujuſmodi compenſationem honeſtandam.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Famulus, qui ab Hero ſuo juridicè ob potentiam ſalarium recuperare nequit; poſſit de bonis Domini ſibi ſatisfacere faciēdo occultam compenſationem?

QUÆSTIO VIII

EXibens hæc ſervorum diſputatio opportunitatem, eam neutiquam aſpernendam ſum arbitratus, ut eorum cauſa dominorum potentia haud obumbretur. Idcirco hîc fas ſit mihi admonitionem Macrobii *lib.* 1. *Saturnal.cap.* 11. Referre, qua ſervos nuſquam à dominis contemnendos, cum ex iiſdem elementis conſtent hortatur, & ſervitus non hominum, ſed fortunæ vitium dicatur. Quod ut apertius intuenti occedi poſſit ejuſdem Authoris pulchra verba ſunt hæc. *Vides quanta de ſervo ad Deorum ſummum cura pervenerit? Tibi aut unde in ſervos tantum, & tam immane faſtidium? quaſi non ex iiſdem tibi & conſtent, & alantur elementis: eundemque ſpiritum ab eodem principio carpant. Vis tu cogitare, eos, quos juſtum vocas, iiſdem ſeminibus ortos; eodem frui cœlo æque vivere, æque mori? Servi ſunt, imo homines. Servi ſunt, imo conſerv. Si cogitaveris, tantundem in utroſque licere fortunæ: tam tu illum videre liberum potes, quàm ille te ſervum. Neſcis qua ætate Hecuba ſervire cæpit, qua Craſus, qua Darii mater, qua Diogenes, qua Plato ipſe? Poſtremo quid itanomen ſervitutis horremus? Servus eſt quidèm, ſed neceſſitate, ſed fortaſſe libero ajo ſervus eſt. Hoc ill inocebit, ſioſtenderis quis non ſit. Alius libidini ſervit, alius avaritiæ, alius ambitio-* 1

ni

ni omnes ſpei, omnes timori. Et certè nulla ſervitus turpior, quàm voluntaria. At nos jugo à fortuna impoſito ſubjacentem, tamquam miſerum, vilemque calcamus; quod verò nos noſtris cervicibus inſerimus, non patimur reprehendi. Invenies inter ſervos aliquem pecunia fortiorem, invenies dominum ſpe lucri oſcula alienorum ſervorum manibus infigentem. Non ergo fortuna homines æſtimabo, ſed moribus. Sibi quiſque dat mores, conditiones caſus aſſignat. Quemadmodum ſtultus eſt, qui empturus equum, non ipſum inſpicit, ſed ſtratum ejus, ac frænos: ſic ſtultiſsimus eſt, qui hominem, aut ex veſte, aut ex conditione, quæ modo veſtis nobis circumdata eſt, æſtimãdum putat. Non eſt mi Evangele, quod amicum tantùm in foro, & in curia quæras. Si diligenter attenderis, invenies & domi, dummodò vives cum ſervo clementer, comiter quoque, & in ſermonem illum nonnunquam in neceſſarium admitte, conſilium. Num, & noſtri majores omnem dominis invidiam, omnem ſervis contumeliam detrahentes, dominum patremfamilias: ſervos familiares appellaverunt. Colant ergo te potius ſervi tui, mihi crede, quàm timeant. Dicet aliquis nunc me dominos de faſtigio ſuo dejicere, & quodammodò ad pileum ſervos vocare: quos debère dixi magis colere, quàm timere. Hæc qui ſenſerit, obliviſcetur id dominis parum non eſſe, quod Diis ſatis eſt. Deinde qui colitur, etiam amatur: non poteſt amor cum timore miſceri. Unde putas arrogantiſſimum illud manaſſe proverbium, quod jactatur: Totidem nobis hoſtes eſſe, quot ſervos? Non habemus illos hoſtes, ſed facimus; cum in illos ſuperbiſſimi, contumelioſiſſimi, crudeliſſimi ſumus, & ad rabiem nos cogunt pervenire deliciæ: ut quicquid non ex voluntate reſpondit, iram, furoremque evocet.

Ante quam quæſtionis cardinem aggrediamur advertendũ eſt, hanc propoſitionem, prout in hoc themate apparet non eſſe damnatam; ſed propoſitio ab Eccleſia damnata in materia compenſationis à famulis faciendæ hæc eſt. *Famuli, & famulæ domeſticæ poſſunt occultè heris ſuis ſubripere ad compenſandam operam ſuam, quam majorem judicant ſalario, quod recipiunt.* 2 Hæc enim propoſitio, prout jacet, fuit damnata judicio Sanctæ Matris Eccleſiæ per decretum Sanctiſſimi *Papæ Innocentii XI. publicatũ Romæ ſub die* 4. *Martii* 1679. ut refert Sabelli. *Summ. diverſor. tractat. §. Famulus. 7. num.* 11. *verſ. Licet. nonnulli, & adeſt inter cæteras propoſitiones damnatas, quæ habentrr in* 1. *tom. oper Bonacinæ Feria* 5. *Die* 2. *Martii* 1679. *propoſition.* 37. Unde tutè in hac difficultate progreditur. Ad quæſtionem affirmativè reſpondendum putarem, videlicet, quod quando dominus eſt potens, ſuperbus, rixoſus, & famulus pauper, & humilis, & non abſque magnis difficultatibus, vel quia caret expenſis, quæ in judiciis poſcuntur, ideoque ſalarium conſequi nequit, vel non eſt copia judicis, vel ſi adeſt, ob nimiam domini potentiam juſtitiam facere detrectat; his in caſibus famulus tuta conſcientia poteſt æquivalens de bonis domini in ſui ſalarii compenſationem ſubripere, 3 quæ

quæ opinio eſt communi calculo Doctorum recepta, eamque amplectuntur non ſolum Juriſtæ, verùm etiam Theologi, ac Canoniſtæ, ut aſſerunt Sylva *de Salar. Familiar. quæſt* 49. *nu*. 2. Zacchia *de Salar. q*. 68 *n*. 48. Sayr. *Clav. Reg. lib*. 9. *cap*. 14. *num*. 6. *verſ. Dixi*. Si ſpontè dominis inſerviunt Molina. *de Juſtit. & jur. tom*. 3. *diſputat*. 691. *in princip*. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap*. 5. §. 1. *dub*. 10. *num*. 63. *in fin*. Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput*. 16. *ſect*. 4. §. 2. *num*. 79. Bonacin. *Oper. moral. tom*. 2. *de Reſtitut. in gener. diſputat*. 1. *quæſt. ultim. punct*. 2. *propoſit*. 2. *num*. 16. Cordub. in *Quæſt. lib*. 1. *quæſt*. 53. Et in *Summ. quæſt*. 111. & 112. Leſſius: *de Juſtit. & Jur. lib*. 2. *cap*. 14. *dub*. 4. Navarr. in *manual. cap*. 17. *num*. 108. Lopez *part*. 1. *Inſtruct. conſcient. cap*. 158. Et in *Inſtruct. negotiant. lib*. 2. *cap*. 25. Navarra. *de Reſtitut. lib*. 3. *cap*. 1. *part*. 4. *dub*. 8. *nu*. 409 Azor. *Inſtitut. moral. in* 4. *præcept. Decalog. lib* 2. *cap*. 39. *quæſt*. 8. Et in *part*. 3. *lib*. 8. *cap*. 13. *verſ. His poſitis*. Zamoran. *de Compenſat. diſputat*. 5. *cap*. 12. *num*. 1. Caſtropal. *Oper Moral. tom* 7. *tractat*. 32. *diſputat*. 1. *punct*. 16. §. 3 *num* 8 *verſ. Deinde*. Rodriguez. *Summ. part*. 2. *cap*. 147 *num*. 2. *concl*. 1. *ad fin*. Muta. *Super conſuetudin. Panorm. cap*. 19. *nu*. 10. Caldas. *de Empt. & vendit. cap*. 24. *num*. 63. *in fine*. Suarez. in *Theſaur. verb. Furtum. in ſuis Comm. opinion. num*. 399. Balmaſeda. *de Collect. quæſt*. 110. *num*. 18. & 19. Menoch. *de Arbitrar. caſu*. 516. Sylva. *de Salar. quæſt*. 50. *num*. 7. Grammatic. *conſil*. 50. *nu*. 5. Zacch. *de Salar. quæſt*. 96. *num*. 11. Sabelli. *Summ. divers tractat*. §. *Famulus* 7. *num*. 11. Farinac. *Prax. criminal. tit. de Furt. quæſt*. 174. *num*. 75. Carroc. *de Locat. & conduct. part*. 5. *tit. de ſtatut num* 33. & 35.

Hæc enim concluſio probatur ex aliâ generaliori concluſione, quę habet: poſſe quemquam rem ſuam in compenſationem accipere exiſtentem apud debitorē: quam opinionem receptam eſſe dixit Caldas. *de Empt. & vendit. cap*. 24. *num*. 63. Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. tom*. 1. *diſputat*. 15. *ſect*. 5. *num*. 86. Trullench. in *Decalog. lib*. 7. *cap*. 5. *dub*. 5. *num*. 3. Caſtropal. *Oper. moral. tractat*. 6. *diſputat*. 3. *punct*. 14. *num*. 5. Eſcobar. *de Confeſſar. Sollicit ad vener. part*. 2. *quæſt*. 3. §. 3. *num*. 2. Mendus. *Epitom. opin. moral. verbo Compenſatio. num*. 1. Azor. *Inſtitut. moral. part*. 3. *lib*. 5. *cap*. 15. Vazquez *Opuſcul. de Reſtit. cap* 5. §. 1. *dub*. 8. *num*. 40. Sotus. *de Juſtit lib*. 5. *cap*. 3 *quæſt*. 3. Navarr. *Manual. cap* 17 *num*. 112. Filguera. *Summ. tom*. 2. *in* 7. *Præcept. decalog. tractat*. 29. *cap*. 1. *artic*. 3. *ad fin verſ. Con todo eſo*. Cum cæteris à me congeſtis in *quæſt*. 1. Igitur cum famulus ſit creditor in ſalario rectè poteſt in compenſationem à domino tantumdem ſubripere. 4

Probatur ſecundò ex Sacrâ paginâ in *Exod. cap* 12. Ubi Hebræi qui de terrâ Pharaonis aufugerunt, & abſtulerunt vaſa aurea, & argentea ex Theologorum ſententiâ furtum minimè commiſere, nec peccatum patraverunt, quia per multâ tempora laboraverant, ipſique Pharaoni ſerviverant, & pro ſuo ſalario, ac mercede vaſa aurea in ſalarii compenſationem ſubripuerunt, ut dicunt Zacch. *de Salar. quæſt.* 5

quæſt. 68. *num.* 48. Ludovic. *deciſ. Lucenſ.* 1. *num.* 5. Cepol *conſil. criminal.* 26. *num.* 10. Sylva *de Salar. familiar. quæſt.* 50. *num.* 10. Alex. *conſil.* 135. *num.* 1. *vol.* 1.

6 Probatur denique ideò licere cuilibet creditori clàm per compenſationem de bonis debitoris æquivalens accipere, nè res ſuas ob impotentiam recuperationis relinquere cōpellatur, ut docent omnes Doctores ſupra relati, ſed hæc ratio, magis attendi debet in noſtro caſu, ubi dominus reſpectu famuli ſemper potens præſumitur, igitur cum militet eadem ratio, eadem eſſe debet juris diſpoſitio. Text. in *l. Illud. ff. ad l. Aquil.* Text. in *l. Quidem nummularios. ff. de Edend.* Text. in *l. Il-*
7 *lud. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Et alia fortior ratio pro famulis urget, nam eis maxima fieret injuſtitia ſi occulta compenſatio, quæ omnibus creditoribus conceditur, ut dixi in *quæſt.* 1. illis denegaretur, quamobrem eſſent deterioris conditionis cæterorum creditorum, quod dicendum non
8 eſt; Et ſicuti famuli per viam juridicam cæteris creditoribus pro ſuo ſalario præferuntur, quāvis habeant hypothecam anteriorem, ſive expreſſam, ſive generalem, vel ſpecialem, ut tradunt Larrea *deciſ.* 85. *num.* 4. Solis. *de Cenſib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. *verſ. Sed eximiam.* Zacch. *de Salar. quæſt.* 99. *num.* 26. Salgad. Labe-ryntt. *Credit. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 15.
9 Ita etiam quoad compenſationem occultam cæteris creditoribus præferri debent, & dato, quod non præferantur ſaltem peioris conditionis eſſe non debent, ut dixit Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 6. *verſ. Dixi.* Immo tantum magis famulis licitum eſſe debet; quanto magis ſine ſcandalo ſe compenſare poſſunt cum Dominorum bona ſæpe tractent, unde ſicut illis permittitur in compenſatione poſſe occultè accipere æquivalens de bonis debitorum; ita etiam famulis, ut de bonis dominorum pro ſuo ſalario compenſationem ſecretam in foro conſcientiæ permittendam eſſe.

Hæc noſtra ſupra firmata conclusio, ne famulis præbeatur occaſio furandi magno temperamento adhibenda eſt, ut dixit Balmaſed. *de Collect. quæſt.* 110. *nu.* 19. Ideoque ad hoc ut procedere poſſit plura requiſita concurrere debent. 10

Primùm quod ſalarium verè debeatur, ita ut non ſit dubium an tale Salarium veniat famulo præſtandum, vel non. Nam tunc cum liquidum non ſit creditum famuli nequit domino aliquid ſubripiendo facere occultam compenſationem Sylva *de Salar. familiar. quæſt.* 49. *num.* 2. Rodriguez. *Summ. cap.* 47. *num.* 2. *concl.* 1. *in fin.* Zacch. *de Salar. quæſt.* 68. *nu.* 49. Sabelli. *Summ. diverſ. tractat.* §. *Famulus.* 7. *num.* 11. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. *num.* 63. *in fine.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 1. Sayr. in *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 6. *verſ. Dixi.* Cum compenſatio de liquido ad illiquidum locum habere nequeat. Text. in *l. Si conſtat.* 4. *l. Final. C. de Compenſat.* Text. in §. *In bonæ fidei de Act.* Et in foro conſcientiæ ad hoc, ut compenſatio occulta admittit poſ- 11 12

poſſit præcipuum requiſitum eſt, ut creditum pro quo fit hujuſmodi compenſatio ſit certum, liquidum, ac indubitatum, ut tradunt Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 58. Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 4. Caſtropal. *Oper. moral tract.* 32. *diſputat.* 1. *punct.* 16. §. 3. *num.* 6. Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *verſ. Deinde.* Diana. *Oper. moral. to.* 6. *tractat.* 3. *reſolut.* 148. §. 1. Bonacin. *de Reſtitut diſput.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. Filguera. *Summ. tractat.* 29. *cap.* 1. *artic.* 3. *in fine.* Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap.* 49. *num.* 1. Card. de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat.* 16. *ſect.* 5. *num.* 87. Mendo. *epitom. opinion. moral. verbo compenſatio. num.* 1. Unde ſi in caſu quo
13 ſalarium certum, liquidum, ac indubitatum non eſſet famulus de bonis domini compenſationem occultam feciſſet, furtum committit, & ad reſtitutionem tenetur, ut benè Zacch. *de Salar. quæſt.* 68. *num.* 49. Quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis Text. in *l. Si debitor. ff. de Pignorib.* Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de Rei vindicat.* Text. in *l. Qui accuſare C. de Edend.* Text. in *l. In pari. ff. de Reg. jur.* Text. in *cap. In pari. de Regul. jur. in* 6.

14 Secundum, nonnulli reſpectus adeſſe debent præbentes famulo juſtam cauſam non exercendi in judicio adversùs dominum, videlicet ſi probationibus careat ad creditum oſtendendum, nec comperiatur, qui contra dominum teſtificare velit, vel ſi juſtitiam aſſequendam non ſperat, vel ſi magnis expenſis in judicio indigeat, cæterique reſpectus, qui ſi adfuerint famulus contra dominum occultam compenſationē facere non poteſt Rodriguez. in *Summ. cap.* 147. *num.* 2. *concl.* 1. *ad fin.* Sylva *de Salar. familiar. quæſt.* 49. *num.* 2. Zacch. *de Salar. quæſt.* 68. *num.* 49. Et ſi faciat quāvis pœna furti non afficiatur; attamen pœna amiſſionis crediti plecteretur Menoch. *de Arbitrar. judic. caſu.* 516. *num.* 7. Cum ibi relatis, quia ſibi jus dicere authoritate propriâ nemini licet *Tot. tit. C. Ne quis in ſua cauſ. judic.*

Tertium, quod alia via abſque 14
incommodis nequeat creditum ſuum recuperare Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 4. Sotus. *de Juſtit. & jur. lib.* 5. *quæſt.* 3. *art.* 3. Filguera. in 7. *Præcept. Decalog. tractat.* 29. *cap.* 1. *art.* 3. *ad fin.* Navarr. *Manual. cap.* 17. *num.* 112. Caſtropal. *Oper. moral. tractat.* 32. *diſputat.* 1. *punct.* 16. §. 3. *num.* 6. Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſp.* 691. *verſ. Secunda.* Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 15. *verſ. Deinde.* Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 7. *verſ. Quarta.* Nam tunc quilibet creditor rem ſuam apud debitorem exiſtentem, vel æquivalens in ſui crediti compenſationem occultè ſubripere poteſt argument. Text. in *l. Ait Prætor.* §. *Si debitorem. ff. Quæ in fraud. credit.* Ludovicus. *deciſ. Lucenſ.* 1. *num.* 5. Cepol. *Conſil. criminal.* 26. *num.* 10. Archidiacon. in *cap. Dominus noſter* 23. *qu.* 2. Ubi hoc extendunt ad caſum, quo quis rem ſuam adipiſci non poteſt, ut pro ejus recuperatione bellum indicere poſſit, vel eam occultè capere, quamvis mors ſequeretur, irregularis non efficeretur, cum ad hunc

hunc finem non ſtendat Sylva *de Salar.familiar.quæſt.*49.*num.*11. Marſil *ſingul.*177.Paul.de Caſtro *conſil.*35.*col.*3. Muta *ad Conſuetud.Panormitan. cap.*19. *num.*9. *in fine.*

16 Quartum . Nonnulli poſuerunt ad hujuſmodi compenſationem aliud requiſitum, hoc eſt quod non adſit copia Judicis Alex.*conſil.*135. *num.*1. *verſic. Et hoc debet intelligi.* Cæpol. *lib.*1. *conſil.*26.*num.*5 Covarruv. *lib.*1. *Variar.cap.*2.*num.*15. Id tamen intelligendum eſt Pacian.*deProbat.lib.*1. *cap.*59. *num.*31. & 32.

17 Sed in noſtro caſu quamvis adſit copia Judicis, famulus,qui judicialitèr ob nimiam potentiam domini creditum ſuum conſequi nequit, poteſt licitè domino furari in compenſationem rem credito æquivalentem Menoch. *de Arbitrar.Judic.caſu* 516.*num.*1 & *num.*7. Farinac. *Prax.criminal. tit.de Furtis. quæſt.*174. *num.*81.

18 Quod etiam procedit, quando famulus probationem non habet; quippe tunc licet domino pro compenſatione furari tantundem, quamquam Judicis copiam habere poſſit Covarruv. & Alex.relati à Pacian. *de Probat lib.*1.*cap.*59.*num.*31. & 32. Farinac.*ubi ſuprà num.*80. Bajard. ad Clar.in § *Furtum. num.*79. Idem
19 dicendum eſt, quando adeſt copia Judicis, ſed juſtitiam facere denegat, licèt per taciturnitatem, ſecundùm Text.in *cap.*1. ibique Bald.*de Milit.vaſſall. qui contumax eſt, col.*10. Quoniam Judex eatenus dicitur Judex, quatenus juſtitiam facit, ut dicit Sylva *de Salar familiar.quæſt.*50. *num.*13.

Quintum, quod ex lite motâ 20
contra dominum probabiliter credat aliquod damnum ſibi fore eventurum Sylva *de Salar. familiar.quæſt.*490.*num.*2.Et quod ſit illi veriſimile, quod nihil proderit ſibi creditum petere Azor. *Inſtitut.moral. part.*3. *lib.*5. *cap.*15. *verſic.Deinde.* Vazquez *de Reſtit. cap.*5. §.1.*dub.*8.*n.*41. Sayr.*Clav. Reg.lib.*9.*cap.*14.*num.*7.*verſic.Sexta.* Sylveſter in *Summ.verb Furtum quæſt.*13.*num.*17.

Sextum, quod ex tali com- 21
penſatione non oriatur ſcandalum,videlicet ſi fortaſſis dominum alium famulum,vel non famulum de illo furto accuſaret nec ſibi, nec alteri damnum aliquod proveniat cum detrimento honoris, famæ, & corporis. Nam in hoc caſu famulus abſtinere debet ab occultâ compenſatione Sylva *de Salar. Famil. quæſt.*49. *num* 2. Rodriguez in *Summ.cap.* 147.*num.*2. *concl.*1. *in fine.* Zacch. *de Salar.quæſt.*68.*num.*51. Sabell. *Summ. diverſ. tractat.* §.*Famulus. num.*11. Menoch *de Arbitrar.caſu* 516. *num.*8. & 9. Bajard. ad Clar §.*Furtum. num.*78. Farinac. *Prax. criminal. tit. de Furt. quæſt.* 174. *num.*77. Muta *ad Conſuetud.Panormit cap.*19.*num.*9. & 10. Vazquez *opuſcul. de Reſtitut. cap* 5. §.1. *dub.*8. *num.*41. Bonacin.*de Reſtitut.diſput.*1.*quæſt.ultim. punct.* 2.*propoſit.*2.*num.*20. Azor.*Inſtitut. moral.part.*3.*lib.*5.*cap.*15.*verſic.Deinde.*Navarr.*Manual.cap.*17. *num.* 113. Trullench. in *Decalog. lib.*7. *cap.*5.*dub.*5.*num.*7.Cum nemo de- 22
beat cum alterius damno, & jactura locupletari Text. in *l.Naturaliter in fin.*cum *l.ſeq.ff.de Condict.*

*dict.indeb.*Text.in *l.Locupletari,ff. de Reg.jur.* Nec quis ob alienum delictum gravari debet Text. in *cap. Non debet aliquis, de Reg.jur. in 6.cap.Si habes* 34.*q*.3. Unde ſi famulus,qui in compenſationem domino ſubripuit fuiſſet cauſa ali cujus damni, tam temporalis, quàm ſpiritualis ad damnorum refectionem teneretur Navarr. *Manual.cap.*17.*num.*113. *verſi cul. Tertia, ut reſtituat.* Zacch. *de Salar.quæſt.*68.*num.*51.

23 Septimum quod caveat poſtquam talem compenſationem fecit, ne aliquid accipiat à domino, qui adhuc ſe credens debitorem, vellet ſalarium ſolvere, & famulus rursùs ſalarium reciperet, ideoque talem ſolutionem debet recuſare Navarr. in *Manual.cap.*17. *num.*113. Zacch. *de Salar quæſt* 68. *num.*51. *ad finem.* Rodriguez *Summ. cap.*147. *num.* 2.*ad fin.concl* 1. Sabell. *Summ. diverſ tractat.* §.*Famulus* 7.*n.*11.

24 Octavum,ut compenſatio fiat de rebus domini Sabell.ubi ſupra Molina *de Juſtit.& jur.tract.*2.*diſput.*691.*num.*1. *verſ.Quinta.* Azor. *Inſtitut. moral part.*3. *lib.*5. *cap.*15. *verſic.Deinde.* Cardinal. de Lugo *tom.*1.*de Juſtit. & jur. diſput.*15. *ſect.*5.*num.*90.Trullench.in *Decalog.lib.*7.*cap* 5.*dub.*5.*nu.*5.*verſ.Tertia.* Vazquez *opuſcul. de Reſtitut. cap.*5. §.1.*dub.*8.*n.*41. *verſ.Denique.* Quià ſi res in compenſationem acceptæ non eſſent domini, ſed illi eſſent data in depoſitum, vel commodatum,vel modis illicitis ad ipſum perveniſſet,puta furtis, vel uſuris, quo in caſu famulus ſublatam rem retinere nequit, ſed ei cujus eſſet reddere tenetur Molina *de Juſtit.& jur. tractat.*2. *diſput.*691.*lit.B.* Zacch.*de Salar. quæſt.*68.*num.*51 Navarr.*Manual. cap.*17.*num.*113. *verſic.Quarta, ut res,quam accepit.*

Nonum, quod poſt factam compenſationem famulus curet tutum reddere dominum in conſcientia, ne adhuc ſuſpicans ſe debitorem eſſe ſalarii in peccato perſiſtat, non tribuendo id,quod ex juſtitiâ debet,ut ex ea debetur ſalarium Zacch.*de Salar.q.*68. *num.*51. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*5 *cap.*12.*num.*1. Bonacin *de Reſtitut.in gener. diſput.*1. *quæſt. ultim. punct.*2. *propoſit.*2. *numer.*15. 25

Quod fieri difficillimum eſt abſque periculo propriæ famæ, cui famulus conſulere tenetur, ita ut à tali compenſatione debeat abſtinere, ſi probabiliter autumet poſſe ad lucem prodere, ipſum fuiſſe, qui ſubripuit Sylveſter. *Summ.cap.*147.*verbo Furtum n.* 17 Zacch.*de Salar.quæſt* 68.*num.* 51. Rodriguez.*Summ.cap.*174. *num.* 2. *in fine.*Sabelli *Summ. diverſ. tract.* §.*Famulus* 7.*nu.*11. Diana. *tom.* 6. *Oper.moral tract.*3.*reſolut.*146. §.1. Sayr.*Clav.Reg.lib.*9.*cap.*14. *num.* 8. *verſ.Septima.*Mendo. *Epitom.opinion moral verbo Compenſatio nu.* 1. Trullench in *Decalog.lib.*7.*cap.*5. *nu.*5 Card.de Lugo *de Juſtit. tom.* 1.*diſput.*15.*ſect.*5.*nu.*47.Azor.*Inſtitut moral part.*3.*lib.*5. *cap.* 15. *verſic. Deinde.* 26

Decimum,quod in compenſationem non plus capiat,quam ipſi debetur, quia in exceſſu furtum committeret Azor.*Inſtitut. moral. part.*3.*lib.*5.*cap.*15.*quæſt.*2. *& lib.* 8. *cap.* 13. *verſ.His poſitis.* Navarra. *Manual.cap.* 17. *num.* 113. Sayr. in 27

Clav.

Clav Reg. lib 9 *cap.* 14. *num.* 7. *verſ. Tertia.* Diana *Oper. moral. tom.* 6. *tractat.* 3. *reſolut.* 148. §. 1. Bonacin. *de Reſtit. in gener. diſput.* 1. *quæſt. ultim punct.* 2 *propoſit.* 2. *num* 17. Guzman. *Veritat. jur verit.* 16. *num.* 19.

28 His enim requiſitis concurrentibus famulus in foro conſcientię tutè poteſt facere occultam compenſationem pro ſalario ſibi debito, itaut nec virtute cenſurarum id, quod de bonis domini accepit revelare teneatur, nec ipſe, nec alii certiorati, quia famulus pecuniam, vel aliã rem æquivalentem clam ſubtrahens pro ſui crediti compenſatione furtum non committit; ſed ſolummodò id, quod ſuum eſt recuperat Sylva *de Salar. quæſt* 49. *num.* 3. *& quæſt.* 50. *num.* 9. Navarr. in *Manual cap.* 17. *num.* 114. *& in cap. Inter verba, num.* 792. *q.* 3 Muta *ad Conſuetud. Panormitan. cap.* 19. *num.* 9. *& cap.* 22. *num.* 37. Carroc. *de Locat. & conduct part.* 5 *tit. de Statut. num.* 37. Nevizan. *Sylva nuptial. lib.* 3 *num.* 43.

29 Hæc enim concluſio procedit, quando ſalarium eſt taxatum vel ex tacitâ, vel ex expreſsâ conventione Partium, vel ex conſuetudine loci taxatum videtur; quippe tunc famulus uſque ad coæquationem ſalarii compenſationem facere poteſt. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9 *cap.* 14. *num.* 6. *verſ. Dixi ſi ſponte dominis inſerviunt.* Bonacin. *de Reſtitut. in gen. diſput.* 1. *quæſt. ultim. punct.* 2. *propoſit.* 2. *nu.* 15. Vazquez *de Reſtitut. in gener. cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. Non obſtat id quod dixit Zacch. *de Salar. quæſt.* 68. *num.* 51. *ad fin.* Nempe proprium commodum nonnunquam facere aliquem non cognoſcere veritatem, quod docuit Ariſtot. *lib.* 1. *Reth.* Cum difficile ſit nobis judicare, faciendum non eſſe id in quo conſpicimus delectationẽ, ac commodum idem Ariſtot *lib.* 2. *Ethicor.* Unde ad hoc, ut talis famulus in caſu illicito hanc compenſationem non faciat credens in mente ſua habere juſtam cauſam compenſandi, optimum factum ſuſpicatur eſſe idem Zacch. antequam talem com- 30
penſationem faciat Cõfeſſarium adire, vel aliquem alium Sacræ Theologiæ Doctorem, eumque interroget an tutâ conſcientia hujuſmodi compenſationem facere poſſit, quo in caſu Confeſſarius perpenſis requiſitis concurrentibus, cæteriſque circumſtantiis decernet an licita ſit, vel ne talis compenſatio; Sed hæc Zac- 31
chiæ cautela in hujus quæſtionis themate neceſſaria non eſt, imò famulus poteſt tutè, ac licitè de bonis domini compenſationem facere, ut expreſsè docent omnes Doctores pro hac opinione relati, dummodo concurrant requiſita, quæ ſupra numeravi. Quo in caſu minimè furtum committit, ſed quod ſuum eſt aſſequitur, ut ex Belloviſ. *Prax. Rub. de Furib. & latronib. num.* 19. *verſ. Tertio quia*, fatetur Farinac. *Prax. Criminal. quæſt.* 174. *num.* 75 *&* 76. Et latè id probat Sylva *de Salar. quæſt.* 50 *per totam.*

Confirmatur concluſio prin- 32
cipalis. Nam quando debitum famuli, eſt certum, & ob paupertatem, vel nimiam domini potentiam id mancipi nequit, ut moras, inimicitias, ac moleſtias

euitet, tunc propria authoritate creditum ſuum conſequi poteſt, & injuſtam domini calumniam per aliam juſtam refellere ſecundum Gloſſ.in *cap Cupientes.verbo Malignantium de Elect.in* 6. facit Text.in *cap.Dominus noſter* 23.q.2.

Hujuſmodi compẽſatio his tẽporibus faciliùs eſt permittenda, cum à divitibus heris difficiliter pauperum famulorum ſalarium ſatisfiat, & licèt ſuper ejus ſolutione interpellentur, nihilominus ſolvere detrectant, & ſi in judicio adversùs dominos experiantur ipſo jure calumnias contra miſeros famulos excitant, ut ſtipendiorum ſolutionem effugiant, quod facilè ipſis evenire ſolet, cum ſæpiſſimè iniqui, ac divites heri apud ignavos Judices plerumque plurimum valeãt; quamobrem cauſæ pauperum famulorum miſerrimè deteriores efficiunt. Quo circa nuſquam cum potentioribus litigandum legimus apud Eccleſiaſtic.*cap* 8. ibi: *Non litiges cum homine potente, nè fortè incidas in manus illius. Ne contendas cum viro locuplete, nè fortè contra te conſtituat litem tibi*. Ideoque nil mirum, ſi ad has anguſtias vitandas faciliorem ſatisfactionis modum jure permittente, propriâ authoritate ſibi per compenſationem eligant, ut benè Sylva *de Salar.familiar.quæſt*.50 *num* 16 *&* *num*.17.

33

34

Docent prudentes Judices paucùm deferre debere dominorum querelis, præſertim quando eis pateat heros moroſos eſſe in ſolvendis famulorum ſalariis, & quando famuli in compenſatione non multum exceſſerunt. Unde aſſerit Judices pro excuſandis famulis perpẽdere debere, quod cum clam hæc compenſatio fiat, nec ſtatim valor rei ſubtractæ poſſit calculari; non debent Judices eſſe ſatis ſcrupuloſi contra famulum, quia nec dominus in non ſatisfaciendo nullum ſcrupulum fecerit Ludovic.*deciſ.Lucenſ*.1.*num*.16. Sylva *de Salar.familiar.quæſt*.50.*num*.17. *&* *n*.19. 35

Dicit, quod quando ipſe Judicis munere fungebatur in occurrentibus caſibus, nonnunquam abſolvebat famulos à calumnioſis dominorum querelis; quandoquidem pro modo culpæ aliqua levi animadverſione cum reſtitutione exceſſus eos afficiebatur. 36

Non obſtat quod tradidit Cumia ſuper *Rit*.40.*num*.12. Scilicet vidiſſe quendam famulum fuiſſe furcâ ſuſpenſum, eò quia tali compenſatione occultâ uſus fuit. Nam ſatisfacit Muta ſuper *Conſuetud.Panorm.cap* 19 *nu*.11. Quod famulus ille non erat certus de ſuo ſalario, vel antequam compenſationem fecerit non adhibuit debitam diligentiam, vel quia cum Judicis copiam häberet noluit eum adire; ideoque morte plectitur; quoniam nemini licet jus ſibi dicere authoritate propriâ. 37

Quid dicendum quando famulus neceſſitate præſſus, exiguo pretio cõvenit, eò quod dominus majori pretio convenire noluerit, an tunc poſſit uti occultâ compenſatione, ſaltem uſque dum perveniat ad infimum juſti pretii, ſeu ſtipendii aliis tunc dari ſoliti; & quod nequeat facere com- 38

compenſationem tenet Sotus *de Juſtit.& jur.lib.5.quæſt.3.art.3.ad* 1.Caſtropal *Oper.moral.tom.7.tract.32.diſput.1.punct.16.§.3.num.8 verſic.Si conventio*. Azor.*Inſtitut. moral part.3. lib.8. cap.13. quæſt.4.* Card. de Lugo *de Juſtit.& jur. diſput.16.ſect.4.§ 2. num.79. & 80.* Et hujus ratio eſt, quia ſalarium taxatum,ſeu conventum juſtum videtur, & obſequium famuli minus valere cenſetur; quoniam ſeſe obtulit, & fortaſſis dominus ejus ſervitio non indigebat, & merces ultroneæ, ut dici ſolet,vileſcunt Leſſ.*de Juſtit.& jur.lib.2. cap.12.dub.10.num.63. in fine*. Navarr.*de Reſtit.lib.3.cap.1. num.359.*

39 Sed hoc non obſtante contrarium mihi placet, nempè poſſe famulum facere compenſationẽ uſque ad jnſtum ſalarium, ut docent Bonacin.*de Reſtitut.in gener. diſpu.1.quæſt.ult.punct.2. propoſit.2. num.16.verſ.Tertio.* Leſſius. *de Juſtit.& jur lib.2.cap.12.dub.10. num.* 13.Zamoran.*de Compenſat.diſputat.5.cap.12.num.7.& num.8.* Vazquez *Opuſcul.de Reſtit.cap 5.§. 1. dub.10.num.61.*Navarr. in *Manual. cap.17.num* 108. Et ratio eſt,quod

40 id quod facit famulus eſt involuntarium, & neceſſitate compulſus, ideoque dominus tenetur ſupplere ſtipendium ad æquivalentiam,ut benè Trullench.in *Decalog.lib.7.cap.5.dub. 5. num. 11.* Cum famulus non cenſeatur domino donare exceſſum ſalarii ſibi debiti, quia donatio debet eſſe libera Bonacin. *loc.cit*. Facit alia quoque ratio : nam quando res plus valet ; quamvis venditor neceſſitate compulſus viliori pretio venundet, emptori juſtum pretium ſolvere tenetur. Ergo ſi ſervitium famuli plus valet, jus non debet excuſare dominum ab obligatione ſolvendi juſtum valorem ſalarii. Leſſ. Bonacin.& Vazquez. *loc. cit*. Ex

41 juſtitia debetur famulo ſuo ſervitio æquivalens, quale dici nequit ſalarium minus imſimo de quo tunc convenit, vel propter ignorantiam, vel ob neceſſitatẽ, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſputat.5.cap.12.nu.7.* In quo caſu debitum majoris ſtipendii intra latitudinem juſti, dubium non eſt, ſed certum, quia arbitrio boni viri facilè liquidari poteſt, habitâ ratione ſalarii, quod tunc alii famulis dari ſolet in ea Regione, vel Civitate Zamoran.*loc. cit* Sayr.*Clav.Reg.lib.9.cap.14.nu.6. verſ.Si verò ſalarium.* Caſtropal. *tom.7.Oper moral.tract.32.diſput. 1.punct.16.§.3 num. 8.* Cordub. & Lopez. & Vazquez. *Opuſcul. de Reſtit.cap 5 § 1 dub.10. nu. 61.* Ubi

42 aſſerit poſſe, has opiniones contrarias ad concordiam revocari; ita ut opinio Soti, qui tenet contra famulum ſit vera, quando eſt famulorum copia, qui ultro ad inſerviendum ſe ſe offerunt,quia tunc ſalarium vileſcit,ſicut ultroneæ merces vileſcunt Sayr.*Clav. Reg.lib.9.cap.14. num. 6. verſ. Dixi ſi ſpontè.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.5.cap.12.num.23.24.& 25.* Opinio verò Navarri, pro famulo locum habeat, quando famulus neceſſitate coactus ſe ſe offert alicui, ut ei inſerviat, quo in caſu dominus ſalarii defectum ſupplere tenetur. Aliam quoque conciliationem tradunt Leſſius. *de Juſtit.& jur.lib.2.cap. 12. dub. 10. num.*

num.63.in fine. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 7. Nempè quod opinio Soti adverſùs compenſationem vindicet ſibi locum, quando dominus ſervitio famuli non indiget Navarr. *de Reſtit. lib.* 3. *cap.* 1 *num.* 359. Caſtropal. *tom.* 7. *Oper. moral. tract.* 32. *diſputat* 1. *punct.* 16. §. 3. *num.* 8. *verſ. Si conventio.* Zamoran. *loc. cit.* Sed
43 ad præces ipſius, vel parentum in ſuum famulatum miſericorditèr ſuſcepit. Opinio verò Navarri locum ſibi nanciſcatur, quando dominus verè eget famuli ſervitio, quo in caſu licet famulus fuerit neceſſitate compulſus, nihilominus dominus ſupplere debet quod deeſt ad juſtum ſalariũ quod expreſsè docet Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 12. *num.* 25. *in fine.* Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap* 5. *dub.* 5. *num.* 11. Quam diſtinctionem quoad primam partem reprobat Vazquez. *Opuſcul. de Reſtit. cap* 5. §. 1. *dub.* 10. *num.* 61. & 62. Nempè compenſationem fieri non poſſe, quando famuli ſervitio dominus non eget, quod negat dum dicit, quod ſive dominus egeat, ſive non, ſi tamen genus illud famulandi apud omnes vileſcat, eo pretio, quo apud omnes extimatur conveniri poteſt, quamvis illo indigeat. Si
44 verò famuli ſervitio non indigeat, tunc ait Cordub. quod ſi ille rogat quocumque pretio cum eo conveniat, aliquid ultra reſtituere non debet; quod limitat
45 Vazquez. *loc. cit.* Quando ſervitium famuli maximum illi afferret emolumentum, nam tunc quamvis ſervitio non egeat, tenetur juſtum ſalarium ſupplere, Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 11. Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 63 *in fine.* Et per conſequens famulus uſque ad æquivalentiam occultam compenſationem facere poteſt, ut ex Vazquez. & Leſſio. concludit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 12. *num* 8. *in fine.* & *num.* 25. *in fine.* Et voluit Fenech. *Flor. caſuum conſcient tract. de Famulor. conduct. num.* 4. ubi refert Filliuc. *cap.* 17 *num.* 105. Molinam. *de Juſtit. & jur diſputat.* 506. Navarrium *cap.* 17. *num.* 108. Sotum *de Juſtit & jur quæſt* 3. *artic.* 3. *ad* 1. Azorum *part.* 3. Ubi in princip. tradit ex Molina, quod ſi aliquis famulus invitus pro minori pretio cogatur ſervire, ita ut in compulſione injuſtitia inveniatur, compenſandum eſt illi uſque ad juſtum pretium, quia talis famulus poſſet non velle ſeipſum locare pro infimo juſto ſtipendio, ſed pro majori intra latitudinem juſti, ad quod habet jus. Quando 46
parvo ſalario conventum eſt, e[illegible] tamen intentione, ut domin[illegible] ſervitio diligenter præſtito ſupleret. Tunc dominus ex juſtitia debet ſupplere, cum implicitè comprehendatur in pacto facto, cum domino advertente famuli intentionem Leſſ. [illegible] *Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 63. Bonacin. *Opuſcul. de Reſtit. diſput* 1. *quæſt. ult. punct.* 2: *propoſit.* 2. *num.* 16. Ideoque ſi dominus ex juſtitia tenetur, famulus facere poteſt compenſationem concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra.

Nequeunt famuli facere occultã compenſationẽ ex bonis ſuorũ dominorum, dum exiſtimant ſalaria 47

laria ſua eſſe juſto minora, ut tradidit Trullench. in *Decalog. lib.* 7. *cap.* 5. *dub.* 5. *num.* 11. Leſſius *de Juſtit. & jur. cap.* 12. *dub.* 10. *num.* 63. Quippè propoſitio contraria hodie eſt damnata à felice recordatione Sanctiſſimi Pontificis Maximi Innnocentii Undecimi ann. 1679. ut dixi initio hujus quæſtionis.

48 Quæ dicta ſunt de famulis quoad occultam compenſationem, procedit quoque in operariis, & officialibus, dummodò fideliter laboraverint, pro ut ex vi contractus locationis tenentur. Quippe is, qui locat ſuas operas, nec laborat fideliter, ſaltem infimum laboris debiti attingendo, integrum ſalarium non debetur, ut ex Navarr. *Manual cap.* 17. *nu.* 196. & Molina. *de Juſtit. & jur. tom.* 2. *diſputat.* 493. *ad fin.* tradidit Zamoran. *de Compenſationib. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 12. Ubi admonet Confeſſarios, nè facilè acquieſcant famulis, & operariis, qui cum debitè non laboraverint, quæruntur ſe minora ſalaria accipere, & volunt facere compenſationem ſibi non debitam.

49 Sed cum unica regula omne genus famulorum obſepi nequeat: ſpeciatim videbimus, in quibus famulis, quo ad occultam companſationem locum habere poſſit noſtra principalis concluſio.

50 Quidam enim ſunt famuli, qui in famulatu recipiuntur, ut toto anno ſerviant in heri miniſteriis Cordub. *Summ. qu.* 111. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. *num* 56. & 57. & Lopez. relatus à Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 13. Quibus debetur neceſſarium ſalarium, ad hoc ut decenter tranſigant vitã, ut ſolent tranſigere alii famuli ejuſdem conditionis, & qualitatis, occupatis in ſimilibus heri miniſteriis per totum annum; cujus ſalarii conſtitutio relinquitur prudentis arbitrio, ut tradidit Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *nu.* 6. *verſ. Si verò ſalarium*. Et hi famuli, 51 qui omnibus horis diei domino famulari parati ſunt, licet non ſerviant, debetur integrum ſalarium, quippe cum hero parati ſint ſervire ab illo ſalario petere debent Navarr. *Manual. cap.* 17. *num* 110 & Caſtropal. *tom.* 7 *Oper. moral tractat.* 32. *diſput.* 1. *punct.* 16. §. 3. *num* 8. *verſ. Item famulis paratis.* Et ſi aliâ viâ conſequi nequeũt occultam compenſationem facere poſſunt concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra.

Quidam ſunt famuli, qui conducuntur non ut toto anno ſerviant, in heri famulatum continuum manentes; ſed dumtaxat ad certos dies, vel ad certas horas, ſive ad comitandum ipſum dominum, vel ejus uxorem, vel filiũ cum ad Scholas pergit Caſtropal. *tom.* 7. *tractat.* 32. *diſput* 1. *punct.* 16. §. 3. *n.* 8. *verſic. Prætereà cũ dominus* Lopez. relatus à Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 14. Quibus famulis ſolvendum eſt, quod boni viri arbitrio meretur eorum labor juxta conſuetudinem loci, inſpecto ſervitii genere, & debitâ ratione perſonæ inſervientis, & aliis circunſtantiis. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 6. *verſ. Si verò ſalarium.* Unde facilè erit cognoſcere in particulari, 52

quan-

quandonam ejuſmodi famuli poſſunt facere occultam compẽſationem, ſi ſalarium ſibi debitum denegetur. ut dixit Zamoran. dicta *diſputat.*5.*cap.* 12.*num.* 4. *in fine.*

53 Quidam ſunt famuli, quos vulgò *Paxes*, vocamus, & ſerviũt Magnatibus, vel aliis Nobilibus, in Hiſpania noſtra in miniſteriis honorificis, quibus domini dumtaxàt præſtant victum, veſtimenta, ac habitationem, & aliud ſtipendium non habent, ut docent Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. *num.* 58. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 15. Caſtropal. *tom.* 7. *Oper. moral. tractat.* 32. *diſput.* 1. *punct.* 16. §. 3. *num.* 8. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14 *num.* 6 *verſic. Sunt enim quidam.* Azor. *Inſtitut. moral. lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 39. *quæſt.* 9. Ubi

54 quærit an ſit nobilium, ac illuſtrium hominum conſuetudo damnanda, qua his pueris, ſeu *Paxes* ſolum victum, veſtimentum, & habitationem præſtant; & tandem concludit damnandam non eſſe, quoniam hujuſmodi famuli præcibus parentum à Magnatibus, ſeu Nobilibus recipiuntur, illiſque nullum aliud ſtipendiũ debetur, quippe non inſerviunt dominis ſpe ſalarii, nec victus, ſed ut authoritate dominorum ſuffulti facile clariora munera conſequantur, & pro ſtipendio

55 reputari poteſt, quod in dominorum aulis diſcunt, nam, ut dixit idem Azor. *loc. cit.* ibi inſtituuntur, docentur, ac educantur, ita ut ſi domini non faciant eos benè educari, præſtentque alimenta, & veſtitum competentem non erunt tuti in foro conſcientiæ, ut ex Flores de Mena. *lib.* 1. *Var. quæſt.* 8. § 2. *num.* 9. tradidit Eman. Barboſ. *Remiſſ. Doctor. ad Ordin. Reg. Luſit. lib.* 4. *tit.* 31. §. 1. His dominis famulando, ac in eorum domibus degendo, evadunt exculti, ac politici, quod famulati genus in noſtra Hiſpania magnum decus, ac apud omnes æſtimationem aſſequitur; & eſt janua ad multa commoda, quibus alioquin carerent Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 15. ubi refert Lopez. Zamoran. Molinam. Vnde cum hiis fa- 56
mulis nihil aliud præter victum, veſtitum, ac habitationem debeatur, nequeunt ex bonis dominorum facere occultam compenſationem.

Quidam ſunt famuli, quibus 57
heri certas diei horas, ut ſtudiis vacare poſſint, relinquunt, quibus non veſtitus, ſed ſolùm victus concedi ſolet, Caſtropal. *tom.* 7 *Oper. moral. tractat* 32. *diſput.* 2. *punct.* 16. §. 3. *num.* 8. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5 *cap.* 12. *num.* 16. Azor. *part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 13. Gutierrez *de Juramen. Confirm cap.* 64. *num.* 3. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtit. cap.* 5. §. 1. *dub.* 10. *num.* 58. His enim famulis ſi domini conven- 58
tas horas liberas ad ſtudendum, non tribuant, vel in aliis miniſteriis eos occupent, domini conventis ſtare tenentur, quod ſi non fecerint, famulorum damnum reſarcire compelluntur. quia eis debita mercede defraudant, aut plus quam par eſt gravant, ac premunt. Quamobrem hiis famulis licet de bonis dominorum facere occultam compen-

ſa-

ſationem, ſi aliâ viâ ſui laboris pretium obtinere non valeant; ut expreſsè ex Navarro. *Manual. cap.* 17. *num.* 111. *&* 118. & Menoch. *de Arbitrar. Judic. caſu* 514. *in fine*, *&* *caſu* 515. docuit Caſtropal. *tom.* 7. *Oper. moral. tractat.* 32. *diſput.* 1. *punct.* 16. *§.* 3. *num.* 8.

59 *verſic. Præterea.* Nam famuli occupandi ſunt in eo miniſterio, in quo, vel tacitè, vel expreſsè convẽtum fuit inter Partes, quia ex conventione Partium cõtractus legem accipiunt Text. in *l.* 1. *§. Si conveniat. ff. Depoſit.* Text. in *l. Contractus. ff. de Reg. jur.* Text. in *l. Lege. ff. de Pact. convent.* Alias non ſervatur juſtitia, & arbitrio prudẽtium ſalarium eſt augendum, quo in caſu famuli compenſationem facere poſſunt, ut dixit Zamoran *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 12. *num.* 16. ex Leſſio. & ex Navarr. *Manual. cap.* 17. *nu.* 108. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap.* 5. *§.* 1. *dub.* 10. *num* 57. Et ideo

60 famuli conducti parvo ſtipendio ad quædam determinata miniſteria, ſi ab heris in aliis miniſteriis occupentur, quàm tacitè, vel expreſsè fuit conventum, poſſunt uti occulra compenſatione, quoniam famulus tunc ea, facere gratis non præſumitur, ſed animo mercedis, ſeu ſalarii, ut dixit idem Zamoran. dicto *num.* 16 *in fine.*

61 Nunc inveſtigandum eſt de illis famulis, qui nullo, vel parvo ſtipendio conſtituto, ſpontè inſerviunt alicui Magnati, vel Prælato, vel Æquiti, vel alii Nobili, aut potenti viro, gratiâ ejus bevolentiam captandi, ſive ut inter ejus alumnos computentur, ſive quia hac viâ ſperant conſequi aliquod beneficium Eccleſiaſticum, vel aliquod munus ſeculare (qua intentione in Hiſpania Magnatibus, Prælatis, vel particularibus Equitibus inſerviunt famuli, quos *Paxes* appellamus, cœterique famuli honorifici miniſterii, qui, de *eſcalera arriba* dicuntur) an ſi domini quibus inſerviunt nullum eis munus, nec remunerationem conferant defectum ſtipendii, aliàs debiti hic famũli poſſint facere occultam compenſationem?

Ad quam difficultatem hujuſmodi reſpondetur. Quando famulus nullo, vel parvo ſtipendio voluit domino gratis ſervire, tunc licet dominus nihil ei præſtet; attamen compenſationem occultam facere non poteſt Azor. *Inſtitut. moral. part.* 3. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæſt.* 4. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtit. cap.* 5 *§.* 1. *dub.* 10. *num.* 59. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 9. *cap.* 14. *num.* 6. *verſ. Quarto famuli.* Ubi refert Alex. de Alex. *part.* 4. *quæſt.* 24. *memb.* 5. *art.* 3. Sotus. *de Juſtit. & jur. lib.* 5. *quæſt.* 3. *art.* 3. *ad* 1. Navarr. *Summ. cap.* 17. *num.* 113. Medin. *C. de Reſtitut. quæſt.* 11. Cordub. *Summ. quæſt.* 111. Ratio eſt, 62

quia tunc famulus famulatum donare videtur eâ parte, quâ pluris valet; ideoque dominus ad reſtitutionem non tenetur, quãvis famulus fruſtretur eâ ſpe, quâ ductus ita donavit, quippe ut dicit Molina relatus à Zamoran. de *Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 12. *num.* 19. Illa ſpes ſolùm fuit cauſa motiva, ſeu impulſiva donandi ſuum obſequium, ſecus verò conditio, ſub qua donavit, taliter, 63

ter, ut ſi effectum haud ſentiatur, irritetur donatio Caſtropal. *Oper. moral. tom. 7 tractat. 32. diſputat. 1. punct. 16. §. 3. num. 8. verſ. Item famulis. in fine.*

64 Sin autem famuli Magnatibus ſerviant, nullo, vel parvo ſtipendio, nec tacitè, nec expreſsè conſtituto, nec dominos ex juſtitia obligare intendant, itaut in aliis muneribus talem famulorum ſervitium recompenſent; ſed ſolùm fidentes herorum magnificentiis, hac ſpe alliciantur ad inſerviendum parvo, aut nullo ſtipendio, ſcientes ſolere ex gratitudine ſuos famulos remunerare, etiam ultra ſtipendium ipſis debitum: Quo in caſu non tenentur domini ex juſtitiâ compenſare ſervitia hujuſmodi famulorum, æquivalentem ſatisfactionem ei præſtando, ſeu ſperatam remunerationem, & per conſequens famuli compenſationem occultam facere non poſſunt Vazquez *Opuſcul. de Reſtit.* §. 1. *cap 5 dub. 10. num 60.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 8. cap 13 quæſt. 4.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 5. cap. 12. num. 20.* Bonacin *de Reſtitut. in gener. diſput. 1. quæſt. ultim. punct. 2. propoſit. 2. num 15.* Ratio

65 eſt, quia hujuſmodi famulis non debetur ex lege juſtitiæ, ſed ex lege gratitudinis, ut tradit Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 14. num. 6. verſ. Dixi ſi ſpontè.* Zamoran. Vazquez,

66 Azor. loc. cit. Sed debitum ex cauſa gratitudinis non eſt ſufficiens ad inducendam occultam compenſationem Trullench. in *Decalog. lib. 7 cap 5. dub. 5. num. 3.* Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicit. ad vener. part. 2. quæſt. 3.* §. *3. num. 18.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. quæſt. 2.* Diana *Oper. moral. tom. 6 Reſolut. 152.* §. *3. tractat. 3.* Salas *de Legibus diſput. 9. ſect. 2. num. 35.* cum cœteris relatis in *quæſt. 4.*

Sin autem animus famulorum ſic inſervientium ſit inducere obligationem juſtitiæ; quoniam abſque ſpe ſatisfactionis in aliis remunerationibus ſervituri non erant, tunc quamvis non ſe explicuerint cum dominis, quia jam facilè ab eis intelligebatur, vel non ſe explicarunt, quia non eſt in uſu id explicare, cum de animo horum famulorum jam liqueat; ſive quia domini pro bro ducunt, quod taliter negotium cum illis pactionibus geratur taxitè dumtaxat; quo in caſu heri defectum ſtipendii alia via ſupplere ex juſtitiâ tenentur, & per conſequens famuli pro eo poſſunt facere occultam compenſationem Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap. 5.* §. *1. dub. 10. num. 59.* Bonacin. *de Reſtitut. in gener. diſputat. 1. quæſt ultim. punct 2. propoſit. 2. nu. 15.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 5. cap. 12. nu. 21.* Sayr. *Clav. Reg. lib 9. cap 14. num. 6. verſic. Dixi ſi ſpontè* Caſtropal. *tom. 7. Oper Moral. tractat. 32. diſputat. 1. punct. 16.* §. *3 num 8. verſ. Deinde.* 67 68

69 Ubi dicit, quod ſi tacitè, vel ex preſsè famulo promiſſum eſt aliquod munus, vel beneficium præſtandum, ſeu diligentia, vel favor in ejus conſequutione, & poſtea dominus nihil horum præſtet; tunc famulus poteſt facere compenſationem occultè domino ſubripiendo quanti promiſſum æſtimatur, ſi alia via con-

conſequi nequit, quoniam ea promiſſio pretio æſtimabilis eſt;

70 quæ compenſatio procederet, licet promiſſio tacitè ſolummodò intelligatur, dixit tacitè, quia ex eo tantum, quod dominus intelligeret eo fine famulum ſuum domum ingredi, eique obſequi ſatis eſſe videtur dicit ex Leſſio idem Caſtropal *loc. citat.* Quoties famuli hujuſmodi inſerviunt eſt cum ſpe aliquid munus aſſequendi, quæ ſpes remunerationis in rebus aliis pro ſervitio exhibito, fuit veluti quædam adjecta conditio, ſub qua, & non aliter voluit dominis inſervire; & ſub hac ſpe plerique famulorum ſolent ſervire Magnatibus, ac Prælatis, cæteriſque dominis, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 5. cap. 12. num.* 21. Quatenus videlicet aliquam ſpem concipiunt, ut domini in ſtatu aſſumendo, vel in munere ſubeundo, aliquid ultra tenue ſtipendium ſuppeditabunt; unde ſi his famulis non ſolvatur ſalarium ſaltem in his remunerationibus poſſunt facere occultam compenſationem, quoniam illud ſalarium verè illis debetur ex juſtitia Bonacin. *de Reſtit. in gener. diſputat. 1. quæſt ultim. punct. 2. propoſit. 2. num.* 15. Zamoran. dict. *num.* 21. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub. 10. num.* 59.

71 Tria enim ex Leſſio obſervāda eſſe ait Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 5. cap. 12 num.* 22. Primum, quod quoties famuli, hoc pacto tacito intendunt obligare Prælatos, ut eis conferant, ſeu procurent aliquod beneficium: hoc nihil aliud, eſt quàm ſimonia; ideoque cum Prælati hujuſmodi obligationem ſuſcipere nequeant; tenebuntur famulis juſtam ſui ſervitii mercedem rependere. Nam famuli ſuum famulatum gratis donare non credunt, ſed cum onere, quod Domini nequeunt admittere; ideoque alia via hoc ſervitium debent ſupplere.

72 Secūdum: Si famuli, qui ſic inſerviunt, cenſent obligare heros, ut eis procurent, vel conferant aliquod beneficium ſæculare; Domini hoc advertentes, ad unum, e duobus tenentur; ideſt ad conferendum, vel ad procurandum, quantùm poſſunt, ut eis tale munus conferatur, dummodò ad eum ſubeundum apti comperiantur. Si hanc obligationem domini ſuſcipere nolint, ſolvere debent famulis conſuetum juſtum pretium ſalarii, quia ſuū ſervitium gratis donare non cenſent.

73 Tertium: Si famuli mens dumtaxat ſit, non quod dominus ei conferat beneficium, ſed quod illud ei procuret, dominus ad nihil amplius tenetur, quia ſuæ obligationi ſatisfacit curando, quantum in ſe fuerit, quod illi famulo munus illud conferatur, modo ſortiatur effectum, modo non quoniam tantum ad hoc famulus dominum obligare voluit. Et Zamoran. dict. *diſput. 5. cap. 12. num. 22. ad finem.* Aſſerit hoc procedere, licet ſollicitudo, ac cura, quam dominus in munere procurando impendit non tāti valeat, quanti valet famulatus, quo in caſu dominus ad nihil aliud tenetur, quoniam famulus ſpontè id obtulit

tulit hero pro tali procuratione, vel interceſſione, inito innominato contractu, facio, ut facias.

74 Pro hujus quæſtionis coronide examinandum eſt, an famulus, qui non petiit ſalarium ſui famulatus, toto triennio, à die quo deſtitit ſervire; poſſit illud deinceps petere? aut ſi dominus nolit ſolvere, poſſit facere occultam compenſationem? Hæc dubitatio depromitur ex *l.9. tit. 15. lib.4. recopil.* Ubi præcipitur, quod famulus, qui alicui ſervivit, & ſalarium non petiit, intra tres annos à die, quo deſtitit ſervire; nequeat elapſo triennio illud in judicio petere, niſi probet intra prædictum triennium petiiſſe, & dominum non ſolviſſe.

75 Huic difficultati breviter reſpondetur, poſſe famulum adversùs dominum in foro poli facere occultam compenſationem tutâ conſcientiâ, etiam triennio elapſo, ſi dominus ſolvere nolit, vel quia famulus via juſtitiæ recuperare nequeat, ſive quia probationibus caret, ſive quia in recuperando plus expenderet, quã ſibi de ſalario debetur; quamobrem hanc opinionem tenent Fagundez in 4. *Præcept. Decalog. lib. 4. cap. 15. num. 19.* Emanuel. Barboſ. in *Notis ad Reg. Ordination. lib 4. tit. 32 num. 2.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 5. cap. 13. nu. 8. in fine.* Dueñas. *regul. 306 limit. fin.* Caldas *de Empt. & Vendit. cap. 24. n. 63. in fin.* Licèt de hac opinione dubitet Sylva *de Salar. familiar. quæſt. 49 num. 3. in fine.* Flores de Mena. *Variar. Reſolut. lib. 1. quæſt. 8. num 22. §. 2.* Carval. *de Teſtam. part. 2. num 60.* Gutierrez. *de Jurament. confirmat. part. 3. cap. 1. n. 23. in fine.*

Hujus concluſionis ratio eſt, 76 quia hæc triennalis præſcriptio, dumtaxat præſcribit actionem perſonalem ad petendum debitum in judicio. Ideoque per tranſactionem triẽnii famulus in foro conſcientiæ jus ad debitum amittere nequit; imò quando domino conſtiterit, famulo non ſolviſſe ſalarium, in conſcientia id ſolvere debet, non obſtante tali præſcriptione. Gutierrez. in *l. Nemo poteſt num. 489. ff. de Legat 1.* Jo: Sancius in *Select. diſputat. 48. num. 59.* Lopez. *Inſtruct. negot. lib. 2. cap. 25.* Sanchez. *lib. 9. de Matrim. diſput. 37. num. 17.* Molina. *tom. 1. de Juſtit. diſput. 67.* Alia quoque ratio eſt, quia adverſus pauperes 77 triennalis præſcriptio non currit: niſi ſpatium quadraginta annorum labatur. Text in *authentic. de Eccleſiaſt. tit. §. Pro temporalibus. coll 9.* Sylva *de Salar. quæſt. 59. nu. 10.* Gothofredo *Prax. lib. 1. tit 5. de Stat. homin.* Covarr. in *Regul. poſſeſſor part. 2. relect. §. 2. num 3. verſic. Imo & hæc.* Velaſch. *de Privil. pauper. part. 1. quæſt. 32. num 8. Cum ibi relatis.* Sed ferè omnes famuli pauperes ſunt, & pro eorum 78 paupertate adeſt præſumptio; quippe ut benè notat Sylva *de Salar. quæſt. 59. num. 8.* Rari divites comperiuntũr, qui alterius ſervitio premi, illiuſque imperio, ac voluntate ſe ſubjicere velint ſaltem lucraturi mercedem. Igitur adversùs eos præſcriptio triennalis currere non debet. Hoc enim de triennali famulorum ſalarii præſcriptione, procedit, quoties adhuc aliqua municipalis lex hoc

lex hoc jubes, nam particularibus conſtitutionibus, conſuetudinibus, & ſtatutis de medio ſublatis, remanet firma concluſio, quod ſalarium, nō niſi triginta annorū ſpatio prǫſcribatur, ut benè docet Zacch. *de Salar. q.* 105. *n.* 1. *& n.* 9.

79 Hæc, quæ dicta ſunt circa jus famulorum, quoad occultam compenſationem, procedunt dummodò debita bonâ fide à domino toto tempore neceſſario ad præſcriptionem pro foro conſcientiæ præſcripta non fuerint, ut animadvertit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap* 13. *num.* 9. Quod contingere ait, quando dominus eo tempore bona fide exiſtimat, ſe illi famulo nihil debere, vel quia debitum penitus excidit à memoria, vel quia condonatum, vel aliter ſolutum autumat Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 6. *num.* 19. Sed hoc mihi diſplicet, ideoque in hoc caſu etiam famulus poteſt facere compenſationem, ut ex Jo: Sācio. *Select. diſput.* 43. *n.* 56. *ad fin.* quoque cenſet Zamoran. *loc. cit.*

80 Pro hujus quæſtionis complemento ſubjiciendus eſt quidam caſus, de quo Eboræ interrogatus fuit Molina Theologus. Quidā famulus dum in nobili quadā familia inſerviret, ei intulit gravíſſimam injuriam, dormiēdo intra domum cum quadam famula, penetrādo intériora, ac ſecreta domus illuſtris familiæ, quæ potuit famam in maximum diſcrimen adducere ob rationē loci, ad quem ingrediebatur. Interrogatus ipſe Molina de hoc caſu à patre, & à matre familias domus illius, quibus famulus ſervierat; an tuta conſcientia poſſent non ſolvere ſalarium, uſque tunc merito ab ipſo famulo, ſed compenſare ſtipendium, cum graviſſima injuria eis illata. Cui dubio, ſeu interrogationi reſpondit Molina *de Juſtit. & jur. tom* 4. *diſput.* 81 *in fine.* Eos tuta conſcientia non poſſe facere illam compenſationem; ſed debere ſolvere ei famulo ſalarium debitum: niſi prius actione injuriarum intentata adversùs famulum, in pœnam injuriæ illud ſalarium authoritate publicâ illis adjudicetur; & ratio eſſe videtur, quoniam pro injuria à damno dato non debetur compenſatio in foro conſcientiæ ante ſententiam, ut dixi in *quæſt.* unde dicit Zamoran *de Compenſat. diſputat.* 10. *cap.* 3 *num.* 7. Patrem, & matremfamilias illius domus debere ſolvere illi famulo debitū ſalarium; quippe ſi aliud vellēt, intentarēt adversùs famulū actionē civilem, aut criminalem ob delictū cōtra eorum æſtimationem patratum ante intentatam actionem, nequeunt non ſolvere famulo debitum ſtipendium, quoniam illata injuria, reſpectu prioris debiti non eſt exceptio competens Zamoran dicto *num.* 7. *in fine.*

81 Sed an famulus, qui juſtas operas domino præſtitit abſque ſalarii conventione, poſſit tutâ conſcientiâ facere occultam cōpenſationem aliquid ſecretò ex bonis ejuſdem domini accipiendo ad æquivalentiam ſervitii præſtiti? Cui dubio affirmativè reſpondet Sylva *de Salar. quæſt.* 45. *num* 2. Qui ex Theologorum, noſtrorumque Juriſconſultorum ſen-

tentia aſſeverat licere famulo facere talem compenſationem, dummodò in ea hæ quatuor conditiones concurrant. Prima,
82 quod ſalarium verè ſit debitum, & de eo liquidò cōſtet. Secunda, quod Judicis authoritate illud aſſequi nequeat, vel quia deficiunt probationes, vel quia plus expendet in ſalario conſequendo, quàm ipſum importat. Tertia, quia probabiliter credit, quod ex lite mota cōtra dominum aliquod ſibi eventurum foret. Quarta denique, ut ita ſecretò capiat, quod nec ſibi, nec alteri, cum detrimento honoris, famæ, & corporis dānum aliquod perveniat. Hiſce conditionibus concurrentibus famulum in conſcientia facere poſſe compenſationem voluit taliter, ut nec etiam cenſurarum virtute, quod ex bonis domini accepit revelare teneatur, quia famulus pecuniam, vel aliam quālibet rem æquivalentem furtim ſubtrahens, pro ipſius debiti compenſatione furtum non committit, ſed quod ſuum eſt recuperat, qnam opinionem comprobat authoritate Navarri. *Manual.cap.*17.*num.* 12. Cordub. *de Caſib.conſcient.quæſt.* 111. Navarræ *de Reſtit.lib.*3.*cap.*1.*nu.* 359. Menoch. *de Arbitr.caſu.*516. Gratian.*cap.*826. Ludovic. *Deciſ. Lucenſ.* 1.*num.*5. Flores de Mena. *lib.* 1.*quæſt* 8.§.2. *num.* 22. Muta. *ad Conſuetud.Panormit.cap.*19. *n.* 10. Rodriguez, & Pereyr. At Sylvæ
83 placito neutiquam obnitēte contrarium eſt tutius, nempè hoc in caſu famulum compenſationem facere non poſſe; quia ad faciendam compenſationem compenſans occultè debet habere creditum contra eum, adverſus quem compenſationem facit Text. in *l.*1 *ff.de Compenſat.* Text. in *l. Si conſtat.*4.*C. Eod.* Sed in hoc the- 84
mate, famulus cum ſponte abſque ſalario domino ſerviret, nullum creditum habet contra eum ut patet ex eodem Sylva *num.* 1. Ergo conſequens eſt, ut compenſationem facere nequeat, quod tradunt Sayr.*Clav.Reg.lib.* 9.*cap.* 14.*num.*6.*verſic.Quarto famuli.* Azor.*Inſtitut.moral.part.*3.*lib.* 8.*cap.* 13.*quæſt.*4 Medin.*de Reſtit.qu.* 11. Vazquez.*de Reſtit.cap* 5.§.1.*dub.*10 *num.*59. Sotus.*de Juſtit.& jur.lib.*5. *quæſt.*3.*art.*3.*ad* 1. Cum nec domi- 85
minnm convenire poſſit ad ſolvendum ſibi ſalarium, quod conſtitutum non fuit, quo in caſu ipſum donare videtur Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*5.*cap.*12.*nu.* 19. Eſt enim in hujus quæſtionis 86
examine Sylva nimiopere oſcitans, dum in ejus diſputationis themate dicit *Abſque ſalarii conventione*, Et poſtea in prima compenſationis conditione, exoptat ut *Salarium ſit verè debitum, & de eo liquido conſtet.* Nam quomo- 87
do verè deberi poteſt, nec de liquido cōſtare ſi conventum non fuit? Quocirca Sylva merito con- 88
futandus eſt, cum haud debitâ ſolertia eam ſciſcitationem perrractaverit. Nec Doctores quos 89
ad ejus comprobationem retulit, loquuntur in caſu, quo famulus abſque ſalario ſervivit; ſed benè quoties ſalarium conſtitutum, & aſſignatū fuit, ut patet ex Muta ab ipſo relato. Quippe tunc fa- 90
mulus advenientibus conditionibus quas in hac eadem quæſtione

ſtione adduxi, poterit facere compenſationem contra domi-num, à quo ſalarium ſibi debitũ, ac conſtitutum, recuperare non poteſt.

SUMMARIUM

1 Zamoranus *caſum quæſtionis hujus fingit.*

2 *Teſtator priuſquam teſtamentum condat, dicit ſuo famulo; qui furatus eſt quinquaginta ſuo domino: velle ei centum reliquere: & famulus cauſa compenſandi debitum, perſuadet ſuo domino non magis quam quinquaginta relinquere: caſus hic eſt.*

3 *Teſtatore mortuo, an famulus, cui jam quinquaginta ob ſuam perſuaſionem legata fuerunt, debitũ hæredibus compenſare teneatur?*

4 *Famulus tenetur de quinquaginta hæredibus, licet perſuaſit diminutionem ſui legati*, ſecundùm Graffis.

5 *Legatum hujus famuli quomodò intelligatur?*

6 *Famulus à debito quare ſolutus non eſt, cum quinquaginta ſibi legari fecit?*

7 *Teſtatoris prior voluntas, qua famulo centum legare volebat, imperfecta cenſetur.*

8 *Teſtatoris voluntas imperfecta in foro poli nullum jus tribuit.*

9 *Teſtator uſque ad ultimum vitæ ſtamen poteſt teſtamentum factum reſcindere, ſeu revocare.*

10 *Compenſatio locum habere quandò poſſit in hac noſtra ſpecie, cum liquidò appareat diverſificata in actu voluntas teſtatoris, quæ aliter erat in potentia.*

11 Zamorani opinio quæ?

12 *Famulus cum ſuo domino teſtanti ſuaſit non centum, ſed quinquaginta ſibi relinquere: poteſt cenſeri teſtatorem cognoviſſe debitum famuli; & legando illi quinquaginta, debitum remiſiſſe.*

13 *Famuli numquam ſolent dominis eorum impedimentum eſſe, cum eis aliquid in teſtamento relinquunt.*

14 *Teſtatorem animo liberali, vel ſpeciali affectu ſuo famulo centum legare; niſi iſte reluctaretur, conjecturari poteſt.*

15 *Teſtator legando quinquaginta famulo, qui centum noluit ſibi legari, forſitan debitum remiſerit, ſecundùm* Zamoran.

16 *Famulum ob ſolam legandi voluntatem domini, quam ei teſtator expreſſerit, à debito liberum non eſſe; quod eſt contraria opinio negatur.*

17 Laudatur celeberrimus Vir D. Martinus Azpilcueta.

18 *Ultima voluntas in foro poli, requiſitis ſolemnitatibus condita, an valida ſit?*

19 *Bona ſibi relicta verè, & ſpontè, quis retinere poteſt, licèt abſque ſolemnitatibus in foro poli: in foro autem fori poſſunt ei per Judicem auferri.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ob rationabiliter præſumptam Teſtatoris voluntatem, volentis ſuo ſecreto debitori aliquid relin-

que-

quere, & non fecit, quoniam debitor animo compenſandi hoc debitum ei ſeriò perſuaſit, ut ſibi nequaquam relinqueret, detur locus occultæ cōpenſationi?

QUÆSTIO IX.

1 HUjus equidèm diſputationis caſum, hoc modo effingit Zamoranus *de Compenſat. diſput.4.cap.7.num* 1. Fingit profe-
2 ctò, ut quidam poſitus in extremis, in ſuo teſtamento centum cuidam famulo ejus, qui à domino ſecretò quinquaginta minutatim ſubripuit, relinquere ſtatuit. Hujus ſanè debiti dominus teſtamentum condens inſcius, priuſquam centum illa in teſtamento ſcriberentur; famulo dixit, ac propalavit, velle relinquere ei prædictam pecuniæ quantitatem. Quo facto famulus ille, ut compenſationem faceret de illis quinquaginta paulatim ſublatis, domino ſuo perſuaſit, ut quinquaginta tantummodò ſibi, haud centum relinqueret, quoniam ſibi ſufficere videretur, ut factum fuit.

3 His hujuſmodi poſitis nunc ſciſcitatur, an teſtatore vitâ functo, quinquaginta tantummodò relictis famulo illi: compenſatum maneat debitum aliorum quinquaginta: itaut famulus, illa quinquaginta, quæ teſtator ipſi certè legaſſet, ſi ipſe neutiquam impediſſet, hæredibus reſtituere minimè teneatur?

Cui inveſtigationi, haudquaquam compenſatum manere debitum; ſed famulum hæredibus illa quinquaginta reſtituere teneri docuiſſe Graffis *lib.* 2. *Deciſ. aurear.cap.*93.*num.*11. *tit.de Furt.* Vegam in *Summ.part.*2. *cap.*82. Navarr.*lib.*3.*de Teſtament.conſil.*1. Aſſeruit Zamoranus loco ſupra citato *num.*2. quamvis ipſe eos nequaquam ſequatur. 4

Cujus opinamenti fundamen elicitur, ex quo velle legare centum, non eſt illa centum legare. Ideoque in caſu noſtro neutiquam centum legata facere dicendum eſt; ſed tantummodò quinquaginta famulo legata fuiſſe ſequitur aſſeverando. Quapropter hac ex cauſa, famulus iſte haudquaquam liber manet à debito aliorum quinquaginta, quoniam apparet, ac clarum eſt, tampore quo legavit reſtatorem, centum relinquere noluiſſe; quamquam id ad famuli illius inſtantiam, ac petitionem factum, ſequutumque fuerit. Quippe hoc teſtantis voluntati minimè refragatur, neque opponitur. 5 6

Secundum prædictæ aſſertionis fulcimen hauritur ex eo, quod fuit imperfecta illa prior voluntas teſtatoris, qua centum ejus famulo legare cupiebat; quoniam nuſquam in ipſo teſtamēto, niſi pro quinquaginta effectum ſortita fuit, quæ famulo ipſi fuêre relicta. Siquidèm voluntas imperfecta teſtatoris in foro con- 7 8

conſcientiæ nullum præbet jus, ut authoritate Covarruviæ in *cap Relatum num.9. de Teſtament.* aſſeverat Zamoran. *de Compenſat. diſput.4.cap.7.num.2.*

9 Tertium fundamentum depromitur ex hoc, quoniam teſtator legaſſet centum illi famulo, voluntatem ſuam revocare potuit, quia hominum voluntas uſque ad ultimum vitæ ſpiritum eſt deambulatoria, ut habetur in vulgata *l.4. ff. de Adimend. legat.* Unde ſi mutatam fuiſſe dicatur, illorum quinquaginta compenſationi locum non eſſe innote-
10 ſcit. Idcirco multò minus prædictæ compenſationi locus dari poteſt, in ſpecie noſtra, cum certum, ac liquidò appareat teſtatorem tempore quo legavit noluiſſe centum legare: & in rei veritate quinquaginta ſolummodò legaſſe.

11 Aſt his omnibus parum obſiſtentibus, contraria ſententia inſequenda nobis eſt, quam probabiliorem exiſtimat Zamoranus *de Compenſat. diſput.4.cap.7 num.3.* eamque ſectari aſſeverat Comitol. *lib.7. Reſponſ. caſuum moral. qu.* 14. Rodriguez *Summ. tom.3. cap.* 199 *num.13. tit. de Furt.* Hujus
12 opinionis fundamentum capeſſitur ex teſtatoris præſumptâ voluntate, quoniam cum famulus domino ſuo teſtanti ſuaderet nè centum ſibi, ſed tantùm quinquaginta relinqueret, poterat dominus ille colligere, ac præſumere famulum eſſe debitorem ei aliorum quinquaginta; ſiquidèm famuli neutiquam adſolent legata, quæ ipſis à dominis ſuis mo-
13 rientibus relinquuntur impedire; quoniam dominus tunc cenſetur voluiſſe remittere famulo quinquaginta, ut auguratur Zamoranus ubi ſupra.

Huic noſtræ favet, ac ſuffragatur ſententiæ preſumptio, quâ creditur, quod ex animo liberali, quo teſtans ſpeciali ductus erga famulum illum affectu, ei cẽtum legare volebat, quæ ei porrò legaſſet, niſi famulus obluctaretur. Hinc enim urgentiſſima capeſſitur conjectura, quod dominus famulo gratis illa quinquaginta condonaverit, quæ tũc famulus recipere, ſeu admittere 15 renuit, ac obnitet animo compenſandi cum eo, quod teſtanti hero debebat, quod ſemper præſumendum eſſe docet Zamoranus: niſi aliter de teſtatoris intẽtione appareat, ut optimè contendit Comitolus *lib.7. Reſponſ. caſ. moral. quæſt.14.* 14

Qua de cauſa non adverſantur, quæ pro contraria opinione retulimus; quoniam famulus in illo caſu haud remanet liber à debito illo ob ſolam legandi voluntatem, quam ei teſtator expreſſit, & ipſe reſpuit, cum voluntas illa imperfecta dicatur; ſed tantummodò liber à debito manet ob præſumptam rationabiliter condonationem, ſeu remiſſionis heri teſtantis, ut tradidit Zamoranus *de Compenſat. diſput.4.cap.7.num.3.in fine*. Hanc eandem noſtram opinionem fovet ſingularis doctrina celeberrimi Martini Azpilcuetæ, ob antonomaſiam inſpectâ ejus Patria Navarri dicti, vir ſanè in utroque jure ſcitiſſimus, ac Hiſpaniæ noſtrę Juriſque prudentiæ ſtel- 16 17

ſtella fulgens *lib.3. de Teſtament. conſil.* 1.*num*.2. Ubi poſtquam aſ-
18 ſerit, graviſſimam eſſe apud utriuſque, divinique juris peritos difficultatem, an ultima voluntas, quæ abſque ſolemnitatibus à jure quæſitis eſt condita in foro conſcientiæ,& valida docet, quod ſi quis bona poſſidet ſibi verè, ac ſponte coram Deo relicta, ſive ſcripto, ſive verbo tantùm, ſive coram teſtibus, ſive non illis, poteſt ſanctè, ac ſalva conſcientiâ retinere, quamvis poſſint ei per Judicem in foro fo-
19 ri auferri. Ergo eodem modo famulus in noſtro caſu poteſt habere integrè centum, quę in alterâ voluntate dominus ei dixit ſe velle relinquere.

SUMMARIUM

1 *Adulterium ſpirituale utrum compenſari poſſit cum adulterio carnali? Et laudantur* Roſa, & Scoppa.

2 *Accuſatio quando fit de fornicatione ſpirituali: & exceptio de carnali admittitur compenſatio.*

3 *Compenſatio adulterii carnalis cum ſpirituali admittitur, dummodò adulter reſipiſcat.*

4 *Contumax in hæreſi nequit opponere exceptionem alteri conjugi, qui adulterium carnale commiſit.*

5 *Fornicatio, tam ſpiritualis, quàm carnalis eſt cauſa ſufficiens divortii.*

6 *Adulter carnalis ratione periculi compelli nequit, ad habitandum cum hæretico.*

7 *Divortium non datur, quando ambi conjuges adulterati ſunt; ſed fit adulteriorum compenſatio.*

8 *Fornicationes diverſarum ſpecierum compenſari poſſunt*. & referuntur verba l.8.tit.9. partid. 4.

9 *Fornicatio quælibet poteſt compenſari, cum ſpiritualiter fornicanti, & hunc divortium petentem ratione carnalis adulterii refellere.*

10 *Æqualitas in compenſatione deſideratur.*

11 *Fornicatio ſpiritualis, gravior eſt fornicatione carnali.*

12 *Adulteriū carnale publicum ſecundùm* Palatium *cum hæreſi occulta compenſari poteſt.*

13 *Adulterium carnale cum adulterio ſpirituali compenſari non poteſt: ſed unicuique conjugum ab altero licet divertere.*

14 *Adulterium carnale, & ſpirituale non tendunt ad idem.*

15 *Mutua compenſatione paria delicta tolluntur.*

16 *Paritas dari nequit inter adulterium ſpirituale, & adulterium carnale.*

17 *Pœna hæretici, ejuſque delicti cum adulterio carnali compenſari non poteſt.*

18 *Adulter non poteſt objicere compenſationem hæreſis, quando ſententia contra hæreticum non eſt lata.*

19 *Hæreſis ante ſententiam non eſt cauſa ſufficiens divortii, niſi ad tempus.*

20 *Compenſatio adulteriorum non datur, quamvis contra hæreticum lata ſit ſententia divortii.*

21 *Fides ob carnale adulterium cenſetur violata.*

22 *Adulter non ſe defendit, eo quia velit divortium violatione fidei conjugalis alterius. Sed intendit divortium, quia hæreticus juſta ſententia damnatus eſt.*

22 *Adul-*

23 *Adultero Catholico exceptione adulterii allegata per hæreticum licitum erit divortium.*

24 *Injuria per hæreſim illata compenſari non poteſt cum injuria adulterii.*

25 *Debita duo ejuſdem rationis compenſantur.*

26 *Dolo facit qui petit quod reſtituturus eſt.*

27 *Adulter Catholicus ad hæreticum damnatum ſi velit redire ab eo poteſt repelli, & quare.*

28 *Sponſi, ſi habeant juſtam cauſam ſponſalia diſſolvendi, ſi cauſæ rationes diverſæ ſint, compenſatio non datur.*

29 *Adulterium carnale in ordine ad matrimonium grauius eſt adulterio ſpirituali, majoremque injuriam matrimonio infert.*

30 *Fornicans carnaliter poteſt ſeparari ab hæretico damnato, ſecus è contra.*

31 *Argumentum de majori ad minus validum eſt.*

32 *Fornicatio carnalis, magis quàm ſpiritualis matrimonio repugnat.*

33 *Compenſatio an dari poſſit, quando uterque conjux in hæreſim labitur.*

34 *Spirituales fornicationes inter ſe compenſari non poſſunt.*

35 *Conjux ſi uterque hæreſis ſit damnatus poteſt alter ab altero etiã reluctante divertere.*

36 *Illa regula, quæ habet* paria delicta mutua compẽſatione tolli *quando procedat.*

37 *Virgo ſi injurioſè, nempè per vim, vel per fraudem defloretur ab aliquo, is tenetur in conſcientia eam ducere in uxorem, vel augere dotem, ut æquè nubat, ac ſi deflorata non fuiſſet.*

38 *Deflorationis nota per matrimonium cum deflorante deletur.*

39 *Virgo, ſi ab aliquo defloratur cum promiſſione ficta matrimonii, tenetur ad compenſationem damni, cujus cauſa fuit.*

40 *Virgo, quæ conditionis diſparitatẽ agnoverat, ſi à ficto promiſſore corrũpatur, licèt promiſſor ad eã ducendam non teneatur: tamen debet tale damnum compenſare, ſi Virgo invita, & decepta conſentit.*

41 *Stuprator, ſi Virginem abſque promiſſione defloret, & nequit puellæ damnum, pecuniis compenſare, ſi Virgo ſit inferioris conditionis, non tenetur eam ducere in uxorem.*

42 *Stuprator nihil promittens, ſi nequeat illatum damnum pecunia compenſare: niſi eam ducendo, ex quo majus detrimentum ſequeretur, quàm illud, quod fæmina patitur, ad aliud medium obligari non debet: ſed procurare debet, data opportunitate viis omnibus tale damnum compenſare.*

43 *Vidua, cui opponitur crimen adulterii, poteſt replicare de adulterio à viro commiſſo.*

44 Berſanus laudatur.

ARGUMENTUM.

Utrùm Adulterium ſpirituale cum Adulterio Carnali compenſari poſsit?

QUÆTIO X.

1 SUmmâ nixati ratione mirari debemus, ſi veteres Legumlatores Aſtreæ trutinam inæqualiter perlibrentur; cum idem ipſum crimen in fœminis ſævius, quàm hominibus coerceatur. Eſt porrò adulterium, cujus ſanè pœna in hominibus eſt ultimum ſupplicium, juxta Conſtitutionem Imperatoris Conſtantini in *l. Quamvis* 30. *C. ad Leg. Jul. de Adulter.* Hanc mortis pœnam in fœmina adultera lenivit Imperator Aguſt. Juſtinianus, præſtituens adulteram cœdi virgis, ac in Monaſterium detrudi per Cõſtitutionem *Authentic. Sed hodie. C. ad Leg. Jul. de Adulter.* hiſce verbis: *Adultera verberata, in Monaſterium mittatur, quam intra biennium viro recipere licet: biẽnio tranſacto, vel viro priuſquam reduceret ream mortuo, adultera tonſa monaſtico habitu ſuſcepto, ibi dum vivit permaneat, duabus partibus propriæ ſubſtantiæ liberis, tertia Monaſterio*. Et conſonat Text. in *Authentic. Ut nulli Judicum. §. Quando verò, collat.* 9. Hujus profectò pœnæ diſparitas, ac adulterii animadverſio dira cernitur Divo Auguſtino *lib. de Verb. Apoſtol. ſermon.* 4. Ut adnotavit doctiſſimus, ac elaboratiſſimus Nicolaus Vincentius Scoppa ad Merlinum *tom.* 1. *Schol. in cap.* 58. *n.* 3. Quod etiam in viro agnovit Aull. Gell. *lib.* 10. *Noct. Attic. cap.* 23. ibi: *Verba Marci Catonis adſcripſi ex oratione, quæ inſcribitur de dote, in qua id quoque ſcriptum eſt, In adulterio uxores deprehenſas jus fuiſſe maritis necare; Vir, inquit, cum divortium fecit, mulieri Judex pro Cenſore eſt. Imperium, quod videtur habet. Si quid perversè, tetròque factum eſt à muliere, mulctatur. Si vinum bibit, ſi cum alieno viro probri quid fecit condemnatur. De jure antem occidendi ita ſcriptum eſt. In adulterio uxorem tuam ſi deprehendiſſes ſine judicio impunè necares; illa te (ſi adulterares) digito non auderet contingere, neque jus eſt.* Pœnã certè adulterii in fœmina mulcitam fuiſſe à Theodora Juſtiniani uxore arbitratur Bodinus *de Republic. cap.* 3. Quod veriſimile ſibi videri atteſtatur Roſa Sacri Conſilii Senator in *Prax. criminal. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 48. Siquidèm in rebus ad Reipublicæ moderamen attinẽtibus Theodoram conſuli ſolitum fuiſſe, ipſemet refert in *Authent. Ut Jud. ſine quoque, collat.* 2. *§. Hæc autem.* Et eam pœnam forte compeſcuit, ob ſexus fragilitatem, quâ inſpectâ præſumitur, ut fœminæ nequaquam tam ſpontè, quàm adulterorum blãditiis labantur, ut idem Roſa *num.* 47. tradit. Hujuſmodi pœnæ diſparitas approbata eſt à conſuetudine, ut refert Scoppa ad Merlin. *Schol. in cap.* 58 *num.* 3. Et illius conſuetudinis rationem exponit idem Roſa loco citato *num.* 15. Et ante eum doctiſſimus Calderò *deciſ.* 30. *num.* 27. Licèt antea adulterii pœna eſſet ultimum ſupplicium tam in mare, quàm in fæmina, ut apertiſſimè noſcitur ex Text. in *l. Quamvis. C. ad Leg. Jul. de Adulter.* ibi: *Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet.* Cujus legis ſanctio arridet

det diſpoſitioni divinæ,qua adulteri morte plectitur Deuteron. *cap* 22.his verbis: *Si dormierit vir cum uxore alterius, uterque morietur, ideſt adulter, & adultera, & auferes malum de Iſrael.* Idem de eodem jure ſtatuitur in Levitic. *cap.*20. ibi: *Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulterium perpatraverit cum conjuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus, & adultera.* Et de variis apud Priſcos adulteriorum pœnis agit ſummâ eruditione Faber *lib.3.Semeſtr.cap.*21.Aſt ut ad præjactam hypotheſim examẽ adoriendum pergam: ſciendum eſt, quod aliquãdo accidit,ut conjux in hæreſim labatur, quo in caſu alter conjux divortium petere appetit, is verò qui in hæreſim lapſus eſt opponit exceptionem compenſationis de adulterio carnali ab altero conjuge commiſſo: nunc quæſtio eſt, an hujuſmodi compenſatio ſit admittõda: itaut neutri cõjugum liceat divertere, & triplex eſt Doctorum opinio.

2 Prima eſt, quando accuſatio fit de fornicatione ſpirituali, videlicet hæreſis, & exceptio de carnali, nempe adulterii. Nam tunc ſi voluerit converti, locum habet compenſatio. E converſo verò ſi accuſatio ſit de carnali, & exceptio de ſpirituali, exceptio admittitur, & promptius ſuper ipſum procedetur ob periculum
3 hæreſis. Unde hæc opinio tenet poſſe dari compenſationem: dũmodò hæreticus, ſeu adulter ſpiritualis reſipiſcat: nec ſit contumax in hæreſi; quod ſi pertinax
4 ſit exceptionẽ objicere nequit alteri conjugi, qui adulterium carnale commiſit, quam ſententiam complectuntur Goffred. in *Summ.tit.de Adulter.num.6.& tit. de Divort. num.*19. ubi Hoſtienſ. *num.*18.*& in cap.De illa. de Converſ.conjug.* Sylveſt.in *Summ.verbo Matrimonium 9.quæſt.8. num.8. & verbo Divortium. quæſt.*11.*num.*14.ubi Roſſell. *num final.* Gaeta. in *Repetit.cap.Ad limina* 30 *quæſt.* 1.*§.*4. *num.*234. Jo:Andr. in *cap. Final.num.*4. Anton.*num* 4. Anchar.*num.*3. Abb. in *fin. de Converſ conjug:* D.Antonin.2.*part tit.* 1. *cap.*21. *§.6. verſic. Nota etiam.* Alberic.*Dictionar. liter.M. verbo Matrimonium* 8. *verſic.Quid ſi aliquis conjugum. in fin.* Friburg. in *Summ.confeſſ.lib.*4.*tit.*22.*quæſt.*17.

Hujus concluſionis ratio eſt, 5
quia utraq; fornicatio, nẽpe,ſpiritualis,ac carnalis eſt ſufficiens cauſa divortii,& idẽ quoad illud operatur Text.in *cap.Significaſti. cap.Ex literis.cap.Quæſivit de Divort. cap.final.de Hæretic.cap.fin.de Converſ.conjug.cap.Conjugio. cap. Si uxorem. cap.Præceptum* 32.*q.*5. *cap.Omnes* 32.*quæſt.*7. *cap.De illa. cap.Quanto.de Divort.* Et de Jure noſtro Hiſpano habemus Text. in *l.*2.*tit.*10.*partid.*4. Igitur à fortiori quoad reconciliationem idẽ operari debet.quoniam jura propenſiora ſunt ad conjũgendum, quàm ad ſeparandum Text. in *cap.*1.*in fin Ut lit.non conteſtat.*

Secunda ratio, quia adulter 6
carnalis ratione periculi tã ſpiritualis, quàm corporalis ad cohabitandum cum hæretico compelli nequit Gonzalez in *cap. Quæſivit* 2. *de Divort.* Fragoſ.*de Regimin.Reipublic.Chriſtian. part.* 1.*lib.*5.*diſputat.*12. *§.*4. *num.*332.

verſic. An verò detur compenſatio.

7 Tertia, quando ambò conjuges carnaliter adulterati ſunt, nõ datur divortium; ſed paria delicta mutua compenſatione tolluntur Text. in *cap. Significaſti. cap. Ex literis. de Divort.* Nec alter alteri crimen, quo ipſe infectus eſt objicere poteſt; cum abſurdum ſit in alio velle corrigere, quod in ſeipſo vigere conſpicit Text. in *l. Si uxor. §. Judex. ff. de Adulter.* Text. in *l. In arenam. §. final. C. de Inoffícioſ. Teſtam.* Nam. apud Juvenal. habemus *ſatyr.* 2

Quis tulerit Gracchos de ſeditione querentes?
Quis Cęlum Terris non miſceat, & Mare Cœlo,
Si fur diſpliceat Verri, homicida Miloni?

Nemo enim alium debet corrigere, qui tacitus eadem commiſiſſe reſpondeat *cap. Judicet* 3. *q.* 7 Sed eadem ratio militat, altero exiſtente reo carnalis adulterii, altero verò ſpiritualis. Ergo idem eſt dicendum, quia ubi eſt eadem ratio, ibi eſſe debet eadem juris diſpoſitio Text. in *l. Illud. ff. Ad Leg. Aquil.* Text. in *l. A Titio, ff. de Verbor. obligat.* Text. in *l. Illud, C. de Sacroſanct. Eccleſ. l. Si poſtulaverit. §.* 2. *ff. de Adulter.* Facit etiam ex jure noſtro Hiſpano

8 *l.* 8. *tit.* 9. *partid.* 4. Ubi fornicationes diverſarum ſpecierum, ut eſt carnalis, & ſpiritualis, compenſationes patiuntur, ut patet ex verbis legis ibi: *Otro ſi no puede acuſar de adulterio a ſu muger el que ſe tornaſe hereſe, ò Moro, ò Judio, e eſto es, porque fizo adulterio eſpiritualmente. E porende, pueſque pueden duchar de la acuſacion, al que fizo adulterio carnalmente muchas lo pueden fazer, al que lo fizo eſpiritualmente, mudando ſu creenzia, y porfiando en ſu maldad.*

Secunda opinio tenet conjugem cujuſcumque fornicationis carnalis reum poſſe delictum ſuum compenſare cum ſpiritualiter fornicante, & hunc divortium petentem ratione carnalis adulterii refellere, opponendo ei exceptionem adulterii ſpiritualis ipſius, quamvis non ſit pertinax in hæreſi; atq; ita adultero carnaliter integrum eſſe divertere ab hæretico per ſententiam damnato; non verò hunc poſſe ab adultero ſecerni, aut ſegregari ex imparitate criminum. & hanc opinionem inſequuntur Paludan. in 4. *diſtinct.* 35. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *caſu* 1. & ibi in *Supplem.* Gabriel. *quæſt. unic. artic.* 2. *poſt* 1. *propoſition. caſu* 1. Caſtro *lib.* 1. *de Lege pœnal. cap.* 4. *§ Ut noſtram.* Ovand. 4. *diſtinct.* 36. *quæſt. unic. propoſit.* 1. Gaet. in *Repetit. in cap. Ad limina* 30. *quæſt.* 1. *§.* 4. *num* 217. Farinac. *Prax. criminal. part.* 4. *qu.* 143. *§. Compenſatio. num* 76. 6

Hujus concluſionis ratio eſt, 10 quia ad juſtam compenſationem paritas criminum requiritur; quoniam paria delicta mutua compenſatione tolluntur Text. in *cap. final. de Adulter.* Text. in *cap. Significaſti.* Text. in *cap Ex literis. de Divort.* Et æqualitas 11 inter res compenſandas magnopere exoptatur. Sed fornicatio ſpiritualis multò gravius delictum eſt, quàm fornicatio carnalis. Ergo compenſari non poſ- 12 ſunt. Sed is, qui fornicatione carnali infectus eſt, tamquam levioris criminis reus, poterit ea com-

compenſatione juvari contra fornicationem ſpiritualem perpatrantem, quæ tamem huic adversùs illum deneganda eſt.

Hanc concluſionem compeſcit Palatius in *4.diſtinct.35.diſputat.unic.paulò poſt princip.* Niſi forſan adulterium ſit publicum, & hæreſis ſit occulta, cujus malitia ratione circumſtantiæ occultæ minuitur, & publicum adulterium ratione hujus circumſtantiæ gravius fiat. Nam tũc, inquit, dabitur hinc inde compenſatio.

13 Tertia opinio, quæ omnium veriſſima apparet, & Ego quoque complector, eſt ea, quæ docet, fornicationes ſpirituales, ac carnales nullo modo poſſe compenſari; itaut adulter ſpiritualis, nempe hæreticus, ſi jam ſit dam-
14 natus ab adultero carnaliter liberè divertere poſſit, & hic ab illo, nullamque inter hæc crimina compenſationem dari; & hanc negativam opinionem tenent Bald.in *cap.1.Quib.mod.debet vaſſall. domin. fidelitat.* Gregor. Lopez in *l.8.tit.2.partid.4. verbo Eſſe miſmo yerro ad finem. verſic.Si tamen ſunt fornicationes.* Sanchez *lib.10. de Matrimon. diſputat. 16. num.3.in fine.* Fragoſ. *de Regimin. Chriſtian. Reipublic. part.1. lib.5. diſputat.12.§.4.in fine. num.332. verſic.Reſolutio ſit non dari compenſationem.* Gregor. Lopez in *l.8. tit.9.verſic.Eſpiritualmente,& verſic.Porfiando.partid.4.*

15 Hujus concluſionis ratio eſt, quia compenſatio ſolùm locum ſibi vindicat in delictis ejuſdem rationis, ut notavit Fragoſus loco citato. Sed adulterium ſpirituale,& adulterium carnale non ſunt ejuſdem rationis, nec circa idem, ſed circa diverſa tendunt; Ergo ad invicem compenſari non poſſunt Bald. in *l.Sed ſi hac. §.Si liberta. ff. de In jus vocand.* Abb.in *cap.Sicut,de jur.jur. col.6.*

Secunda, ad compenſationẽ 15
inducendam criminum paritas poſtulatur, cum paria delicta ſolummodò mutuâ compenſatione tollantur Text in *cap.final. de Adulter.* Text.in *cap.Significaſti.* Text. in *cap.Ex literis.de Divort.* Text.in *l.Viro, atque uxore 40. ff. Solut. matrim.* Sed inter 16
adulterium ſpirituale, & adulterium carnale non ſolùm paritas criminum dari nequit, at in ordine ad matrimonium gravius eſt adulterium carnale, magiſque matrimonio refragatur, cũ adulterium ſpirituale directè eſt contra fidem violatam, quam Deo lapſus in hæreſim ſervare tenebatur, ex quo quanta ſit inter utrumque diſparitas patet, ut probant Sanchez *de Matrimon. lib.10.diſput.16.num.3.* Fragoſ. *de Regim. Reipub. Chriſtian. part.1. lib.5.diſputat.12.§.4.in fine.nu.332. verſic. Reſolutio non dari compenſationem.* Ubi ſubjungit, quod 17
quamvis hæreſis ſit cauſa ſufficiens divertendi in pœnam ipſius hæretici, ejuſque delicti, nullo jure pœnâ illâ tollitur, nec poteſt compenſari adulterio alterius carnali, præcipuè cum hæc pęna in hęreſim infligatur ab Eccleſia independenter à voluntate alterius conjugis.

Nunc verò duæ priores ſen- 18
tentiæ ſunt confutandæ. Prima exploditur, quia aut nondum lata eſt ſententia contra hæreticum, & tunc nequit adulter objice-

jicere compenſationem illius hę-
reſis exceptionem opponendo,
quippe ad hoc, ut ratione com-
penſationis denegetur divortiū,
exoptatur utriuſque conjugis de-
lictum eſſe ſufficientem cauſam
divortii Sanchez *de Matrim. lib.*
10.diſputat.6.num.3. Sed hæreſis
19 ante ſententiam non dicitur ſuf-
ficiens cauſa divortii,niſi ad tem-
pus dum emēda deeſt,& illa exi-
ſtente nullo modo, idem San-
chez *de Matrim.dict.lib.10. diſput.*
15. num.19. Igitur nequit dari
compenſatio adulterii cum illa
hæreſi, ſed licet hæretico non-
dum damnato ab adultero diſce-
dere: ſecus è contra,niſi ad tem-
pus dum non corrigitur. Aut
20 ſentẹntia jam lata fuit adverſùs
hæreticum, & tunc utraque for-
nicatio eſt ſufficiens cauſa divor-
tii,quo in caſu loquitur illa prior
opinio, in quo nec compenſatio
datur; quoniam eſt diverſa ratio
divortii in utroque delicto. In
21 adulterio carnali perlibratur fi-
des violata, & caro in alia diviſa.
In ſpirituali, quod in pęnam hę-
reſis damnatæ abſolvatur Catho-
licus à debito fidelitatis Fragoſ.
de Regimin. Reipublic. Chriſtian.
part.1.lib.5. diſput.12. §.4. in fine.
num.332.verſic Reſolutio ſit non da-
ri compenſationem. Sanchez *lib.10*
diſput.15. num.9. Ergo ſi adulter
Catholicus ratione damnatæ hę-
reſis divortium appetat, nequit
hæreticus, qua ſi objiciendo cō-
penſationem, opponere illi per
adulterum conjugii fidem viola-
22 tam. Adulter non ſe defendit
eò quod divortium velit viola-
tione fidei conjugalis alterius,ad
hoc, ut eamdem fidei violatio-
nem alter allegare poſſit, nempe
adulterii divortium petentis.Sed
intendit divortium, eò quod hę-
reticus juſtâ ſententiâ in ſui de-
licti pęnam illo damnatus ſit.
Ideoque Catholico adultero,ex- 23
ceptione adulterii allegatâ, per
hæreticum licitum erit divortiū.
Si hæreticus,etiam Eccleſiæ gre-
mio reſtitutus divortium petat
ob Catholici adulterium nil fa-
cit ad rem, ſi Catholicus ei obji-
ciat exceptionem pęnæ divortii,
quam propter hæreſim incurrit,
quippe hæretici conjugis pęna,à
pęna adulterio debita Catholi-
cum non liberat, & cum divor-
tium comitetur injuriam pro-
ut pęna ex illa proficiſcens; Se- 24
quitur,quod ſicut injuria per hę-
reſim illata compenſari non po-
teſt cum injuriâ adulterii: illa
Deo infertur, cui fides debita
frangitur; hæc enim homini non
ſervatur, nempe alteri conjugi
conjugii fidem violādo, eo dum-
modò nec compēſari poſſunt di-
vortia inde provenientia,utbenè
Sāch.*de Matr.lib.10.diſput.16.n.3.*

Huic refragatur id,quod cer- 25
tum eſt compenſari duo debita
ejuſdem rationis, quamvis inju-
riæ,ex quibus originem trahunt
ſint prorsùs diverſæ, & non pa-
tiantur compenſationem, ut ſi
Cajo debeam mille ratione furti
à me commiſſi,& Cajus quoque
mihi mille debeat,in ſatisfactio-
nem injuriæ corporalis, quam
mihi irrogavit, quo in caſu hæc
mille ad invicem compenſantur.

Sed reſpondetur in debitis ne- 26
ceſſario aliquid creditori traden-
dum venit, qui creditor tantun-
dem mihi tradere teneatur,inter
hæc debita optimè compenſatio
ca-

dit argument. Text in *l.1. ff. de Compenſat.* Quia dolo facit, qui petit, quod ſtatim reſtituturus eſt Text. in *cap.Dolo facit 59.de Regul.jur.in 6.*Text.in *l.Dolo 8.ff. de Doli mali except.* Hæc enim ratio in divortio militare nequit; quoniam in eo nihil aliud eſt tradendum, ſed tantummodò reus deperdit jus exigendi debitum, mutuamque habitationem, illæſo permanente jure innocentis potentis reconciliare ſibi invitum reum. Unde ſicuti injuriæ, ex quibus divortia profluunt ſunt diverſæ rationis, diverſiſque illatæ, & compenſari non poſſunt; ita nec inter divortia admittenda venit Sanchez *de Matrimon.lib.10. diſput.16. num.3. ad med.*

27 Si Catholicus adulter ad hæreticum damnatum redire contendat, ab eo poteſt expelli, quia per crimen adulterii commiſſi jus debitum exigendi, ac habitandi deperdit: & è contra ſi hæreticus recōciliationem deſideret, poterit eum Catholicus refellere, quia etiam hæreticus privatus eſt in pœnam jure cogēdi v.g. ſi uterque ſponſus ſponſalia diſſolvendi juſtam cauſam habeat, ſi cauſæ rationes diverſæ ſunt, compenſatio non datur, ſed

28 utrique reſilire altero reluctante licebit, ut ſi ſponſa fornicationem ſit paſſa, ſponſus verò lepra laboret, in hoc caſu ſponſæ fidem petenti propria fornicatio adverſatur, ſponſo obſtabit lepra, quapropter neuter fide ſponſalium ſtare tenetur, quia ob rationes diverſas uterque jus cogendi alterum deperderit, unde Sanchez *de Matrimon.lib.10.diſput.16. num.3.ad finem.* Dicit idem dicendum eſſe in præſenti, quia cum uterque conjux jus alterum cogendi amiſerit propter diverſæ naturæ rationes, utrique divertere integrum erit, exploſâ compenſatione.

Refellitur quoque ſecunda opinio, quia adversùs eam, ipſius retorquetur argumentum. Nam verum eſt, quod ad compenſationem faciendam criminum paritas optatur. Ergo cum in caſu noſtro adſit magna diſparitas, nequit locum habere compenſatio. Hoc probatur. Nam quoad divortium non perpenditur delicti gravitas in ſe, ſed in ordine ad matrimonium; at in ordine ad matrimonium graviùs eſt adulterium carnale, majoremque injuriam ei infert, & magis matrimonio refragatur Sanchez *de Matrimon.lib.10.diſput.15.num.11.*Surd.*de Aliment.tit.7. quæſt.21. num.8.* Bellarmin. *de Matrimon. lib.1.cap.17.§.Reſpondent nonnulli* Abulenſ. *cap.19.Matth. quæſt.76. in fine.* Fragoſ.*de Regimin. Reipublic.Chriſtian.part.1 lib.5.diſputat. 12.§.4.num.332.verſic.Reſolutio ſit non dari compenſationem.* Unde ſi ratione majoris gravitatis delicti hæreſis cum carnali fornicatione compenſari non poteſt, benè tamen è contra. Quapropter fornicans carnaliter poteſt ſeparari ab hæretico damnato: ſecùs verò hæreticus à carnaliter fornicante, ut hæc ſententia tenet, potius contrarium omninò aſſerendum eſſet, ut arguit Cardin. Bellarm. *lib.1. de Matrimon.cap.17.§.Reſpōdent nonnulli.* Adversùs quoſdam dicentes, conſequens non eſſe, ut

ut ſpirituali fornicatione dirimē-ti matrimonium carnalis fornicatio dirimat, eò quod ſit majus peccatum fornicatio carnalis; atque ita videatur argumentum à majore ad minus, quod nullius
31 ponderis cernitur; cum contrarium ſit veriùs, ac juris axioma, nempè de majori ad minus, & è contra validum eſſe argument. Text in *l.In ſuis in fin. ff. de Liber. & poſthum.* Text. in *l. Nec in ea 22. ff. de Adulter.* Text. in *Authentic. Multò magis. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* Ideoque eos objurgat Bel-
32 larm. *loc. cit.* Nam quamquam fornicatio ſpiritualis in ſe ſit majus peccatum, tamen fornicatio carnalis magis repugnat matrimonio Bellarmin. *loc. cit.* Sanchez *de Matrimon. lib. 10. diſput. 6. num. 5. & diſput. 16. num. 3. in fine.* cum ibi relatis. Fragoſ. *de Regim. Chriſtian. Reipubl part. 1 lib. 5. §. 4. diſputat. 12. num. 332. verſic Reſolutio ſit.* Ideoque compenſatio inter hujuſmodi fornicationem dari non poteſt.

33 Nunc videndum remanet, an utroque cōjuge in hæreſim labēte poſſit admitti compenſatio? Cui difficultati affirmativè reſpondendum videtur, quoniam ad hoc, ut compenſatio locum habeat in delictis dumtaxat requiritur paritas criminum, quia paria delicta mutua compenſatione abolentur Text. in *cap. Significaſti, cap. ex litteris. de Divort. cap. final. de Adulter.* Text. in *l. Viro, atque uxore 40. ff Solut. matrim.* Sed in caſu noſtro delicta ſunt paria. Ergo compenſari poſſunt.

34 Sed hoc non obſtante contrarium eſt tenendum, ſcilicet compenſationem locum habere non poſſe inter ſpirituales fornicationes. Quippe hæreſis damnatus à conjuge nondum damnato divertere nequit: niſi ad tempus, donec reſipiſcat, imò ad reſipiſcētem regredi tenetur, donec condemnetur Text. in *cap. final. de Hæretic. in 6.* Si uterque conjux 35
hæreſis ſit damnatus, cum divortium non fiat in alterius conjugis favorem, ſed in hæreſis pęnam, queit alter ab altero etiā reluctante diſcedere, etiam in perpetuum, uſquequo de amborum conſenſu ad matrimonii ſtatum regrediatur; quoniam ipſo jure, quod ipſi in eamdem pœnam inciderunt, ab illa immunes non erunt; ſed uterque pęna illa plectetur Sanchez. *de Matrimon. lib. 10 diſput. 16. num. 4.* Fragoſ. *de Regimin. Reipub. Chriſtian part. 1. lib. 5. §. 4. diſput. 11. num. 332. verſic. Reſolutio ſit non dari compenſationem ad finem.* Non ob- 36
ſtat id, quod pro contraria opinione dicebatur, quod paria delicta compenſatione mutua abolentur; Nam hoc procedit in pęnis delicto reſpondentibus directè, ac principaliter impoſitis, in gratiam, & favorem alterius conjugis Sanchez dicto *lib. 10. diſput 16. num. 5.* Vt accidit in divortio propter adulterium conceſſo in favorem conjugis innocentis, qui ſolus hujuſmodi pęnam adultero conjugi infligere, poteſt; Si verò alter conjux adulter ſit, non poteſt adulter pęnam illam imponere, in hæreſi verò divortium eſt delicti pęna ab altero conjuge inflicta penitùs independentèr; ut præter Sanchez loc.

loc. cit. tradidit Fragoſ. *de Regim. Reipublic. Chriſtian. par.* 1 *lib.* 5 *diſput.* 12. §. 4. *num.* 332. *in fine*.

37 Hic connectendum eſt, quod quoties aliquis injuriosè virginem deflorat, ſcilicet per vim, vel per fraudem, tenetur in conſcientiâ compenſare illa omnia damna, quæ compenſatio fieri debet, vel ducendo illam ſibi in uxorem, vel augendo dotem, aut aliter procurãdo ut nubat æquibenè, ac ſi nunquam deflorata fuiſſet Cardinal. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 12. *ſect.* 1. *num.* 11. Ubi dicit non obſtare ſi dicatur ducendo eam non ſatis damna compenſari, cum mortuo ipſo uberrima dote indigeat, ut alium virum comperiat; quia reſpondet tũc manere cum dote, quam habuiſſet, ſi non fuiſſet deflorata, cum qua ad ſecundas nuptias

38 habilitatur. Quippe nota ex defloratione proficiſcens per matrimonium, cum eodem primo

39 viro deletur. Quando quis virginem virginitatis floſculo privat, cum promiſſione fictâ matrimonii; tunc certum eſt injuſtum defloratorem teneri ad cõpenſationem damni, cujus injuſtè cauſa fuit Lugo dicta *diſput.* 12. *ſect.* 2. *num.* 20. Si fictus pro-

40 miſſor corrumpat virginem, quę conditionis diſparitatem agnoverat, licèt ad eam ducendum non teneatur; tamen debet tale damnum compenſare, ſi virgo invita, & decepta aſſentitur. Si verò abſque deceptione, tunc nihil ei eſt reſtituendum, ut ex Vazquez dicit Lugo loco citato

41 *num.* 30. Quoties virginis defloratio abſque promiſſione contingit, & deflorator nequit pecuniis puellæ damnum compenſare, & virgo ſit inferioris conditionis, non tenetur ſtuprator eam ducere, quando exceſſus eſſet prudentis arbitrio nimius inter tale matrimonium. Nam cum deflo- 42 rator nihil promittens, nequeat illatum damnum pecunia compenſare, niſi eam ſibi ducendo, ex quo longè majus detrimentum ſequeretur, quàm illud, quod fęmina patitur, ad aliud medium obligari non debet; ſed debet procurare, datâ opportunitate viis omnibus damnum reſarcire, ſeu compenſare Cardin. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 12. *ſect.* 1. *num.* 18.

Hic ſubjungendum eſt, quod 43 vidua, cui objicitur adulterii crimen, poteſt replicare de adulterio à marito commiſſo, quando non agitur criminaliter ad pęnam, ſed civiliter ad evitandam 44 reſtitutionem dotis, ut noviſſimè tradit Berſanus in *tractat. de Viduis, cap.* 2. *quæſt.* 30. *num.* 8. Juvenis doctiſſimus, ſi juvenis indigitandus eſt, qui tanta maturitate duos in juvẽtute exaravit Tractatus.

SUMMARIUM

1 *Erroris materiam Doctores pertractantes referuntur.*

2 Bargalius *integrum compoſuit Tractatum de Dolo.* Et adducũtur Doctores de dolo pertractantes.

3 *Mendacii materiam Doctores pertractantes adducuntur.*

4 *Error vitiat contractum, quoties* ver-

verſatur circa ejus ſubſtantiam.

5 *Animus gratuitò conferentis, cum ſit actualis, virtualis, vel habitualis, ſecluſa cauſa, nolle conferre, collatio in foro poli dicitur nulla.*

6 *Compenſatio occulta locum habere non poteſt, ſi res donata alia via, & errore recuperari non poteſt.*

7 *Diſpoſitio conditionalis dependens ab intentione diſponentis, in foro conſcientiæ eſt invalida.*

8 *Dolus, cum tantùm incidens ſit, non habet vim reſcindendi contractum.*

9 *Compenſatione occulta an poſſit uti ille, qui decipitur circa qualitates contractus?*

10 *Deceptus ultra dimidium in contractu, an poſſit illum reſcindere, & occulta compenſatione uti?*

11 *Deceptor quando ob dolum recepto damna reficere teneatur?*

12 *Obligatio reſtituendi damnum, quando ex juſtitia commutativa oriatur?*

13 *Deceptus contra Deceptorem habet jus ſe compenſandi ob damnum juſti pretii.*

14 *Deceptor tenetur, licèt translato dominio rei, ad reſtitutionem illius.*

15 *Deceptus in contractu poteſt occulta compenſatione uti.*

16 *Deceptor in foro conſcientiæ tenetur ad damna ſequuta ob contractum doloſum, cum per injuriam fuit cauſa eorum injuſta.*

17 *Deceptus favore ſui habet jus compenſationis occultæ contra Deceptorem fraude utentem ad decipiendum ex ipſa fraude oriens.*

18 *Contractus non reſcinditur, quoties contrahens vitio rei conſcius erat.*

19 *Actio quanti minoris quando vigeat in contractibus.*

20 *Contractus reſcinditur, ſepoſito jure poſitivo, cùm deceptio ſit ipſius contractus cauſa, & circa rem magni momenti.*

21 *Contrahens, cum cognoſcat vitium contractus, ad ſui libitum eſt illum, vel irritare, vel confirmare.*

22 *Compenſatio occulta fieri poteſt, cum vitia non patent in contractu.*

ARGUMENTUM.

Utrùm propter accepta per errorem, dolum, vel mendacium ſit locus occultæ compenſationi?

QUÆSTIO XI.

NEC erroris, doli, ſeu mendacii, hac in theſi ſciſcitationem nobis in animo eſt inſtituere. Circa primi naturam inſpice Simancam *de Catholic. inſtitut. tit.* 17. *num.* 26. Zamoranũ *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 19. *nu.* 1. 1
De ſecundo conſule Bargalium, qui integrum de Dolo compoſuit Tractatum, & de ejus ſpeciebus agunt Donell. *lib.* 15. *Comm. cap.* 40. & *lib.* 22. *cap.* 6. Vigel. *lib.* 25. *Jur. civil. cap.* 3. & *lib.* 24. *cap.* 2. Saabed. *Emblem.* 44. Pareia *de Edit. tit.* 9. *reſolut.* 5. Menoch. *lib.* 5. *præſumpt.* 3. Farinac. *tom.* 3. *Prax. quæſt.* 87. & *ſeqq.* Covarruv. *cap. Quamvis, part.* 3. §. 4. *n.* 5. *de Pact.* 2

in

in 6. Faber. *Decad.* 1. *error.* 5. Ca-
ſtill. *de Tert cap.* 18. *à num.* 95. Her-
moſill. *l.* 56. *gloſſ.* 11. *num.* 47. *tit.* 5.
p. 5. Add. ad Molin. *lib.* 2. *Variar.*
cap. 3. *num.* 15. *& infra num.* 6. *part.*
3. & Egò tetigi in *quæſt.* 10. *lib.* 3.
3 *tom.* 1. De tertio, nimirum men
dacio pertractant Senec. *Epiſtol.*
79. *& Epiſtol.* 46. *in fin.* Torres
lib. 24. *Theolog. Moral. cap.* 7. An-
ton. Auguſtin. *lib.* 36. *tit.* 9. *part.* 3.
Navarr in *Manual. cap.* 18. File-
ſacc. *tom.* 2. *Selectar. cap.* 7. *de Jure*
Relig. Cyriac. *controv.* 132.
4 Sicut error circa rei verſans
ſubſtantiàm, & qualitates ſub-
ſtantiales ipſius, contractum red-
dit nullum: ita quoque error cir-
ca cauſam finalem cujuſcumque
gratuitæ diſpoſitionis. Quoties
ob exiſtimatam cauſam, nec ta-
men ſubſiſtentem, aliquid gra-
tuitò eſt collatum: taliter ut cō-
ferentis animus, ſive actualis, ſi-
ve virtualis, vel habitualis ſit, ſe-
5 cluſâ eâ cauſâ, nolle conferre in
foro conſcientiæ, collatio dicitur
nulla ſive conferens tunc expreſ-
ſerit velle, ut tali cauſa non exi-
ſtente, collatio nulla ſit, ſive nō.
6 Nam ex capite illo datur locus
occultæ compenſationi, ſi aliâ
viâ res donata eo errore recupe-
rari nō poteſt, ut tradidit Zamo-
ranus *de Compenſat diſput.* 4. *cap.* 19.
num 6. Cujus ratio eſt, quoniam
ejuſmodi diſpoſitio ex diſponen-
tis intentione conditionalis ſit,
ſcilicet ſi cauſa illa ſubſiſtat. Un-
7 de ſi talis cauſa nequaquam ſub-
ſiſtat, in foro conſcientiæ diſpoſi-
tio eſt invalida.
8 Quoties verò dolus incidens
tantummodò fuit, tunc ſicut er-
ror contrahendi cauſa non fuit,

ſic veritatis notitia, in qua obtin-
git error reſcidēdi ejuſmodi con-
tractum non erit cauſa ſufficiēs,
quæ eſt communis ſentētia, qua
inſpectâ deceptus in hoc caſu 9
minimè occulta compenſatione
uti poteſt quoad rem alienatam
per ejuſmodi dolum, & errorem,
& quoad fructus illius. Et ſi quis
in pretio ultra dimidium decep-
tus fuerit, non poteſt deceptus
ex hoc capite cōtractum reſcin-
dere, quoad dictam rem aliena-
tam, ejuſque fructus, nec uti
compenſatione occulta, ut ex 10
Gloſſa in *cap. Cum dilecti. de Em-*
ption. & vendit. Leſſius. *de Juſtit.*
& jur. lib. 2. *cap.* 17. *dub.* 5. & ex *l.* 2.
C. de Reſcind. vendit. Refert Za-
moran. *de Compenſat. diſputat.* 4.
cap. 19. *num.* 10. Ubi ſubjungit, 11
quod deceptor tenetur ad reſti-
tutionem ad reſtitutionem dam-
norum in foro conſcientiæ, quæ
ob ejuſmodi dolum deceptus
paſſus eſt. Siquidèm fuit injuſta 12
illorum cauſa deceptor, videlicet
per injuriam, & peccatum adver-
ſùs commutativam juſtitiam, &
ex peccato quod juſtititiæ com-
mutativæ refragatur, cum alte-
rius damnum reſtituendi obligā-
tio ſuboritur. Ideoque ad hoc in-
tereſſe damnum, vel exceſſum,
ſeu defectum juſti pretii, decep- 13
to datur jus ſe compenſandi con-
tra deceptorem, licèt contractui
cauſā dolus neutiquam dederit
teſte Zamoran. *de Compenſ. diſput.*
4. *cap.* 19. *num.* 10. *in fin.* & *num.* 11.
in fin. ex Leſſio *de Juſtit. & jur. lib.*
2. *cap.* 17. *dub.* 5. *num.* 30. Infert de- 14
ceptorem ad rei fructuumque re-
ſtitutionem teneri; quamvis
trāslatum fuerit dominium, quo-

niam per injuriam fuit cauſa alie-
nationis,& deceptum poſſe com-
15 penſationem occultam facere,
ſi quod eſt ſuum, aliter nanciſci
non poſſit, ut ipſemet Leſſius
teſtatur loco ſupra relato *nu.* 30.
16 Deceptor autem tenetur in
foro conſcientiæ ad omnia dam-
na inde ſequuta, quoniam fuit
per injuriam injuſta eorum cau-
ſa,& quod reſpicit ad damna jus
occultæ compenſationis decepto
17 contra deceptorem, qui ad de-
cipiendum dolo uſus fuit, & ſi
reſpectu exceſſus, aut defectus
hujus juſti pretii erit quoque læ-
ſo locus occultæ compenſationi,
ut voluit Zamoran *de Compenſat.
diſput.4.cap.19. num. 13.in fin.*
18 Quoties ſi contractus ſit utrin-
que, vel altera ex parte comple-
tus, tunc Leſſius utitur diſtin-
ctione, quæ reſpicit ad diſputa-
tionem noſtram; nimirum vel al-
ter erat vitii ſeu defectus cōſcius,
vel non: ſi neutiquam conſcius
erat, jura reſciſſionem contractus
diffitentur, & tantummodò præ-
ſtant actionem quanti minoris,
19 nempè ut tanto minus ſolvas,
quanti minoris, rem empturus
eſſes, ſi vitium rei ſciveris, ut ha-
betur in *l.13.ff.de Actionibus empti.*
Et id minimè ad contractum
emptionis, & venditionis com-
peſcendum eſt; verùm etiam ad
alias permutationes porrigi po-
teſt, ut hauritur ex *l.18.ff.de Ædi-
litio edict.* ut tradidit Leſſius *de
Juſt.& jure lib.2.cap.17.dub.5.n.33.
verſ.Verius tamen puto,in fine.* Sub-
dens jure poſitivo ſepoſito poſſe
20 reſcindi contractum, ſi deceptio
ipſius oontractus eſt cauſa,& cir-
ca rem magni momenti, in qua
neminē aſſentiri voluiſſe credi-
tur, ad tradita per Navarrum in
Manual.cap.12.num.13. Sylveſtnm
in *Summ.verbo Juramentum.to* 3.
quæſt.1.

Sin autem contrahens, vitii 21
ignarus non eſt, contractus dici-
tur irritus favore alterius contra-
hentis, qui ad libitum ſuum
detecto vitio illum irritare, vel
roborare poteſt, eò quia tunc cen-
ſetur doli particeps, quoniam ju-
re poſitivo quaſi ex officio omnia
occulta vitia rei detegere tene-
batur Text. in *l.* 1. *ff. de Ædilitio
edict.* Text. in *l.13. ff. de Actionibus
empt.* Et ſi vitia nequaquam ape- 22
ruit adversùs juſtitiam peccavit;
quapropter occultæ compenſa-
tioni locum eſſe fatetur Zamora-
nus *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.*
19. *num.* 16. *in fin.*

SUMMARIUM

1 *Caſus propoſitæ quæſtionis.*
2 *Affirmativa ſententia refertur.*
3 *Nemo alienis rebus ita providere tenetur, ut ſuarū faciat jacturā*
4 *Leges, quæ jubent ordinem in ſolvendo creditoribus, quando bona debitoris omnibus non ſufficiunt, potius videntur ſpectare ad forum fori, quàm poli.*
5 *Poſſidentis conditio in jure potior.*
6 *Ut quis ſervet ſuam vitam, vel famam non debet providere, an aliorum vita, vel fama periclitetur.*
7 *Jus, quod ex ordine charitatis naturalis depromitur, quodnam ſit?*
8 *Is, à quo res furto ablata eſt, poteſt uti occulta compenſatione, nec attenditur, an fur alios habeat creditores.*

9 *Cre-*

9 *Creditores perſonales nequeunt facere occultam compenſationem in præjudicium creditorum cum hypotheca.*

10 *Creditores hypothecarii in ſolutione chirographariis præferuntur.*

11 *Compenſatio, ut dicatur facta in fraudem creditorum, ſufficit ſciẽtia impotentiæ debitoris.*

12 *Creditor hypothecarius non poteſt facere occultam compenſationem in rebus, quæ apud debitorem sũt furto ablatæ, commodatæ, aut depoſitæ.*

13 *Domini in concurſu omnibus creditoribus præferuntur.*

14 *Creditor perſonalis tantùm non poteſt compenſare in præjudicium creditoris perſonalis privilegiati.*

15 *Solvens creditori perſonali, ſtantibus hypothecariis, putans plus eſſe in bonis ſuis, & creditor perſonalis occultam compenſationem faciens, neſciens, quod ex eo debitor evadat non ſolvendo privilegiatis, non peccant contra juſtitiam, nec ad reſtitutionem tenentur.*

16 *In pari gradu debitorum quilibet poteſt etiam ſciens compenſare in præjudicium aliorum.*

17 *Negativa ſententia in principali quæſtione probatur.*

18 *Contra juſtitiam peccat debitor, qui ita ſolvit uni creditori totum debitum, itaut alteri non poſſit ſatisfacere.*

19 *Creditor, ſi ſciat debitorem cæteris creditoribus non eſſe ſolvendo, non poteſt ab eo integrum debitum recuperare.*

20 *Si duo ſint creditores æquales in jure, & utrique ſatisfieri non poſſet, debitoris bona ſunt æqualiter dividenda.*

21 *Satisfit argumentis pro affirmativa ſententia adductis.*

22 *Quælibet lex humana rectæ rationi conſentanea obligat in foro conſcientiæ.*

23 *Axioma juris*: melior conditio poſſidentis, *ubi locum ſibi vindicet.*

24 *Bona ſua dici nequeunt, quæ ſunt in dominio debitoris.*

25 Comitol.Reſponſ. moral. lib.3. quæſt.39. proponitur, & rejicitur.

26 *Leges, & Authores loquuntur terminis habilibus.*

27 *Hæres poteſt objicere exceptionem creditori poſteriori, ſuum debitum exigenti, ne ſolutionem faciat in præjudicium creditorum anteriorum.*

28 Referuntur verba Textus in l.10.§.2. ff.de Compenſat.

29 *Compenſatio admitti non poteſt, quando agitur criminaliter ad pœnam.*

30 Adducitur quidam locus Senecæ lib.6.de Benefic.

31 *Compenſatio an admittatur quando actiones oriuntur ex maleficio.*

32 *Compenſatio in depoſito non habuit locum ante Juſtiniani tempora.*

33 *Depoſitum etiam ante tempora Juſtiniani compenſari non poterat.*

34 Referuntur verba Senecæ lib. 6.de Benefic.

35 Seneca *floruit temporibus Imperatoris Claudii Neronis, fuitque ejus Præceptor.*

36 *Furtum cum depoſito compenſari non poteſt.*

37 Laudatur Rævardus.

AR-

ARGUMENTUM.

Utrùm compenſatio occulta ſit licita in præjudicium creditorum anteriorum?

QUÆSTIO XII

1 AN compenſatio fieri poſſit à creditoribus poſterioribus in præjudicium anteriorum, latiſſimè diſſerui quoad forum fori in *quæſt.*11. *lib.*5. *tom.*2. Ubi concluſum fuit talem compenſationem fieri non poſſe. Nunc videndum eſt, an idem dicendũ ſit quoad forum conſcientiæ? Et quęſtionis hujus caſus ſic figurandus eſt: Finge me habere res Petri apud me, qui Petrus jam vita functus mihi debebat aureos, ſcio illum è vita migraſse, relinquens alios creditores anteriores; nunc difficultas oritur, an poſſim res Petri apud me exiſtentes in mei debiti compenſationem retinere?

2 Cui quæſtioni affirmativè reſponſũ iri videtur, videlicet, quod locum habeat cõpenſatio in præjudiciũ creditorum anteriorum, quam opinionem tenent Comitol. *Reſponſ. caſuum moral. lib.*3. *quæſt.*39. Fernandez in *Examin. Theolog. Moral. part.*4. *cap.*5. *§.*13. Machad. *de Perfect. Confeſſar. tom.* 1 *lib.*2. *part.*3. *tractat.*23. *docum.*5. *num.*9. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*8. *cap.*6. Samuel Lublinus in *Summ. caſuum conſcient. verbo Pecunia. num.*17. Diana *Oper. moral. tom.*6. *reſolut.*153. *§.*2. & 154. *§.*1. 155. *§.*1. & 156. *§.*1. Raynaud. *de Monitor. part.*1. *cap.*2. *q.*6. Marchant in *Reſp. Paſt. ad Decalog. cap.*7. *quæſt.*9. Homobon. in *Exam. Eccleſ. part.*2. *tract.*10. *cap.*3. *quęſt.* 6. *caſu* 7. Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 23. Amadæus Guimenius in *Opuſcul. contr. quorumdam expoſtulat. adverſùs nonnullas Jeſuitarum opiniones Moral. in tract. de Juſtit. & jur. propoſit.* 9. Cum ibi relatis.

Hujus concluſionis ratio eſt, 3 quia nemo, ita alienis rebus providere tenetur, ut ſuarum faciat jacturam, & ſinat è manibus labi occaſionem recuperandi ſuum debitum, quod aliter recuperari non poteſt, vel nonniſi tum magnis expenſis; præcipuè cum non ſit lex, quæ hujuſmodi compenſationem prohibeat Diana. *Oper. moral. tom.*6. *tractat.*3. *reſolut.* 153. *§.*2. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*8. *cap.*6. *num.*1. Nam Leges quæ jubent ordinem in ſolvendo 4 creditoribus, quando bona debitoris omnibus non ſufficiunt; potius videntur ſpectare ad forum fori, quàm ad forum poli; ſic Gabriel in 4. *diſtinct.*15. *quæſt.*2. *art.* 3. *dub.*6. Ideoque creditores non debent illas ſcire, nec ordinem, quem ſtatuunt; quia cum bona fide procedant tuta conſcientia compenſationem faciunt, nulla habita ratione creditorum anteriorum Zamoran. ubi ſuprà.

Secunda ratio, quoniam cum 5 creditor rem debitoris habeat in ſua poteſtate, ex qua poteſt compenſationem facere, locum in eo ſibi vindicat illud juris Axioma; *potior eſt conditio poſſidentis.*

Ter-

6 Tertia ad hoc, ut quis ſuam ſervet vitam,non debet prævidere an aliorum vita periclitetur, qui ſunt ætate magis longevi, & ut honorem,ac famam aſſequatur, non inſpicit, an is qui eam ab ipſo ſuſtulit, aliorum honori ſatisfacere debeat; Ergo idem in ſuis bonis recuperandis dicendum eſt creditorem non teneri, aliorum creditorum damnum
7 attendere, quod jus ex ordine charitatis naturalis depromitur, ut ſicut quis debet plus ſuam vitam,quàm alterius diligere, ſic ſuam famam, & bona.

8 Quarta is,à quo res furto fuit ſublata, pro illa poteſt uti occulta compenſatione, dum ex ea, nec mala, nec ſcandala proficiſcuntur, ut dixi *quæſt.* 1. & tamen non attenditur an fur alios creditores habeat.

Hanc enim concluſionem non adeò abſolutè citati Doctores amplectuntur,nam eam pluribus in caſibus limitant, ac coarctant.

9 Primo limitant in creditoribus perſonalibus, qui nequeunt facere occultam compenſationem cum præjudicio anteriorum quorum debita hypothecam habent Zamoran.*de Compenſat. diſput.8.cap.6.num.*4.Mendus in*Stater.benignar.opinion. diſſertat.6. q.*4. *num.*29. *& in Epitom.opinion. moral. verbo Compenſatio. num.* 1. Quippe hoc eſſet ſumere per cõpenſationem, quod eſt aliis realiter obligatum actione hypothecaria, ut ex ipſo eis fiat ſolutio, quod eſſet adversùs jus creditorum habentium in re jus reale prælationis; & ſic contra juſtitiam commutativam peccarent, & ad reſtitutionem tenerentur Azor. *Inſtitut.moral.tom.*3. *lib.*2.*cap.*36.*quæſt.*8 Faber.*de Pœnit.in* 4.*Sentent. diſtint.*15. *quæſt.*2. *diſput.*50 *cap.*7.*num.*222. Turrian. in 2.2.*tom.*1.*diſput.*19.*dub.*4.*num.*6.
Creditores hypothecarii in ſo- 10
lutione chirographariis præferuntur,cum non ſolùm perſonas, ſed res quoque habeant obligatas Text.in *l.Eos.* C. *Qui potior.in pign.* Text. in *l.*15. *ff.de Reg. jur.* Layman. *tom.*1. *de Juſtit. & jur. ſect* 5.*tractat.*2.*cap.*11 *num.*4. Molina *tom.*2.*diſput.*536.*& tom.*3.*diſput.*760. Igitur cum his debitoris bona ſint obligata, eis injuſtitiã infert creditor perſonalis, qui non habendo jus ad ea bona, ſicut illi habent compenſationem facere vult. Nam hujuſmodi cõpẽſatio facta videretur in fraudẽ creditorum habentium in re illa jus reale prælationis, ideoque tamquam injuſta reſcindenda. Text. in *l.Si quis cum haberet. ff. Quæ in fraud. credit.* Nec ad hoc,
ut dicta compenſatio fiat in 11
fraudem creditorum requiritur animus expreſſus fraudandi, ſed ſcientia impotentiæ debitoris ſufficit Zamoran. *de Compenſat.diſput.*8.*cap.*6.*num.*5.

Secundo dicunt hypotheca- 12
rium creditorem non poſſe facere occultam compenſationem, accipiendo ea,quæ licèt eſſent in poteſtate debitoris; tamen erant furto ablata, commodata,aut depoſita Comitol.*Reſponſ. moral. lib.* 3.*quæſt.*39. Mendus in *Stater.benignar. opinion. diſſertat.*6. *quæſt.*4. *num.*30. Quippe domini harum rerum non amiſerunt dominium

unde

unde talis compenſatio fieret de rebus alienis, & non propriis debitoris, quod non eſt dicendum, ut dixi in *quæſt.* 1. Quare
13 horum bonorum domini cęteris omnibus creditoribus pręponuntur Text in *l.Procuratoris* . *§.Planè. verſic.Sed ſi dedi*. *ff de Tribut. act.* Text.in *l Cum fundus.§.Servum tuum.ff.Si cert.petat.*

14 Tertiò. Si creditores perſonales privilegiati dentur, non poſſunt non privilegiati facere cõpenſationem in illorum præjudicium, quia illi jure habent privilegium, ut etiam cum aliorum præjudicio debitum ſuum integrum percipiant, quare potiori jure ad bona gaudent, & cum ordo reſtitutionis, & compenſationis ex jure deſcendat, non eſt cur in foro conſcientiæ non obſervetur Azor. *Inſtitut. moral. tom.* 3. *lib.*4.*cap.*36.*quæſt.*8.

15 Eam etiam ampliant, ſi creditori perſonali, ſtantibus hypothecariis debitor bona fide ſolvat exiſtimãs ſe habere bona ſufficiẽtia ad omnibus ſatisfaciendum, vel perſonalis creditor occultam compenſationem faciat, neſciens per hoc debitorem inhabilem reddi ad ſolvendum hypothecariis; neuter contra juſtitiam peccat, nec ad reſtitutionem tenetur, quia tunc poterit creditor ille facere occultam compenſationem anteriorum creditorũ, nulla habita ratione Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*8.*cap.* 6. *num.* 6. *ubi. num.*8. Subjungit, quoties inter perſonales creditores nullum eſt
16 privilegium prælationis poteſt quicumque eorum priuſquam debitoris bona poſſideantur, aut occupentur Judicis authoritate, aut antequam fiat exequutio, ſeu bonorum ceſſio facere in eis compenſationem occultam ſui debiti, nullâ habitâ ratione aliorum creditorum, ſimiliter perſonalium, quamvis ſciat debitorem non eſſe ſolvendo omnibus creditoribus perſonalibus.

His omnibus parum obſtan- 17
tibus cõtraria opinio tutior mihi videtur, ideoque in foro poli amplectenda eſt, nempe compenſationem in præjudicium creditorum anteriorum fieri non poſſe, eamque ſequuntur Mendus in *Stater.benignar opinion. diſſert.* 6.*quæſt.*4 *num.*32.*ad med.& in epitom.opinion.moral. verbo Compenſatio num.*2. Turrian. *diſput.*33. *dub* 3. *num.*22. Card de Lugo. *tom.*1. *de Juſtit.& jur.diſputat.*16.*ſect.*6. *nu.* 127. Eſcobar. *de Confeſſar. ſollicitant.Pœnit.ad vener.part.*2.*quæſt.*3. *§.*3.*num* 49.

Hujus concluſionis ratio eſt, 18
quia dum creditor ea bona à debitore non accipit, non poteſt ſupponere ei ſupereſſe, unde cæteris creditoribus ſolvat, ideoque id debet inveſtigare, & ſi præjudicium eis fieri dignoſcat, in eo bona fides ſalvari nequit. Quippe quoties plures ſunt creditores, & debitor prius ſolvit uni totum debitum, itaut alteri non poſſit ſatisfacere contra ordinem in reſtituendo debitum, hoc eſt, quod poſteriori ſolverit, cum eſſet priori ſolvendum, priori ad reſtitutionem faciendam tenetur; quia jus debitum uni creditori adimit, & tribuit alteri; Nam ſi quod debetur Titio, ſolveretur Cajo, peccaretur contra ju-

juſtitiam; at in caſu, quo Titius ſit prior creditor ſecundùm jus, & Cajus ſit poſterior: hic Cajus caret jure ad debitum ſuum, non verò Titius. Igitur contra juſtitiam fit, ſi omiſſo Titio anteriore creditore, Cajo poſteriori ſolvatur. Ergo idem in compenſatione aſſerendum, cum compenſatio nil aliud ſit, quàm ſolutio Text. in *l. Si conſtat. C. de Compenſat.* Text. in *l. Si peculium. §. De illo. ff. de Stat. liber.* Text in *l. Vel permutavit. ff. de Liberal. cauſ.*

19 Secunda, ſi creditor ſciret debitorem cæteris creditoribus nõ eſſe ſolvendo; vel ſi debitoris hęredem, qui hæreditatem adivit cum beneficio inventarii, non poſſe ex hęreditate omnibus creditoribus ſatisfacere; non poteſt ab illis debitum ſuum integrum recuperare, ſed pro rata: quia jus ad integrum non habet; & ſi creditor poſſet in pręjudicium anteriorum creditorum integrum debitum ſibi compenſare; quoque liceret illi, cui demandata eſt cura ſolvendi debita defuncti pro ſuo libito, & affectu uni creditori totum debitum ſolvere, & cæteris ſolam partem. Quippe ſi ille poteſt accipere jus habet ad accipiendum. Igitur ſolvens valet conformari ei juri, integrèque illi creditori ſolvere, quod abſurdum eſſe dixit Mendus in *Stater. benignar. opinion. diſſert. 6. quæſt. 4. num. 33.*

20 Tertia, quia quotieſcumque eſſent duo creditores æquales in jure, & utrique ſatisfieri non poſſet, debitoris bona eſſent æqualiter inter eos juxta proportionem dividenda: quod ſi non fit, eſt peccatum contra juſtitiam, nimirum ſi uni eorum, altero neglecto ſatisfaceret, & eſſet obligatio reſtituendi partem debitam creditori neglecto. Ergo quotieſcumque integrum debitum ſolvitur creditori illi, qui poſterior eſt juxta jus, neglecto, & omiſſo priore creditore peccatur contra juſtitiam: cum bona, quæ debitis ſolvendis non ſufficiunt debeant pro rata inter creditores dividi Laym. *de Juſt. & jur. tom. 1. ſect. 5. tractat. 2. cap. 11. ex num. 4.* Mendus in *Stater. benignar. opinion. diſſert. 6. quæſt. 4. nu. 32. ad finem.* Azor. *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 4. cap. 36. quæſt. 8.* Molina *de Juſtit. & jur. tom. 2. diſput. 536. ad med.* Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio. num. 2.* Et cum omnes creditores jus ſolum habeant pro rata; nullus habere poteſt jus pro integro debito; non ſtat omnes habere jus ad bona pro rata, & aliquem habere jus ad integrum debitum in ſolidum. Igitur qui debitum integrum per compenſationem retineret; eſſet abſque jure, ideoque peccaret, & ad reſtitutionem teneretur, quod ultra ratam accepiſſet. Nam id, quod in compenſationem ſumit pro ſua rata tantùm, id licitè poteſt retinere, Azor. & Mendus ubi ſuprà.

Non obſtant rationes contrariæ ſententiæ. Non prima, quia communis Doctorum ſententia eſt leges juris communis ſtatuẽtes ordinem, & pręlationem in ſolvendo creditoribus, quando bona debitoris ad omnibus ſatiſfaciendum non ſufficiunt obligare in foro conſcientiæ, ut do- 21

cet Zamoranus *de Compenſat. diſput.8.cap.6.num.*10. & ex Cajetano, Sylveſtro, Medina, Angelo, Armilla, & Navarro, tradidit Azor. *Inſtitut.moral.par.3.lib.4.cap.36.q.*7. Nam dictæ leges ſunt juſtæ, & cum æquitate conjunctæ, & non nitūtur falsâ præſumptione, ſed naturali æquitate, ex qua ob cōmune bonū ſtatuunt hūc
22 ordinem, qui proinde obligat in foro conſcientiæ, & quælibet lex humana rectæ rationi conſentanea, quæ falsâ præſumptione nō fulcitur in foro poli eſt ſervanda, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſputat.8.cap. 6. num.*10.*ad finem*. Et ſicut lex præſcriptionis ob bonum pacis in odium, deteſtationemque litium, juſtè poteſt dominium transferre unius in alterum. Ita quoque leges civiles ob bonum publicum juſtè poſſunt inter plures creditores prælationis jus conſtituere, ut dicit Azor. *part.3.lib.4.cap.36.queſt.7.*

23 Non obſtat ſecunda, quia non habet locum in noſtro caſu: *melior eſt conditio poſſidentis*; quoniam illud juris axioma procedit, quoties verſamur in dubiis; ſed hîc non eſt dubium alios creditores ęquale jus habere, ideoque fit eis præjudicium in integri debiti retentione, ut benè Mendus in *Stater. benignar. opinion.diſſert.6.quæſt.4.num.*34.

Non obſtat tertia, quia paritas à conſervatione vitæ, & famę non conducit ad præſens, nec ex creditorum pręcedentia hæc opinio probatur; illa paritas pręcedentiæ vim oppugnare intendit, nec inficior jus, quod quiſque
24 habet ad defendendum bona ſua; ſed bona ſua dicere nequit, quę sūt in dominio debitoris, argum. Text in *l.Scribit ff.de Aur.et argent.legat.* Et debēt inter creditores pro rata dividi, in quo eſt diſcrimen ad jus, quod quis aſſequitur ad defendendam vitam; & ſicut perſonalis creditor non poteſt facere compenſationem, quando ſunt creditores hypothecarii Mendus in *Stater.benignar. opinion.diſſertat.6. quæſt.*4. *num*29. Zamoran. *de Compenſat. diſput.*8. *cap.6.num.*4. Non obſtante jure, quod habet ad defendenda bona ſua; ſic non poteſt, eſtò ſint creditores perſonales, quæ ratio eruitur ex charitate naturali, qua quis potius ſuis bonis debet conſulere, quàm bonis aliorum, æquam vim haberet, licèt eſſent alii creditores hypothecarii Zamoran. dicta *diſputat.8.cap.6.num.*1. Mendus dicta *diſſertat.6.quæſt.4.num.*35. Diana *Oper.moral.tom.6.tractat.3.reſolut.*153 §.2.

Non obſtat quarta, quia longè aliter res ſe habet, quando res furto fuit ſublata; quippe in illo caſu dominus illius minimè dominium amiſit, & omnibus creditoribus præfertur, quamvis ſint hypothecarii, qui nullum jus pretendere poſſunt ad hanc rem, utpotè alienam, & non propriam debitoris Mendus in *Stater. benignar. opinion. diſſertat.6. quæſt.4. num.*34.

Non obſtat quod dicit Co- 25
mitol. in *Reſponſ.moral.lib.3.qu.*39. Videlicet, quod nec leges, quæ agunt de compenſatione, neque Doctores quando compenſationem admittunt, aliquod conſtituunt diſcrimen inter debita an-

anteriora, & poſteriora; ſed abſolutè, ac indiſtinctè aſſerunt circa quodlibet debitum licere creditori compenſationem facere.

Hæc Comitoli ratio, ſeu objectio debilis ſanè eſt, ut dixit Cardinal. de Lugo *tom. 1. de Juſtit. & jur. diſput. 16. ſect. 6. num. 127.* Nam
26 leges, & Authores loquuntur poſitis terminis habilibus; loquitur de debito, quando debitor ſolvere debeat, contra quod nequeat aliquâ exceptione ſe de-
27 fendere. Non ambigitur hæredem debere, ac poſſe exceptionem objicere poſteriori creditori ſuum debitum exigenti, nè ſolutionem faciat cum præjudicio anteriorum creditorum; quoties hi prælationem habēt; ideoque tunc non eſt ſimpliciter, & abſolutè debitum illud ab herede ſolvendum, pro quo creditor poſterior vult ſibi compenſare. Nam ſi hæc doctrina de compēſatione abſolutè deberet intelligi, poſſet poſterior creditor facere compenſationem occultam, aliquid de novo ſubripiendo de bonis defuncti cum præjudicio creditorum anteriorum; quamquam penès ſe nullam rem defuncti haberet, quod minimè Doctores amplectuntur: unde Lugo dicta *diſput. 16 ſect. 6. num. 127. ad finem.* Concludit dicendo, quod ſi Doctores communiter ſecretam compenſationem admittunt, rem debitoris clam ſubripiendo, quando ea cares; & tamen hoc non procedit cum præjudicio creditoris anterioris; ita eodem modo, nec illa generalis doctrina intelligi debet de retentione rei debitoris, quam penes te habebas, quando hoc fit cum anteriorum creditorum præjudicio, idem Cardin. de Lugo dicto loco *num. 127. in fine.*

Hic quamquam ad forum fori pertineat, adjungendum eſt id, quod Rævardus *lib. 1. Variar. cap. 11.* Triboniani errorem manifeſtum appellavit, ſcilicet eſt locus Ulpiani Juriſconſulti in 28
l. Si ambo 10 §. 2. ff. de Compenſat. Ubi hocce modo loquitur. *Quoties ex maleficio oritur actio, ut puta ex cauſa furtiva, cæterorumque maleficiorum, ſi de ea pecuniariè agitur, compenſatio locum habet.* Videlicet quum non agitur crimi- 29
naliter ad pœnam. Quomodo verò debeat fieri, ac intelligi compenſatio hæc, de qua Ulpianus obloquitur hauriri quit ex illo loco Senecæ *lib. 6. de Benefic.* Hiſ- 30
ce verbis. *Sic debitori ſuo creditor ſæpè damnatur ubi plus ex alia cauſa abſtulit; quam credito petit Non tantum inter creditorem, & debitorem judex ſedet, qui dicat, pecuniam crediſti. Quid ergo? pecus abegiſti, ſervum ejus occidiſti, argentum, quod non emeras poſſides: æſtimatione facta, debitor diſcede, qui creditor veneras.* Hic enim de credita pecunia, ideſt haudquaquam depoſita; ſed de mutua Seneca 31
loquitur. Hinc tam ex. Seneca ipſo, quàm ex Ulpiano Juriſconſulto, in iis etiam, quæ ex maleficiis actiones oriuntur, compenſationi locum fuiſſe arbitratur Rævardus. Prætereà ſi apud me rem depoſueris, & mihi poſtea feceris furtum: an compenſatio locum habeat? adſolet quæri.

Cui inveſtigationi videtur re- 32
ſpon-

ſpondendum , locum aliquem compenſationi cerni hac in ſpecie ante Juſtiniani tempora . Hoc probari , quodam modo poteſt ex verbis Triboniani in §. *In bonæ fidei Inſtitut. de Act.* ibi: *Ne in actione depoſiti compenſatio locum habeat, Juſtiniani primum ſanctione diſpoſitum eſſe*. Quod ſi verum eſſet, compenſationem in depoſito reprobatam haud fuiſſe ante Juſtiniani tempora videretur: quod minimè dicendum eſt cum quoque
33 ante eũ cõpẽſatio in cauſa depoſiti repellebatur , ut apertiſſimè elicitur ex verbis Pauli Juriſconſulti *lib. 2. tit. 12.* ibi: *In cauſa depoſiti compenſationi locus non eſt, ſed res ipſa reddenda eſt.* Ideoque Revardus dict. *lib. 1. Variar. cap. 11.* Suſpicatur , quod ſi hoc vitio eorum, qui in Pauli libris ſententiarum plurima commutarunt ; aſcribatur , acceptum ferendum eſſe: dum reliquum Senecæ *lib. 6. de*
34 *Benefic.* Locum audiendum precatur & optet ibi: *Separãtur actiones*, ait Seneca, *& de eo, quod agimus, de eodem nobiſcum agitur. Confunditur formula , ſi quis apud me pecuniam depoſuerit, idem mihi poſtea mihi furtum fecerit , & ego cum illo furti agam , & ille mecum depoſiti, quæ propoſuiſti mihi liberalis , exempla certis legibus continentur, quas neceſſe eſt ſequi . Lex legi non miſcetur, utraque ſua via habet actionem propriam , tam mehercule, quàm depoſitum, quàm furtum*. Ex quibus verbis apparet etiam tem-
35 poribus Senecæ, qui ſub Nerone floruit, ejuſque Præceptor, ut teſtatur Suetonius Tranquillus in Neron. *cap.* 52. compenſationi neutiquam fuiſſe locum . Et ſicuti lex legi nequaquam miſcetur: ita nec furtum miſceri depoſito voluit indigitare Seneca. Et furtum nuſquam miſcetur depoſito : Igitur haud admittenda 36
formularum confuſio : nec per conſequens furto quit compenſari depoſitum, ſed ſua via habet actionem propriã ſine aliqua formularum confuſione, tam furtũ, quàm depoſitum, ut interpretatur eximius, ac eruditus Juriſcon- 37
ſultus Brugenſis Jacobus Ræ-vardus *lib. 1. Variar. cap. 11.*

SUMMARIUM

1 *Res uſuconſumptibiles an poſſint amitti per cõmixtionem , ſeu confuſionem earum cum rebus poſſeſſoris?*

2 *Res poſſeſſoris cum parva ſit non æſtimatur in confuſione quantitatis alterius.*

3 *Poſſeſſor licitè poteſt res alienas cum ſuis commixtas alienare.*

4 *Res accipiens aliquis ab eo , qui per mixtionẽ dominus factus eſt, poteſt in ipſum illarum dominium transferre.*

5 *Res commixtas ſumens aliquis, an dominium acquirat; & qua actione agere poſſit?*

6 *Compenſatio occulta licitè fieri poteſt in rebus alienis , quæ apud debitorem compenſantis permixtæ ſunt.*

7 *Compenſatio occulta in rebus alienis per commixtionem ut valida ſit, quid requiratur?*

8 *Dominium acquiritur ob commixtionem.*

9 *Occulta compenſatio licitè ſit in re aliena ob commixtionem , quoties com-*

commixtio eſt cauſa dominii.

10 *Res aliena permixta cum propria debet ſolvi cui prius ſub dominio erat.*

11 *Hypotheca, & prælatio cuinam competat in confuſione, vel mixtione?*

12 *Debitor factus non ſolvendo ob compenſationem, affert præjudicium habenti partem in commixtione.*

13 *Rem uſu conſumptibilem commixtam, licet in propria ſpecie accipiens aliquis, ex quo fiat non ſolvẽdo poſſeſſor, peccat contra Juſtitiam, & ad reſtitutionem tenetur.*

14 *Compenſatio illicita, & injuſta eſt cum fit illis rebus commixtis, quarum dominium ob commixtionem eſt commune.*

15 *Compenſatio cum fiat in rebus ob commixtionem communibus adverſatur juri ejus, cujus abſque conſenſu fuit.*

16 *Compenſatio in rebus ob commixtionem communibus quare poteſt damnoſa eſſe?*

17 *Compenſatio aliquando licita, ac juſta eſt in rebus, quarum dominium fit commune ob commixtionem.*

18 Zamoranus *quid intendit de compenſatione in rebus commixtis communibus?*

19 *Domini conſenſus quando facilius præſumitur in commixtione?*

20 *Debitor quid in compenſatione de rebus commixtis ſcire debeat?*

ARGUMENTUM.

Utrùm compenſatio occulta fieri poſſit, in re aliena, quæ extat apud debitorem compenſantis permixta, aut confuſa cum alia re illius.

QUÆTIO XIII.

Dominium in rebus uſu cõſumptibilibus amitti per earum mixtionem, ſeu confuſionem cum re poſſeſſoris, & eſſe ſub ſolo ejus dominio, quoties ita permixtæ ſunt, ut minimè queant diſcerni, nonnulli atteſtantur. Hoc enim modificat Vazquez, niſi res poſſeſſoris, quę cum alia permiſcetur, ſit in parva quantitate, & aliena, cui permiſcetur ſit, in magna copia. Quippe pro nihilo reputatur parum in tam magno exceſſu, qui tunc prævalet. Hinc ſequitur poſſe hujuſmodi poſſeſſorem validè, ac licitè alienare res alienas uſu conſumptibiles, extantes apud eum permixtas; nec ad reſtitutionem teneri aſſeverant, qui eas tunc caperet de manu futuri uſurarii, ſeu depoſitarii. Siquidem capeſſit ab eo, qui per talem mixtionem earum dominus factus eſt; & poteſt in ipſum illarum dominium transferre. Quo circa ſumens tunc nanciſcitur dominium talium rerum, quæ nuſquam tali domino remanent obligatæ, nec realem actionem in has res habet: ſed actione perſonali tantummodò potitur adversùs furem, uſurarium, vel

vel depoſitarium, ut aſſerunt Navarra *de Reſtitut. lib.3. cap. 4. num.* 214. Sayrus *lib.* 10. *Clav. Reg.tract.at.2.cap.3.num.12. &* 13. Medina. *C. de Reſtitut. quæſt.* 10. Vazquez *de Reſtitut.* §.2. *dub.*5. *num.26. &* 27. Molina *de Juſtit. & jur.tom.2.diſput.326. verſicul. Illud tamen*. Azor. *Inſtitut. moral. part.3.lib.4.cap.3.§.Dicendum.*Quâ

6 inſpectâ generali doctrinâ, alicui videri poteſt abſolutè dicendum,occultam compenſationem poſſe licitè, ac juſtè fieri in rebus alienis, quę apud debitorem cõpenſantis permixtę, aut confuſæ cum aliis rebus illius exiſtunt

7 Cum enim per commixtionem rerum dominium commune fiat: multoties verò poſſidentis ſolius. Ad hoc ut conſtet quando ſit juſta, ac licita compenſatio occulta facta in re aliena, quæ extat permixta,aut confuſa,cum re debitoris inquirendum,ac ſedulò inveſtigandum eſt, quando per commixtionem transferatur dominium, & rem ipſius poſſi-

8 dentis faciat: itaut abſque alterius conſenſu, cujus erat ante mixtionem, hic eam diſtrahere poſſit. Sed cum hęc inveſtigatio præter inſtitutum noſtrum eſſe videatur, eam conſultò omittimus;interim conſule Textum in *§. Si duorum. Inſtitut. de Rer.diviſ.* Text.in *l.Si alieni nummi ff.de Solut.* Text.in *l.Marcellus. § Pomponius. l. Idem Pomponius. de Rei vindicat.* Azor. *Inſtitut. moral.part. 3.lib.1.cap.14. §.Præterea jure gentium.* Vazquez *tom.2.num.12. diſput.165 cap.ultim.* Leſſ *lib.2.de Juſtit.& jur.cap.14.dub.3.num.22.& cap.20.dub.18.num.156.*

Quoties mixtio eſt talis, ut 9
transferat dominium, & rem ſolius poſſidentis faciat; tunc licitè, ac juſtè fieri poteſt talis compenſatio occulta in re, quæ ante mixtionem erat aliena. Nam ejuſce res amplius aliena dici nequit, ſed propriâ debitoris: licèt
cum obligatione ſolvendi tãtun- 10
dem ei,qui rem ſuam permixtam habet.Quod cohibendum eſt, niſi per hanc compenſationem debitor fiat impotens reſtituere alteri æſtimationem illius partis, quam in illo cumulo habet, erat uſus ante commixtionem, ſeu cõfuſionem, & cognoverat compenſans ipſe. Quippe is in eo cumulo jus habet hypothecæ, ac
prelationis, ut ſibi ex tali cumu- 11
lo ſatisfiat ante omnes alios creditores, quoties prędictus extaret cumulus aliquo modo idem numero permanens:ſecus autem ſi minimè extaret, ſed jam conſumptus eſſet, cum compenſatio abſque aliorum prejudicio fieri
debeat Aſt magnum ſequeretur 12
prejudicium habenti ſuam partem in illo cumulo, ſi per compenſationem jam factam,debitor ei reſtituere talis partis ęſtimationem, impotens redderetur,ut fatetur Zamoran. *de Compenſat. diſput.7.cap.3.num.10.*

Quamobrem Doctores com- 13
muniter aſſerunt, quod quoties res uſu conſumptibilis extat in propria ſpecie, quamquam permixta ſit, accipiens talem rem de manu furis, vel uſurarii,quum hi ex hoc reſtituere impotentes efficiantur, peccatũ contra juſtitiam committunt, ac ad reſtitutionem obligantur Navarra *lib.3*

de

*de Reſtitut.cap.4. à num.*217. 221. *&* 222. cum ibi relatis. Quando
14 mixtio talis eſt, ut dominium efficiat commune: tunc in illa re nec juſtè, nec licitè poteſt fieri compenſatio. Nam illo in caſu diceretur facta cum damno, ac alterius injuria, ſcilicet illius, qui nihil compenſanti debet, & quoque pro indiviſo eſt dominus talis rei. Et cum nenter rem illam
15 diſtrahere queat abſque alterius conſenſu, compenſatio hęc equidèm fieret adversùs jus iſtius, ſumendo ejus rem, eo invito. Cui certè aſſertioni aſpirat, ac favet, quod cum commodum, ſeu talis rei detrimentum ad utrumque
16 pertineat dominum, altero ex dominis compenſatio hęc poſſet eſſe damnoſa. Siquidèm cumulus communis in prejudicium ipſius abſque reſtitutionis ſpe eſt diminutus, id poſſet accidere, ſi debitor inſcius, quod talis compenſatio juſta facta fuerit, cumulum furto diminutum fuiſſe ſuſpicaretur. Ideoque damnum, ac nocumentum commune eſſe debere contenderet, ſicut & commodum, ſeu emolumentum eſſe deberet; quod porrò eſſet in alterius domini, qui prorsùs nihil compenſanti debet, prejudicium, ut obloquitur Zamoran. dicta *diſputat.7 cap.3.num.*11.

17 Interdum quoque poteſt per accidens eſſe juſta, ac licita compenſatio facta in re, cujus dominium commune eſt poſt commixtionem. Quo in caſu tria ob-
18 ſervanda hortatur Zamoranus ubi ſupra *num.*12. Primum, ut in rebus uſu conſumptibilibus compenſatio fiat, quę quidèm res recipiunt functionem in genere ſuo, & una alterius vice fungi poteſt ſecundùm doctrinam Text. in *l.*2. *§. Mutui datio.ff.de Reb.credit.* Ratio eſt, quoniam in hujuſmodi rebus alterius domini faciliùs conſenſus pręſumitur, ut 19 debitor de illo communi cumulo quidquid diſtrahat: dummodò nè per hoc nocumentum alicui inferatur, ſufficienter ſit cautum. Secundum, ut debitor ſciat 20 quod id, quod de illo cumulo deeſt in juſtam ſui debiti compenſationem à ſuo creditore captum ſit. Tertium demum, ut prudenter credatur de debitore, quod tunc totum damnum alteri domino refecturum eſſet, ſeu quodvis incommodum, vel præjudicium, quod illi ex hac obtigit compenſatione. Hæc enim tria requiſita concurrere dixit Zamoranus, qui poſtea in ſimilibus compenſationibus raró concurrere fatetur, quoties dominium rei, in qua compenſatio fit, eſt commune. Subdens dicto *num.*12. *in fine*. Neutiquam eſſe facilè præſumendum, quod de ſuo debitor damnum reficiat pro eo, quod ipſe debet, juſtam compenſationem auſpicans interveniſſe. Et ob id hujuſmodi compenſationes communiter diſſuadendas admonet, quod rectiſſimum quoque dijudico.

SUMMARIUM

1 *Obſequia gratuita cum debitis ex juſtitia compenſari non poſſunt, & quando procedat.*

2 *Obſequia gratuita quando præſtan-*

ſtantur animo ſatisfaciendi compenſantur cum debito ex juſtitia.

3 *Debitor ſecretus poteſt compenſare debitum ex juſtitia cum negotiis utiliter geſtis in commodum creditoris ſui, & quando procedat.*

4 *Expenſæ factæ à gerente negotia ſibi commiſſa an compenſari poſſint.*

5 *Labor eſt pretio eſtimabilis.*

6 *Æquitas non patitur ut debitor aliquid ſui creditoris retineat.*

7 *Compenſatio pro negotiis geſtis utiliter poteſt induci.*

8 *Compenſatio fieri nequit, quando debitor procurabit creditori ſuo aliquid beneficium Eccleſiaſticum.*

9 *Temporale per ſpirituale abſque ſimonia ſolvi non poteſt.*

10 *Epiſcopus non excuſatur à ſolutione ejus quod debet propter obſequia ſibi præſtita: ſecus quando poſt datum beneficium, ei obſequia præſtantur.*

11 *Debitor ſi creditori ſuo aliquod officium impetratum à Principe tribuat compenſatur cum debito.*

12 *Officia pretio æſtimabilia in compenſationem debiti dari poſſunt.*

13 *Officium à debitore creditori procuratum quando cenſeatur datũ animo compenſandi cum debito.*

14 *Conferens officium quando eſt dominus, vel impetravit à Principe, poteſt illud dare in debiti compenſationem, ſecus verò ſi non ſit dominus.*

15 Regidores, ò Veinteyquatros *nõ poſſunt officia ea in debiti compenſationem dare.*

16 *Animus in dubio conferentium officia ſuis creditoribus qualis ſit.*

17 *Negotia, ſeu beneficia collata quando cenſeantur facta animo compenſandi.*

18 *Animus compenſandi præſumitur, quando probabiliter non conſtat de animo liberalis donationis.*

19 *Donatio in dubio non præſumitur.*

20 *Donatio refellitur quando adeſt alia cauſa.*

21 *Sumptus ex amicitia, vel charitate, vel ex affectione, in alendis cognatis, vel famulis ægrotis an videantur facti gratis, vel potius animo compenſandi.*

22 *Sumptus facti in alendis pauperibus compenſari non debent.*

23 *Mater, vel Avia dando filio, vel nepoti propria bona habenti, alimenta videntur præſtare animo compenſandi.*

24 *Refertur* l.36.tit.12.partid.5.

25 *Mater, vel Avia expendens extra alimenta in rebus neceſſariis filiis, vel nepotibus cenſentur expendere animo compenſandi.*

26 *Filius quando poſſit uti occulta compenſatione adversùs Patrem.*

27 *Dominus expendens in curandis famulis ægrotis videtur expendere animo liberali: ſecus verò animo compenſandi cũ ſalario famulorũ.*

28 *Dominus tenetur famulo infirmo expenſas, & cibaria ex vi contractus præſtare.*

29 *Dominus non habet actionem negotiorum geſtorum ad repetendos ſumptus factos in curatione famuli infirmi.*

ARGUMENTUM.

Utrùm aliquando poſſint compenſari debita ex juſtitia, cum beneficiis gratuitis, largitionibus, ſeu

ſeu obſequiis gratis præſtitis.

QUÆSTIO XIV.

1 HAnc quæſtionem luculentèr examinavi in *quæſt.* 4. Ubi poſt longam diſputationem, concludi debita ex juſtitia compenſari non poſſe cum beneficiis, & obſequiis gratis præſtitis, ut quoque repetit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 6. *nu.* 1. Quod procedit, quando gratis, ac animo liberali præſtantur. Si verò beneficia, officia, ſeu obſequia ex ſe gratuita, hoc eſt minimè debita gratis non præſtentur; ſed animo mercedis aut debito ſatisfaciendi. Aſſerendum videtur poſſe
2 tunc debita ex juſtitia, cum hujuſmodi gratuitis obſequiis, ſeù beneficiis compenſari, adeo ut ex tunc debitor ab obligatione ſolvendi liberatus dicatur, quod creditor ſuſpicetur ſibi gratis hujuſmodi beneficia, aut obſequia præſtari, quoniam ad hoc, ut debitum compenſari poſſit, non requiritur, ut ille, cui ſatisfactio præbetur, intelligat tunc ſolutionem ſibi fieri, ſed ſupereſt ſi realiter, & cum effectu illis ſolutio fiat, ſaltem in rebus æquivalentibus.

3 Nunc videndum eſt ſutrùm ſecretus debitor poſſit compenſare debitum ex juſtitiâ, cum negotiis utiliter geſtis in ſui creditoris commodum? De qua quæſtione agunt Cordub. in *Summ. quæſt.* 99 Lopez. *Inſtruct. conſcient. part.* 1 *cap.* 130. Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap.* 49. *num.* 2. *concl.* 2. Et indubitatum eſt quando gerens hæc negotia ex commiſſione creditoris, & fecit ex ſuo aliquas expenſas utiles ei, cujus negotia geſſit, poſſe illas in illius debiti ſolutionem compenſare, ut tradit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 6. *num.* 2. At dubitatio 4
major contingit, quoties gerens hæc negotia nullas fecit expenſas, quoniam gratis fortaſſe per amicos aſſequutus fuit ſuo creditori negotium ipſi commiſſū; puta aliquod privilegium, diſpenſationem Papalem, ſeu officium, quod regulariter ſolet pecunia negotiari. Et pro compenſatione reſpondet Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap.* 49 *concl.* 2. *num.* 2. Lopez & Sayr. ubi ſupra. Nempe poſſe debitorem compenſare totum, quod in procuratione expenſum eſt, cum debito quod illi debet, quod procedit, quamvis per amicorum interceſſionem gratis conſequutus ſit.

Hujus concluſionis ratio eſſe 5
videtur, quod quamquam hic debitor gratis hanc gratiam aſſequeretur creditori ſuo propter interceſſionem amicorum, vel ob ſpecialem Principis favorem, attamen non tenetur ei præſtare gratis gratiam hujus interceſſionis, ſeù ſollicitudinis, remiſſioniſque expenſarum; præcipuè cum ob id ſuis amicis maneat devinctus, ſaltem ex gratitudine, ut pro eis etiam ſimilem laborem impendere teneatur, quod profectò eſt pretio æſtimabile Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 6. *nu.* 3. *in fin.* Sayrus. *Clav. Reg. lib.*

10. tractat. 5. cap. 7. numer. 12.

6 Hanc concluſionem cohibent Rodriguez. *Summ. part. 2. cap. 49. num. 2. concl. 2.* Sayr. & Lopez. *loc. cit.* Niſi is, pro quo aſſequutus fuit dictum officium, antea ei compenſaſſet negotium, ipſi utiliter geſtum, aliis ſimilibus æquivalentibus obſequiis, ac beneficiis, utilibus impetranti. Quo in caſu æquitas non patitur, ut impetrans ultra hoc nanciſcatur, vel retineat aliquod ex bonis ſui creditoris, pro hac impetratione, & negotio utiliter geſto, quod jam compenſatum cenſetur dicit Zamoran dicta *diſputat. 5. cap. 6. nu. 4.*

7 Hanc enim limitationem dubiam, ac falſam eſſe auſpicatur Sayr. *Clav. Reg. lib. 10. tractat. 5. cap. 7. num. 12.* Nam cum creditor teneatur ex vi pacti, quod iniit cum ſuo ſecreto debitore, ut ei aliquod officium procuraret, ad ſolvendum tantum, quantum in expenſis pro aſſequendo munere inſumi ſolet, ſive debitor poſtea gratis eum obtineat, ſive non, & ſive creditor antea ei alia beneficia præſtitit, ſive non, promiſſis ſtare debet; ideoque compenſatio locum habere debet. Si nihil publicè, aut ſecretè debeatur pro hujuſmodi negotiis geſtis ſibi poterit recompenſare, ut idem Sayr. dicto *lib. 10. tractat. 5. cap. 7. num. 12. in fine* aſſerit Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap 6. num. 4. in fine.*

8 Non fit compenſatio, quando debitor dedit, vel procuravit creditori ſuo aliquod beneficium Eccleſiaſticum, in talis debiti recompenſam, ut docent Sayrus. *Clav. Reg. lib. 10. tractat. 5. cap. 7. num. 9. verſ. Quoad primum.* Rodriguez in *Summa part. 1. cap. 49. concl. 2. num. 2.* Navarr. *Manual. cap. 17. num. 81.* Zamoran. dicta *diſputat. 5. cap. 6. num. 5.* Hujus ratio eſt, quod compenſatio nil aliud eſt quàm ſolutio Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Text. in *l. Si conſtat. 4. C. Eod.* Text. in *l. Si debitor. ff. Qui potior. in pign. hab.* Text. in *§. In bonæ fidei & §. Compenſationes de Action.*

Sed temporalia per ſpiritualia, 9 abſque ſimoniâ ſolvi non poſſunt *cap. Quam pio 1. quæſt. 2.* Text. in *cap. Cum ſecundum. de Præbend.* Ergo &c. Quæ concluſio procedit in omnibus officiis, & miniſteriis, quæ ſine peccato, & ſimonia vendi nequeunt, ut tradit Rodriguez *part. 2. cap. 49. concl. 2. num. 2.* Unde datio beneficii non excuſat Epiſcopum à ſolutione 10 ejus, quod debet propter obſequia ſibi præſtita, licèt aliter eſſet, ſi poſt datum tale beneficiū gratis debitori creditor gratitudinis cauſa debitum condonaret, quia tunc liber à reſtitutione maneret Zamoran. Sayr. Rodriguez, & Lopez *loc. cit.* Navarr.

Hæc, quæ dicta ſunt, proce- 11 dunt in officiis, ſeu miniſteriis eccleſiaſticis, nunc agendum de officiis, ac muneribus ſecularibus, de quibus dicendum eſt, quod ſi is, qui dedit tale officiū, erat verus dominus, puta quia cum pretio, vel dono à Principe impetravit, cum facultate expreſſa, ſeu tacita aliis conferendi, tunc ſi debitor creditori ſuo hujuſmodi officium tribuat, compenſatur cum debito, eſto hoc officium debito coæquet, quia compenſatio nil magis, quàm

æqua-

æqualitatem exigit, argument. Text. in *l.* 1. *ff. de Compenſationib.* Text. in *l. Final. C. Eod.* Text. in §.
12 *In bonæ fidei. de Act.* Ratio hujus aſſertionis eſt, quia cum hæc officia ſint pretio æſtimabilia in debiti compenſationem dari, aut vendi, ſeu procurari poterunt; quamobrem hanc ſententiam amplectuntur Aragon. 2. 2. *q.* 62. *art.* 8. *cap.* 4. *in fine.* Toled. *lib.* 5. *Inſtruct. Sacerd. cap.* 26. Rodriguez *Summ. part.* 2. *cap.* 49. *num.* 2. *concl.* 2. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 6. *n.* 6. Gregor. de Valent. *tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſt.* 6. *punct. cauſ.* 7. Navarr. *Manual. cap.* 17. *nu.* 81. Sayr. *Clav. Reg. lib.* 10. *cap.* 7. *num.* 9. *verſ. Quoad primum. in fine.* Lopez *p.* 1. *Inſtruct. conſcient. cap.* 130.

13 Nonnunquam accidere poteſt ut debitor det munus ſuo creditori in debiti compenſationem, & tamen creditor exiſtimet gratis ſibi dari, eò quia debitor non expreſſit illud in compenſationem conferre. Quo in caſu ſcire oportet, quod ſi tunc non ſit aliqua ſufficiens, & urgens conjectura, munus in debiti compenſationem collatum videtur, quia in dubio donatio non præſumitur Text. in *l. Cum de indebito* 25. §. *Si verò. ff. de Probat.* Text. in *l. final. C. de Novat.* Text. in *l. Campanus. ff. de Oper. libertor.* Præcipuè quoties alia conjectura capi poteſt, quàm donationis Text. in dicta *l. Cum de indebito.* §. *Qui enim ſolvit. ff. de Probat.* Sin autem urgẽs conjectura adeſſet, nempè ſi donans ſit multò liberalis, qui remunerationem quærere non eſt ſolitus, & accipiens eſt valde amicus, ſeu conjunctus, quippe tunc animus donandi præſumitur.

Ea, quæ de conferente munus in debiti compenſationem effudi, intelligenda ſunt, quando dans, ſeu conferens, illius muneris eſt verus dominus, vel à Principe eum aſſequutus fuit cũ tacita, ſeu interpretativa facultate vendendi, tunc poteſt eum vẽdere, ut volunt Garcia, Salon. Cordub. & Lopez relati à Sanchez *lib.* 1. *Conſil. moral. cap.* 1. *dub.* 38. *n.* 10. Et id munus creditori in debiti compenſationem dare poteſt. Si verò conferens non eſt verus dominus, nec eum accepit à Principe, ſed dumtaxat eſt merus diſpenſator, quamvis habeat electionem conferendi cui ipſi placuerit, attamen ſi ex neceſſitate alicui tenetur conferre, illud officium in debiti compenſationem dare non poteſt, quia tunc nihil ex ſuo tribuit. Unde ex hac concluſione infert Sanchez dict. *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 1. *dub.* 38. *num.* 18. Quod ii, qui vulgò *Regidores*, ò *Veinteyquatros* vocantur, quibus ad aliqua officia publica eligere eſt conceſſum, non poſſunt ea officia in debiti compenſationem dare, quod etiam tradidit Zamoranus *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 6. *num.* 11. 14 15

Nunc examinandum eſt, quis animus in dubio ſit præſumendus in conferentibus ſuis creditoribus beneficia, ſeu officia pretio æſtimabilia, & an qui aliquid inſumunt in alendis cognatis, aut domeſticis præſumãtur id facere gratis, vel animo compenſandi. 16

Hæc enim quæſtio procedit, 17

non quando certò conſtat de animo conferentis alteri ejuſmodi beneficia; ſed quoties ambigitur de animo negotia gerentis, & num illa officia, ſeu beneficia collata ſint gratis, vel animo cõpenſandi? ut dixit Molina *de Juſtit.& jur. tractat.2. diſput.554. verſic.Quando autem filii. ad finem*, & Lopez *part.1. Instruct.conſcient. cap.124.* Si per urgentes conjecturas perpenſâ causâ donandi, modicitate ſumptuum, & abundantiâ illos facientis, & affectione ad talem perſonam, appareat probabiliter de animo liberalis donationis, tunc hujuſmodi conjecturis ſtandum eſt. Quando

18 probabiliter per has conjecturas non conſtat de animo liberalis donationis, ſed dubitatur, quo animo illa negotia facta ſint, tũc non præſumitur animus donandi, ſed compenſandi, ut tradit Zamoranus *de Compenſat. diſput. 5.cap.7.num.4.* Quia in dubio do-

19 natio preſumi non debet Text. in *l.Campanus. ff. de Oper libert.* Text in *l.final.C.de Novat.* Text. in *l.Cum de indebito 25. §.Si verò. ff.de Probation.* Nec quiſquis ſuum jactare Barboſ. in *l.Quæ dotis. num.17. ff.Solut.matrimon.* Velaſc.*de Privileg.pauper part.1.q.11. num.3.* Tiraquell. in *l.Si unquam. verbo Donatione largitus nu.206.C. de Revocand donat.* Menoch.*de Arbitr.Judic.caſu 88.lib. 2.* Maſcard. *de Probat. concl.554.nu.2.* Quippe

20 quando alia conjectura poteſt accipi donatio refellitur Text.in *l.Eleganter. §.Qui reprobos. ff.de Pignor.act.* Text. in *l.Si cum aurum.ff. de Solut.* Unde quoties debitor creditori ſuo beneficia, ſeu obſequia confert, vel gerit illius negotia, poteſt capi alia conjectura, quàm donationis, videlicet, quod voluerit ſolvere, ſecus, quod voluerit donare Zamoran. *diſput. 5.cap.7.num.5.ad finem.* Et per cõſequens quod illo caſu compenſare voluerit.

Sed an ſumptus facti ex amicitiâ, charitate, aut domeſticâ affectione in alendis cognatis, vel in curandis famulis ęgrotis cenſeantur facti gratis, vel animo compenſandi? Et quoad ſumptus in alendis cognatis, quando eis ex jure naturali, divino, vel civili alimenta debentur, gratis facti cenſentur, itaut quamvis poſtea ad uberiorem fortunam pertingant, compenſari non debent Zamoran.*diſput.5.cap.7.num.5.* Eſcobar. *de Ratiocin. cap.22. num.16.* 21

Nec etiam compenſationem patiuntur ſumptus facti in alendis pauperibus; quoniam id ob amorem Dei erogatum videtur. Sed qui amore Dei aliquid facit, Dei retributione contentus eſſe debet, alia quoque ratio compenſationis excludendę eſſe poteſt, quia is, qui ſolvit debitum naturale, illud minimè repetere poteſt Text.in *l.Si non ſortem.§.Libertus. ff.de Condict.indeb.* Sed is, qui pauperem aluit, debitum naturale ſolvit, cum jure naturali, ac Divino indigentibus benefacere teneamur Eſcobar.*de Ratiocin.cap.22.num.16.& 17.* Ergo illud repetere, nec compenſare poteſt. 22

Quando mater, vel avia filio, vel nepoti, qui habent bona propria, alimenta præbent, tunc alimenta gratis data cenſeri non de- 23

debent, quia cum tunc poſſit capi alia conjectura, quàm donationis, non eſt cur gratis præſtita ſuſpicentur, ſed potius animo cōpenſandi tradita intelliguntur, ut ex Text. in *l. Neſennius. ff. de Negot. geſt.* Zamoran. *diſputat. 5.*
24 *cap. 7. num.* 8. Et de jure noſtro adeſt *l. 36. tit. 12. partid. 5.* ibi: *Madre, ò Abuela teniendo ſus hijos, ò ſus nietos en ſu poder deſpues de muerte de ſu padre de los mozos, e teniendo otroſi en ſu poder los bienes de ellos, e dandoles à comer, à beber, e à veſtir, e à calzar, e las otras coſas, que le fueren meneſter, e haviendo ellos tanto de lo ſuio, que podrian bien guareſcer ſus deſpenſas que la Madre, ò el Abuela ficieren en tales hijos, ò nietos, bien las pueden cobrar de ſus bienes de ellos.* Et
25 quando mater, vel avia aliquid expendunt extra alimenta in rebus neceſſariis filiis, vel nepotibus, tunc non cenſetur id expendiſſe animo donandi, ſed benè compenſandi, quia cum alimentorum favor longè ſit major, non eſt adeò urgens præſumptio in aliis rebus, quod ex materno affectu ii ſumptus fuiſſent facti gratis, ut ex Text. in *l. Alimenta. C. de Negot. geſt.* tradit Zamoran. *diſput 5 cap. 7 num.* 11. Et quando filius cum patre aliquid extra alimenta ei debita expenderet, niſi certè de ejus animo liberali appareret, ut patri voluerit donare, cenſetur animo nō donādi, ſed compenſandi, ideoque tam filio, quàm ejus hæredibus ad id repetendum datur actio negotiorum geſtorum Text. in *l. Sive pro fratre. l. Si negotium. l. Filius. C. de Negot geſt.* Quo in caſu

filius poteſt uti compenſatione 26
occulta contra patrem, ſi jus ſuum alia via aſſequi nequeat, quia debitūm eſt certum, liquidum, & ex juſtitia; quapropter pater, mater, & avia, & avus in caſibus ſuprà memoratis poterunt facere occultam compenſationem adversùs filium, vel nepotem aliunde habentem unde ſatisfaciat Zamoran. *de Compenſat diſput. 5. cap. 7. num.* 12.

Quando verò dominus ſumptus fecit in curandis famulis 27
ægrotis; tales ſumptus cenſentur facti, non animo compenſandi cum ſalario famulorum, ſed gratis animo liberali ex pietate, ac charitate deſcendente, idem Zamoran. dict. *diſput. 5. cap. 7. num.* 6. Dominus enim tenetur famulo 28
infirmo expenſas, & cibaria ex vi contractus præſtare Covarruv. *lib. 3. Variar. cap.* 13 *num* 8. Vazquez *opuſcul. de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub. 10. in fine.* Sylveſter *verb Familia. quæſt. 2.* Nam periniquum eſſet, ſi dominus famulo ſano uteretur, & in infirmitate eum à domo expellat, vel id, quod in curatione expendit, maximo cum dedecore à famulo repetere velit, quo in caſu refellitur compenſatio, quamquam ſumptus ſint longè majores, quàm regulariter talem famulum decebant; quia hæc eſt conjectura urgens dominum voluiſſe illos ſumptus gratis facere, ob liberalitatem, domeſticamque affe- 29
ctionem, ideoque domino ad eos ſumptus repetendos non datur actio negotiorum geſtorum. Zamoran. *loc. cit.* Text. in *l. Quod in uxorem. C. de Negot. geſt.*

SUM-

SUMMARIUM

1 *Confiſcatio eſt ad fiſcum omnes res delinquentium pervenire.*

2 *Confiſcandi mos ab antiquis adinventum.*

3 *Confiſcatione adhuc Populus Romanus utebatur.*

4 *Tiberius plus æquo divitiis inhians varios Principes propter omne, licèt leve, calumniarum genus confiſcatos præſtituit.*

5 *Confiſcatione omnium bonorum in Patricidas uſus fuit Julius Cæſar; in reliquos verò delinquentes dimidia parte.*

6 *Confiſcatio cujus juris ſit.*

7 *Compenſationem occultam licitè poteſt facere Fiſcus in bonis delinquentis, adhuc ante ſententiam latam.*

8 *Fiſcus confiſcando ſibi bona delinquentis ante ſententiam declaratoriam, licèt peccet contra præceptum* cap. Cum ſecundùm leges. de Hæreticis in 6. *Attamen non violat juſtitiam commutativam, & per conſequens, ſi compenſationem faciat, ad reſtitutionem non tenetur.*

9 *Hæreticus tenetur ante Judicis ſententiam bona omnia Fiſco tradere.*

10 *Delinquens ipſo jure amittit bonorum dominium.*

11 *Sententia Judicis tantummodò ſervit ad patefaciendum crimen.*

12 *Crimen, quod nullo modo celari poteſt, notorium dicitur.*

13 *Hæretico magis de ſuo crimine cõſtat, quàm aliis per Judicis ſententiam.*

14 *Hæreticus, cum noſcat ſuum crimen probari non poſſe, tenetur omninò ſua bona Fiſco reſtituere.*

15 *Fiſcus ante Judicis ſententiam, an poſſit compenſationem occultam facere in bonis hæretici?*

16 *Lex humana in foro poli an poſſit ipſo jure pœnam imponere ante Judicis ſententiam, & quando hoc limitetur?*

17 *Fiſcus ante Judicis ſententiam non habet jus confiſcandi, neque ſe compenſandi.*

18 *Fiſcus nomine pœnæ non poteſt aliquid ſumere, cum reus ante ſententiam nihil fiſco debeat.*

19 *Lex hominum imbecillitati accommodata eſſe debet.*

20 *Fiſcus an ante Judicis ſententiam aliquid ex bonis hæreticis capere poſſit?*

21 *Reus quomodolibet damnatus per Judicis ſententiam, vel declaratus incurriſſe in crimen, cui annexa eſt confiſcatio, an ſuorum bonorum dominium retineat?*

22 *Pœna legis univerſalis ſuos effectus ante Judicis ſententiam, ſaltem criminis declaratoriam, ſortiri non poteſt.*

23 *Sententia declaratoria non tantùm deſervit ad hoc, ut de crimine conſtet; ſed ut pęna ſtatuta in lege univerſali applicari poſſit.*

24 *Sententia Judicis jubentis reo mulctam pecuniariam, hoc jus ad ſolvendum in foro poli obligat illum.*

25 *Verba in decretis ſolita* ipſo jure, &c. *an impediant ſubitam ſolutionem?*

26 *Spolians reum ſuis bonis ante Judicis ſententiam, tenetur illi reſtituere, cum adhuc habeat ſaltem juſtam poſſeſſionem.*

27 *Compenſatio contra juſtitiam non tenet.*

28 *Uſur-*

28 *Uſurpans bona rei, quæ ſibi Judicis ſententia applicanda eſſent in pœnam, reſtituere non tenetur.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Fiſcus poſſit facere occultam compenſationem in bonis Delinquentis ante ſẽtentiam Judicis, quando bona ipſo jure manent confiſcata ob delictum habens in jure annexam confiſcationem?

QUÆSTIO XV

1 CUM enim Fiſcus per metonymiam, ſeu ſynedochin pro Principis patrimonio accipiatur, continentis in contentũ appellatione collatâ: ſic confiſcare nil aliud eſt, quàm ad Fiſcum res quorundam delinquentium deſerre, ut tradunt Guther. *de Offic. Dom. Aug. lib.* 2. *cap.* 31. Corraſ. *lib.* 6. *Miſcellan. cap.* 19. *num.* 2. Amaya *lib.* 10. *Cod. de Jur. fiſc. in Rubric. num.* 6. Brocenſis ad Alciatum *emblem.* 145. Voſſius *de Etymolog. verbo Fiſcellus.* cum aliis à me adductis *lib.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 17. *tom.* 2. Cujus confiſcandi
2 morem non eſſe à neotericis adinventum, ſi præteritorum temporum annales percurrendo volvantur, elucebit, ſpretis antiquioribus ſanè libris, qui vetuſtiorũ ętatum caligines, hiſtoricâ veritate, quaſi radiis Thæbeis fugatas nos ad claritudinem adducunt. Nam Romanus Popu- 3
lus, Clodio Tribuno Duce Ptolomęi vivi, ſociique Cypro Inſulæ dominantis confiſcationem mandavit, teſte Lucio Floro *lib.* 3. *de Geſt. Roman. cap.* 9. Et Tiberius plus æquo divitias inhians 4
Principes Hiſpanos, Gallos, Syrios, ac Græcos propter omne, licèt leve calumniarum genus, confiſcatos preſtituit: itaut quibuſdam nil aliud crimini datum fuiſſe, quàm quod rei familiaris partem poſſiderent in nummis, ut refert, atque atteſtatur Suetonius Tranquillus in *Vita Tiberii cap.* 49. Julius Cæſar, qui for- 5
tunâ evectus integrè Orbis Imperium adeptus fuit, pœnis ſcelerum auctis, patricidas omnibus bonis, reliquos dimidiâ ſolùm ſpoliavit, teſte eodem Suetonio Tranquillo in *Vita Cæſar. cap.* 42. *ad fin.*

De confiſcatione autem bo- 6
norum, & cujus ſit confiſcare, & quibus ex cauſis confiſcatio fiat: agunt latè Anneus Robert. *lib.* 1. *Rer. judicat. cap.* 12. Solorzan. *lib.* 6. *Politic. cap.* 11. Antunez. *de Donat. part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 22. Hermoſill. *l.* 2. *gloſſ.* 6. *tit.* 4. *partid.* 5. Sanchez *lib.* 2. *Summ. cap.* 14. Gomez *lib.* 3. *Variar cap.* 14. Giurb. *conſil.* 45. & 54. Caball. *caſu* 222. & 238. Riccius *part.* 1. *collect.* 140. Bolerus *de Decoct. tit.* 5. *quæſt.* 24. Giurba *obſervat.* 90. Molina *de Primogen. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 21. Caſtill. *de Tertiis cap.* 41. *num.* 136. Noguerol.

rol. *allegat.* 12. Faber *decad.* 73. & 74. Solorzan *de Jur. Indiar. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 31. *num.* 39.

Ut enim ad percunctationis noſtræ jactum inſtitutū accedamus: ad quæſtionem affirmativè reſpondendum cernitur; nimirum poſſe Fiſcum facere juſtam,
7 ac legitimam compenſationem occultam in bonis delinquentis, etiam ante latam ſententiam, quam opinionem amplectitur Caſtrus *lib.* 2. *de Leg. pœnal. cap.* 10. Cujus opinamenti ratio eſſe poteſt; quoniam quoties Fiſcus occupat bona hæretici, quando adeò potens eſt ejus facinus, ut nullâ tergiverſatione poſſit abſcondi, licèt peccet adversùs pre-
8 ceptum *cap. Cum ſecundùm leges. de Hæretic. in* 6. Bona hæreticorum ante ſententiam Judicis declaratoriam non occupare præſtituentis, tamen ſi delinquentis illius bona ante Judicis ſententiam capeſſat, nuſquam adversùs juſtitiam commutativam peccat; ideoque ſi compenſationem faciat, non tenetur ad reſtitutionem; quoniam tunc occupat bona in pœnam delicti, annexam confiſcationem habentis ipſo jure.
9 Voluit enim citatus Caſtrus, ut non ſolùm Fiſcus occultam compenſationem facere poſſit: verùm etiam ſubdidit hereticum ipſum teneri Fiſco bona ipſa tradere ante Judicis ſententiam; eâ ratione, quoniam à die commiſſi
10 criminis extemplò amiſit eorum dominium, & fuit translatum in Fiſcum, ut aſſeverant Gomez *de Reſcript. in* 6. *cap.* 1. *num.* 9. Socin. Senior in *cap. Judæis, el ſegundo. num.* 14. *de Judæis.* Gomez *tom.* 3. *Variar. cap.* 2. *num.* 5. *in fine.* Abbas in *cap. Dilecti. num.* 12. *de Arbitr.* Judicis enim ſententia tan- 11
tummodò ſervit, ac deſideratur, ad hoc, ut conſtet crimen fuiſſe commiſſum. Aſt apertè noto- 12
rium dici poteſt, quoties nullo modo poteſt celari; & certum 13
eſt, quod heretico magis de ſuo crimine conſtat, quàm aliis per Judicis ſententiam, cum clariſſimè noverit ſe illud patraſſe, cum ipſe certius certò illud commiſiſſe ſciat, & ſententia Judicis poſſit multis rationibus falli. Quapropter Sotus *lib.* 1. *de Juſtit. & jur. quæſt.* 6. *artic.* 6. Aſſeruit, hæreticum ante ſententiam teneri 14
Fiſco bona ſua reſtituere, ſi ipſe tantùm noſcat crimen probari non poſſe. Et ſi reus in judicio delictum ſit faſſus; tunc haudquaquam requiritur ſententia declaratoria Judicis, ut adnotavit Azor. *Inſtitut. moral. lib.* 5. *cap.* 7. *quæſt.* 3.

Sed his neutiquam adverſan- 15
tibus opinio contraria amplectēda eſt, videlicet non poſſe Fiſcū ante ſententiam Judicis facere occultam compenſationem in bonis hæretici, eamque inſequuntur, ac communiorem, probabilioremque exiſtimarūt Sanchez *lib.* 2. *Summ. cap.* 22. *num.* 7. & 18. Zamoranus *de Compenſat. diſputat.* 6. *cap.* 2. *num.* 7. Hujus noſtræ concluſionis ratio eſt, quia licèt lex humana in foro poli poſſit ipſo jure pœnam impone 16
re ante Judicis ſententiam; hoc tamen limitatur, atque compeſcitur, quando pœna eſt adeò dira, ut omnium bonorum afferat pri-

privationem. Siquidèm tunc lex ad hujuſmodi ſolutionem obli-
17 gare nequit ante ſententiam, quod injuſtum equidèm cerneretur. Secunda ſanè ratio elicitur; ex quo Fiſcus ante Judicis ſententiam non habet jus capeſſendi ea bona nec ſe compenſandi, nec poteſt ex bonis delinquẽtis quidquam ſumere pęnę nomine, cum reus nihil Fiſco actu an-
18 te ſententiam debeat, ut optimè docet Zamoran. dicta *diſputat. 6. cap. 2. num. 7. in fine.* Tertia, quia cum lex hominum imbecillitati accommodata, & poſſibilis eſſe
19 debeat: haud rationi congruum videtur, ut reus ipſe ſit ſuę pœnę exequutor, cum ſatis ſit eam ſibi impoſitam pati. Nam duriſſimum porro eſſet quempiam ſuę pœnæ exequutorem efficere, ac conſtituere, ut tradunt Philiarc. *de Offic. Sacerd. tom. 2. part. 2. lib. 6. cap. 22. verſic. Sed dubium eſt.* Menchac. *lib. 1. Controverſ. illuſtr. cap. 28 num. 14.* Azor. *Inſtitut. moral. lib. 5. cap. 8. quæſt. 4.* Simancas *de Catholic. inſtit. tit. 9. num. 184.* Henriquez *lib. 13. de Excommunicat. cap. 36. num. 2.* Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſput. 66.* Azeved. *lib. 2. Recopilat. tit. 1. Rubric. num. 24. in fine.*

20 Quibus inſpectis rationibus plures, graviſſimique Doctores hanc noſtram ſententiam ſequũtur, nimirum Fiſcum ante ſententiam hæretici bona capere, nec in ejus compenſationem aliquid accipere neutiquam poſſe, ut atteſtantur Decius in *cap. 1. num. 73. de Conſtitut.* Alex. in *l. Si quis major. num. 13. C. de Tranſact.* & ibi Padilla *num. 58.* Adrian. *quodlibet 6. artic. 1. lit. L. column. 3.* Roſel. in *Summ. verbo Aſſaſſinus. num. 1.* & ibi Tabiena *quæſt. 1. n. 2. & 3.* Sylveſter ibi *num. ultim. & verbo Hæreſis 1. quæſt. 8. num. 13. verſic. Pro his tamen notandum.* Cajetan. *2. 2. quæſt. 62 artic. 3. in fine.* Victoria *Relectione priori de Indis inſulanis num. 14.* Sotus *lib. 1. de Juſtitia. quæſt. 6. artic. 6. concl. 1.* Medina *de Reſtitut. quæſt. 1. §. Poſt rerum dominium. verſic. Ad propoſitum igitur redeundo.* Navarr. *Summa cap. 23. num. 66.* Covarruv. *4. Decret. 2. parte cap. 6. §. 8. num. 10.* Cordub. in *ſuo Quæſtionario, lib. 1. quæſt. 36. in 1. opinion.* Quam in fine quæſtionis dicit eſſe valde probabilem, & forſan veram, Menchac. *lib. 1. de Succeſſionum progreſſu in præfatione num. 98. verſic. Simillimum eſt. in fine. & lib. 1. Controverſiarum illuſtrium. cap. 28. num. 14.* Simancas *de Cathol. inſtitut. tit. 9. à num. 161. uſque ad 252.* Penna in *Directorio Inquiſitorum 3. part. comment. 158.* Petrus de Covarruvias *de Remedio luſorum 3. part. cap. 22.* Antonius Gomez *tom. 3. Variar. cap. ultim. num. 3.* Matienz. *lib. 1. Recopilat. titul. 2. l. 2. gloſ. 5. num. 4. & titul. 8. l. 6. gloſ. 8. num. 8. & titul. 9. l. 10. gloſ. 3. num. 2. & gloſ. 4. num. 1. & titul. 11. l. 5 gloſ. 1. num. 2. & 3.* Azeved. *lib. 2. Recopil. titul. 1. Rubric. num. 24 & l. 8. titul. 3. num. 189.* Angel. in *Summ. verbo Pœna, num. 3.* Cantera in *ſuis Quæſtion. criminal. tit. de Quæſtionib. tangentib. punitionem delictorum, cap. 1. num. 6. & 17.* Molina *tom. 1. de Juſtit. diſputat. 65. col. 7 verſic. Contrariam ſententiam.* Villagut. *de Extenſion. legum pœnalium inflictarum hæreticis ad eorum filios. num. 122.* Enriquez. *lib. 13. de Ex-*

communicat.cap.56.num.2.paulo ante finem. Valentia 1.2.*diſput.7. q.5. punct.6 quæſt.2 col.16.verſic.Ex quo deinde. & 2.2.diſputat.1. quæſt.12. punct.2.ad fin.* Salon.2.2.*quæſt.62. art.3 controverſ.1.poſt 3. concluſionem paulo ante ſolutionem argumentorum.* Vazquez 1.2.*quæſt.96. art.5. diſput.170. toto cap.3.* Azor. *tom.1.Inſtitut.moral.l.5.cap.7.quæſt. 1.& 3.l.8. cap.12. quæſt.3.* Bañez 2.2.*quæſt.12.art 2.dub.unic circa ſolutionem ad 3. principale in 1. concluſione* Aragon.2.2.*q.11.art.3.fol. 347.§.His ſuppoſitis.*Souſa in *Expoſitione motus proprii Clemēt.VIII de Largitione munerum interdicta Religioſis. nu.102.* Sayr.in *Clav. Reg.lib.3.cap.9.num.30.* Leonard. Leſſ.*lib.2. de Juſtit. cap.29.dub.9. n.64.*Emman.Sà in *Sum.verbo Fiſcus.n.3.*Philiarcus *de Offic.Sacerd. tit.2 p.2. l.6.cap 22.paulo poſt princ.*

21 Nec Nobis multum pro opinione adverſa adducta obluctātur.Siquidèm reſpondetur,quod reus quouſque per Judicis ſententiam damnetur,ſeu ſaltem incurriſſe crimen, cui confiſcatio bonorum eſt annexa, declaretur; ſuorum bonorum dominium retinet adhuc; vel ſaltem poſſeſſionem juſtam, nec eam Fiſco tradere, ſeu offerre tenetur, ut ex Sanchez *Summ.lib.2.cap.22.num.3* refert, ac ſequitur Zamoran. *de Compenſat. diſput.6. cap.2. num.7.*

22 Nec receptum videtur, ut ante ſententiam Judicis, ſaltem criminis declaratoriam, pœna legis univerſalis ſuos ſortiatur effectus. Quippe modus connaturalis procedendi in his cauſis eſt, ut univerſalis pœna per Judicem caſui ipſi adaptetur, tamquam per particularem cauſam, defenſionibus delinquentis auditis.
Hæc declaratoria ſententia non 23
tantùm requiritur ad hoc, ut de crimine conſtet, ſed ut pœna ſtatuta in lege univerſali applicetur eo modo, quo ſuos operetur effectus. Et hinc hauritur ratio, quare ſententia Judicis jubentis reo 24
aliquam pecuniariam mulctam ſolvere extemplò obligat in foro poli, ſecus verò ſic obligat ante ſententiam Judicis pœna per legem ipſo jure impoſita, ut tradit Zamoran.dict.*diſput.6.cap.2.n.12.*

Nec opponuntur verba *Ipſo* 25
jure, & ipſo facto, ſiquidèm quāvis ſuperflua non ſint, tametſi non excludant omnem Judicis declarationem; quoniam adduntur ad majorem eorum verborū declarationē, ut refert Sāchez *lib.2. in Summ. cap.22. n.20. in fin.* Cū nō ſit novū verba in decretis ad majorē declarationē multiplicari, teſte Covarruv. *lib.2. Variar. cap.5.num.9.* Et licèt in aliquibus delictis adjungatur, ut nulla opus ſit declaratione; ut de jure noſtro ſtatuitur circa confiſcationem bonorum ſodomitæ per *leg.1.tit.21.lib.8.Recopilat.* his verbis: *Y ſin otra declaracion alguna.* Attamen in illo caſu non obſtante rigore talium verborum requiritur ſententia Judicis, ut ex Azevedo in dicta *l.1. num.70.* Gomez *tom.3.Variar.cap.final.num.3.* Vazquez 1.2. *quæſt.96. articul.5. diſput.170.cap.4.num.24.25.*Atteſtatur Sanchez *lib.2. Summ. cap. 22.num.20 in fin.* Et quamvis res, quæ incidunt in commiſſum ipſo jure Fiſco applicentur per Text.in *l.Commiſſum. ff.de Publican.& vectigal.* Attamen Fiſcus ipſo

ipſo jure eam rem capeſſere nequit, antequam per Judicis ſententiam in commiſſum incidiſſe declaretur, ut tradunt Guazzinus *de Confiſcat. bonor.concluſ.*13. *ampliat.*53.*num.*1. Bolerus *de Decoct.debitor.fiſcal.tit.*5 *quæſt.*27. *nu.*23.*ad fin.* Salzed. *de Contraband. cap.*2.*num.*6.Pereyra *de Manu Regia lib.*2.*tit.*1.§.19.*cap.*38.*num.*14. Antunez *de Donat.part.*3.*cap.*34. *num.*9. Scannus *Propugnacul.*Hie*roſolymitan.diſceptat.*13.*num.*9.Curia Philippica. *lib.*3. *cap.*10. *num.* 16. Mauſonius *de Contraband. quæſt.*8.*num.*13. Et Ego ipſe in terminis noſtræ principalis quæſtionis hanc eandem, quam nũc ſuſtinemus ſententiam amplexatus fui *lib.*1.*quæſt.*6.*num.*46. *tom.*1. Ubi ex Text. in *cap. Cum ſecundum legis. de Hæretic.in* 6. Aſſerui, quod quamvis hæreticorum bona ipſo jure Fiſco acquirantur; tamen nequeunt à Fiſco occupari, niſi poſt ſententiam Judicis declaratoriam, & de effectibus illorum verborum *ipſo jure*, vel *ipſo facto*, vide Zamoranum *de Compenſat.diſputat.*6.*cap.*2.*num.*17 Sanchez *lib.*2.*Summ.cap.*22. *n.*20. & Me ipſum dicto *lib.*1. *quæſt.*6. *num.*35.

26 Cum enim reus ante Judicis ſententiam habeat dominium ſuarum rerum,vel ſaltem juſtam poſſeſſionem, ſi quis iis eum privat, illi reſtituere tenetur; quoniam ad juſtam compenſationem non ſufficit eſſe probabile reum reſtituere teneri, aſt oportet id eſſe luce meridianâ clarius. Sed hujuſmodi reus ante Judicis ſententiam reſtituere teneri vix eſt probabile, & licèt eſſet probabilius tamen haud eſt luce me-
ridianâ clarius: igitur talis com- 27
penſatio eſſet contra juſtitiam,
ut concludit Sanchez *lib.*2. *Summa.cap.*22. *num.*18. Cum abſurdũ
eſſet, ut quilibet privatus uſur- 28
pans, quæ Judicis ſententiâ eſſent ſibi in pœnam applicãda reſtituere non teneretur, ut tradũt Simancas *de Catholic.inſtitut.tit.*9. *à num.*175.*uſque ad* 178. Sà *Sum. verbo Fiſcus. num.*2. Aragon. 2.2. *quæſt.*11.*articul.*3.*in ſolut.ad* 4.Molin.*tom.*1.*de Juſtit.& jur. diſputat.* 93.*column.antepenultim.in ſolut. ad* 3.Vazquez *l.*2.*quæſt.*96. *articul.*5. *diſput.*170.*cap.*4.*num.*5.

SUMMARIUM

1 *Etymologia tranſactionis dicitur à præpoſitione* trans, *& verbo* actio.

2 *Tranſigere quid ſit.*

3 *Tranſigere metaphoricè accipitur pro decidere, ſeu expedire.*

4 *Tranſactio eſt de re dubia, aut controverſia jam mota, non gratuita pactio.*

5 *Tranſactione facta, compenſatio amplius locum habere non poteſt.*

6 *Tranſactione facta debitum jam fuit peremptum, & nemo alteri tenetur.*

7 *Occulta compenſatio fieri non poteſt poſt latam à Judice ſententiam.*

8 *Tranſactio æquiparatur ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam.*

9 *Occulta compenſatio locum habere non poteſt poſt ſententiam, quæ in rem judicatam tranſivit.*

10 *Quando hæc ſententia procedere nequeat.*

11 *Tranſactio facta quando dicatur invalida.*
12 *Compenſatio occulta quando fieri poſſit.*
13 *Compenſatio in foro fori non poteſt admitti contra tranſactionem.*
14 *Et quando procedat.*
15 *Compenſatio adversùs ſententiam rectè admitti poteſt.*
16 *Compenſatio de credito illiquido non datur.*
17 *Tranſactio facta ad redimendam propriam vexationem an ſit valida in foro conſcientiæ: itaut in eo detur locus occultæ compenſationi.*
18 *Evidentia ad faciendam occultã compenſationem ſufficit.*
19 *Occulta compenſatio locum habet, quando ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam eſſet à parte rei injuſta, & contra facti veritatem.*
20 *Tranſactio jurata, quæ fit prætextu falſorum inſtrumentorum in jure reſcinditur quoad partem, quæ ex falſo inſtrumento convincitur facta.*
21 *Sententia injuſtè lata, vel ex falſo allegatis, & approbatis, vel ex Judicis iniquitate debito robore caret; ideoque ea non obſtante fieri poteſt, tuta conſcientia, occulta compenſatio.*
22 *Compenſatio occulta locum habere non poteſt, quando eſt dubium, an ſententia lata adversùs aliquem ſit juſta, vel injuſta à parte rei.*
23 *Compenſatio occulta in tranſactione fieri non poteſt, quando certò de injuſtitia non conſtat.*
24 *Donatum ab aliquo alteri, ut à lite diſcederet, ſi evincatur res, de qua erat quæſtio, & circa quam facta fuerat tranſactio, qui accepit non tenetur illud reddere, neque de evictione.*
25 *Et quomodò intelligatur à* Molina.
26 *Diſcedens à lite aliquid in compenſationem recipit, ut à lite diſcedat.*
27 *Accipiens in compenſationem prætii dubii id, quod ei datum eſt, ſi evincatur, tenetur de evictione.*
28 *Compenſatio occulta quoad id, quod datum eſt in compenſationem juris dubii, ſi evincatur ab alio admitti poteſt adversùs eum, qui vi hujuſmodi tranſactionis dedit.*

ARGUMENTUM.

Utrùm non obſtante Tranſactione inter aliquos facta, poſſit alter ex tranſigentibus contra alterum uti occulta compenſatione?

QUÆSTIO XVI.

TRanſactionem in ſententiæ locum ſubrogari, idemque afferre jus ſplendeſcit. Ideoque nunc rogitatur, an tranſactione factâ, alter ex contranſigentibus compenſationis beneficio perfrui queat. At pridiequã huic theſi reſolutio perhibeatur notatu dignum conſpexi pandere: Quod Tranſactionis etymologia depromitur à præpoſitione *trans*, 1

trans, & verbo *actio*, & ſicut actio latiſſimâ ſignificatione omnes humanarum actionum ſpecies obſtrudit, ſtricta verò, & ſpeciali debiti petitionem in judicio factam. Sic trãſactio vel pro cujuſ-
2 cũque humanæ actionis confectione, terminationeque capeſſitur, ut trãſigere ſit illam cõficere; & terminare, & ab ea completa, ad aliud negotium tranſitum facere; vel poteſt quoque dici trãſactionem accipi pro eâ compoſitione, qua dubia actio, & cauſa finitur, & mutuâ Partium conventione diſſolvitur, quam tranſactionis etymologiam conſtituunt Gutierrez *de Jurament. confirmat. part. 3. cap. 2. num. 2.* Urceol. *de Tranſact. quæſt. 1. nu. 2.* Bachov. in *Pandect. ad tit. de Tranſact. cap. 1. num 2.* Duaren. in *eod. tit. cap. 1.* Cõnan. *lib. 5. Comment. cap. 6.* Corraſ. *lib. 1. Miſcellan. cap. 23. num. 2.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 23. num. 2.* Valeron. *de Tranſact. tit. 1. quæſt. 1. num. 1.* Donell. in *Rubric. C. de Tranſact. num. 2.* Hũnius *ad eund. tit. theſ. 1. lit. A.* Oſſuald. ad Donell. *lib. 17. Comment. jur. civil. cap. 26. lit. K.* Azeved. in *l. 4. tit. 21. lib. 4. num. 4. Novæ recopilat.* cum aliis congeſtis à doctiſſimo Valeron. *de Tranſact. tit. 1. quæſt. 1. num. 2.* Metaphoricè trã-
3 ſactio, ſeu tranſigere ſumitur pro decidere, & quoquo modo rem finire, conficere, ſeu expedire; itaut nullum amplius negotium ſit Cicer. in *Orat. pro Quint. Quæro qua ratione Nævius ſuſceptum negotium non tranſigerit.* Hoc eſt *non perfecerit*, ut exponit Donell. in *princip. C. de Tranſact. num. 2.* & in *Orat. pro Sexto Roſc. Negotium tranſigere. & 3. in Catilin. Quod faciendum primum factum, & tranſactum eſt.* Definitur enim tranſactio quod ſit de re dubiâ, lite, 4
aut controverſiâ jam motâ, non gratuita pactio, ſed aliquo dato, vel retento, vel promiſſo Cujac. in *Paratitl. C. de Tranſact. lib. 2. tit. 4.* Corraſ. *lib. 1. Miſcellan. cap. 23. num. 6.* Arnold. Vinn. *de Tranſact. cap. 1. num. 2.* Bargal. *de Dolo lib. 3. num. 29. cap. 4.* Urceol. *de Tranſact. quæſt. 2. num. 8.* Cabreros *de Metu. lib. 2. cap. 18. num. 1.* Gonzalez *lib. 1. Decretal. tit. 36. cap. 1. num. 11.* Valeron. *de Tranſact. quæſt. 1. tit. 1. num. 14.*

His præmiſſis ad queſtionem 5
breviſſimè negativè reſpondetur ex Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 4. cap. 23. num. 4. in fin.* Videlicet poſt factam tranſactionem compenſationem locum habere non poſſe; cujus concluſionis ratio eſſe poteſt, quia ad hoc, ut locum habeat compenſatio requiritur ex utrâque parte compenſantium debitum, & creditum ad invicem, cum compenſatio ſit debiti, & crediti ad invicem inter ſe contributio Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Sed in noſtro caſu non adeſt debitum, & creditum ex utraque compenſantium parte. Ergo compenſatio admitti nequit. Minor patet. Nam poſt 6
tranſactionem factam debitum jam fuit peremptum, & nemo alteri tenetur, cùm per tranſactionem, uterque ſatisfactus remaneat. Unde ſi tunc liceret occulta compenſatio, furtum permitteretur; ſed hoc non eſt dicendum. Ergo nec quod poſt tranſactionem factam locum habere poſ-

poſſit occulta compenſatio. Alia
7 noſtrę concluſionis ratio eſt,quia ſi Petrus, & Paulus de re aliqua controverſiam habeant, & litem ad Judicem deducta, Judex in favorem Pauli ſententiam profe-rat, tunc Petrus Judicis ſententiæ parere debet, & in foro conſcientiæ adversùs Paulum compenſationem facere nequit. Sed
8 ſic eſt,quod tranſactio habet vim & æquiparatur ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam, & de una ad aliam tenet argumentum Text.in *l.Tranſacta,cum l.ſeq.ff.de Verbor.ſignif. l.Non minorem* 20. *l.Sive apud acta - C. de Tranſact. l.2.ff.de Jur.jurand. l.Poſtquam liti.C.de Pact.* Valeron.*de Tranſact. tit.1 quæſt.1.num.*10.Fontanell.*deciſ.*379.*num.*5. Corraſ. in *l.Admonendi. num.*34. *ff. de Jur.jurand.* Gratian.*Diſceptat.forenſ. cap.*400. *num.*27. Urceol. *de Tranſact.qu.*4. *num.*51. Surd.*conſil.*418. *num.*12.
9 Igitur ſicut poſt ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam in foro conſcientiæ non poteſt fieri compenſatio; ita quoque nec eſt admittenda poſt tranſactionem factam.

10 Hanc cõcluſionem coarctavit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.*23.*num.*5. Aſſerendo poſſe locum eſſe compenſationi, quando arbitrio prudentum non fuiſſet pretii inter contrahentes æqualitas ſervata; ita ut pro receſſu, ab actione, ſeu proceſſione juris, quod tunc remiſſum eſt, tantum datum non fuerit, quantum in communi hominum æſtimatione, illud jus valebat, inſpectâ verò ratione dubii.Is verò,qui tunc prædictam æqualitatem non ſervaſſet, tranſactionis contractum in foro conſcientiæ ad æqualitatem reducere teneretur,juſti pretii defectum ſupplendo: & quoad hoc ſupplementum datur locus occultæ compenſationi per latè tradita ab ipſo Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*4.*cap.*11. *num.* 22.& dixit *cap* 23.*num.*5.

Si verò lis, ſeu dubium, per 11
ſententiam Judicis dirimatur, & is in cujus favorem ſententia fertur,ad vexationem redimendam tranſactioni aſſentiatur; quia adverſarius eſt potens, & omne quod per ſententiam ei adjudicatum fuit aſſequi nequit,tunc trãſactio facta eſt invalida; Unde aſſentiens poſt partem vi tranſactionis cõſequutam ad reliquum poteſt agere, eò quia tranſactio nulla fuit, ut dicit Molina.*de Juſtit.& jur.tract.2.diſputat.*556.Quo
in caſu ſi in foro conſcientiæ non 12
ſupereſt ei aliqua commoda via, ad jus ſuum defendendum, poteſt facere occultam compenſationem; ut tradidit Zamoran. dicta *diſput.4.cap.23.num.6. in fine.*

Suffragatur quoque opinioni 13
noſtræ id, quod nec etiam in foro fori datur locus compenſationi adversùs tranſactionem,ut tradidit Berſan. *de Compenſat. cap.*2. *quæſt.*2.*num.*18. referens Medices *de Compenſat.part.2.quæſt.*16.*n.* 4. Qui Medices locus mendoſus eſt in libro meo, & fortaſſis erit in *quæſt.* 31.*num.* 44 *part.* 2. ubi ex Bertr.*conſil* 1.*num.*113.*vol.*1.Dicit
quod compenſatio non approba- 14
tur per tranſactionem, quod autem contra tranſactionem locum non habeat compenſatio, verum eſſe ſuſpicatur Berſan. loc. ſupra re-

relat. Quando compenſatio deducitur ex credito, ſuper quo facta
15 fuit tranſactio: Si verò compenſatio ex credito poſt tranſactionem, vel à tranſactione ſeparato proficiſcatur, veriùs eſt, quod ſi vigore tranſactionis quis fuerit condemnatus, uti poteſt compenſatione, quia ut dictum eſt, tranſactio æquiparatur ſententiæ, & ſicuti adversùs ſententiam opponitur compenſatio, ut dicit Gothofred. in *l. Verum. liter. N in fin. ff. de Compenſat.* Morla. *Empor. jur. part. 1. lib. 2. quæſt. 19 num. 8.* Sabelli *Summ. diverſ. tractat. §. Compenſatio. num. 7.* Caſtill. *lib. 4. Controverſ. cap. 40 num. 102.* Barboſa. in *l. Divortio. § final. part. 2. num. 22. ff. Solut. matrim.* Parlador. *lib. 2 Rer. quotidianar. cap. ultim. §. 11. num. 30.* Tyndar *de Compenſat. artic. 8. nu. 35.* Bonden *de Jur. controverſ. colluctat. 43 nu. 32.* Treutler. *Selectar. diſputat. vol. 1. diſputat. 25. theſ. 11. lit. D.* Ita etiam objici debet contra tranſactionem, & quamvis contrarium amplectatur Reuſner.
16 *conſil. 4. num. 32. lib. 2.* Tamen in ejus caſu compenſatio ex credito incerto, ac illiquido deducebatur ut dicit Berſan. *de Compenſat. cap. 2. quæſt. 2. num. 18. in fine.* Quo in caſu certum eſt compenſationem admitti non poſſe. Text. in *l. Quod in diem ff. de Compenſat.* Text. in *l. Final. C. Eod. tit.*

17 Sed an tranſactio facta ad redimendam propriam vexationẽ ſit valida in foro conſcientiæ, ita ut in eo foro detur locus occultæ compenſationi? Cui difficultati reſpondet Zamoran. *de Compenſat. cap. 23. num. 10. diſputat. 4.* Quod ſi adſit præſumptio vehemens, quæ faceret moralem certitudinem omne morale dubium excludentem, quod prorsùs injuſtè fuerit mota lis, ſuper quam involuntariè mixtè fit hujuſmodi tranſactio, ad propriam vexationem redimendam, tunc valida dici nequit tranſactio, quia facta non fuit de re dubia, ſed de re, quæ morali certitudine ad ipſum attinebat, quæ moralis certitudo, in moralibus rebus æquivalet evi- 18
dentiæ, quæ ad faciendam occultam compenſationem ſufficit Zamoran. *loc. cit. & diſput. 2. cap. 2. n. 2. in fin.* Ideoque nõ obſtãte tale trãſactione in foro conſcientiæ erit locus occultæ compenſationi, quamvis in foro fori nequeat veniri adversùs hujuſmodi tranſactionem Text. in *l. Nec minorem. C. de Tranſact.* Nam in hoc foro non conſtat de hac morali certitudine illius tranſigentis. Unde ſi patet in foro fori non poſſe venire adversùs rem judicatam, quæ, ut dictum eſt, eſt paris authoritatis cum tranſactione. Satis clareſcit, quando certò con- 19
ſtaret, ſententiam latam contra aliquem, quæ tranſivit in rem judicatam eſſe à parte rei injuſtam, ut contra facti veritatem, vel ex falsò allegatis, & approbatis, poſſe hunc tunc occultam facere compenſationem. Hoc eruitur ex Text. in *l. Si ex falſis. C. de Tranſact.* Ubi Tranſactio 20
jurata, quæ fit prætextu falſorum inſtrumentorum in jure reſcindi præcipitur, quoad partem, quæ ex falſo inſtrumento convincitur facta. Ergo idem dicendum in foro conſcientiæ, ſi in eo certò liqueat moraliter, prætextu, aut vi-

Digitized by Google

vigore falſorum inſtrumentorũ factam fuiſſe tranſactionem, ita ut non valeat, & per conſequens poſſit fieri occulta compenſatio, ut voluiſſe videtur Zamoran. *de Compenſat.diſput.*4.*cap.*13.*num.*10.
21 *in fine*. Hoc idem retur Salon. 2.2.*quæſt* 60.*artic.*5. Dum dixit, quod quando ſententia lata contra aliquem eſſet à parte rei injuſta, utpotè contra veritatem facti, vel ex falsò allegatis, & approbatis, vel ex Judicis iniquitate, poſſe hunc tutâ conſcientiâ facere occultam compenſationẽ, quoniã ſententia illa robore debito caret, & in foro conſcientię non obligat; quod porrigitur quamvis Pars adversùs quam lata fuit intra terminum à jure præfixum non appellaverit, quia adhuc manet illæſum ſuum jus.
22 Sed rectè poſtea Salon ſubnectit, hæc omnia intelligenda eſſe, quando eſt dubium, an ſententia lata adversùs aliquem ſit juſta, vel injuſta à parte rei, compenſatio occulta fieri non debet, ut benè quoque dixit Zamoran. dicta.*diſputat* 4.*cap* 23.*num.* 11. *in fi-*
23 *ne*. Quippe in dubio obtemperandum eſt ſententiæ, quia præſumendum eſt Judicem juſtè judicaſſe. Idem igitur dicendum eſt de tranſactione, ubi ſi certò non conſtat de injuſtitia, fieri nequit compenſatio Zamoran. loc. cit.
24 Quando in tranſactione, aliquid alicui datur, ut à lite diſcedat, & concedat alteri, ſi quid habeat juris reſpectu, circa quam erat lis, tunc ſi evincatur res de qua erat quæſtio, & circa quam facta fuerat tranſactio, is, qui aliquid accepit, ut à lite diſcederet non tenetur illud reddere, neque de evictione tenetur Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*4.*cap.* 23.*num.*16. Quod Molina *de Ju-* 25
ſtit.& *jur. tractat.* 2. *diſputat.* 556. Intelligit, ſive ipſe poſſideret rem, circa quam facta erat tranſactio, eamque per tranſactionem traderet illi, qui aliquid ei præſtitit, ut a lite diſcederet, eãque ipſi traderet. Si ille alius eam poſſideret eique aliquid dederit, ut eam ipſi relinqueret. Contrà verò ſi evincatur, quod ei traditum eſt, ut a lite diſcederet (modo id non eſſet pars ejus, de quo erat controverſia, quæ ei libera relinqueretur, ut ipſe reliquum liberum etiam relinqueret) teneri eum, qui illud ei tradidit de evictione, & ratio tradita à Mo- 26
lina eſt, quia qui à lite diſcedit aliquid in recompenſationem accipit, ut a lite diſcedat, & rem de qua erat controverſia alteri relinquat: illud non accepit in compenſationem rei, ſed in compenſationem juris dubii, quod ad eam ſe habere credebat, ſive re vera haberet jus illud, ſive non. Unde ſi res illa euincatur hic de 27
evictione non tenetur. Qui verò accipit in compenſationem pretii dubii id, quod ei datum eſt, ſi evincatur, tenetur de evictione Molina dicta *diſputat.* 556. *num.* 23. & adeſt Text. in *l. Si profundo. C. de Tranſact.* Quapropter ſubjungit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*4.*cap.*23.*n.*16.*in fine.* Quoad id, quod tunc datum fuit in cō- 28
penſationem juris dubii, ſi evincatur ab alio, poterit eſſe locus occultę cōpenſationi cōtra eum, qui

Digitized by Google

qui vi hujuſmodi tranſactionis præſtitit.

SUMMARIUM

1 *Impediens alicui aliquod bonum, tenetur ad reſtitutionem, & impeditus adversùs eum impedientem occulta compenſatione uti poteſt.*

2 *Impediens aliquod bonum alicui, licet abſque vi, aut fraude hoc faciat; ſed ſola perſuaſione, ex odio, vel ex malitia proveniente, ad reſtitutionem faciendam tenetur.*

3 *Impediens ſi vi, aut fraude uſus fuit, nè quis aliquod bonum conſequatur, ad reſtitutionem damni allati tenetur, cum per hanc vim, vel fraudem impedito injuria facta fuit*

4 *Impeditus compenſatione uti poteſt occulta, quanti ad arbitrium prudentis æſtimatum fuerit.*

5 *Impediens alicui aliquod bonum, non tenetur ad reſtitutionem, cùm impeditus non ſit dignus tali bono; aſt incapax: & ſi vi, aut fraude uteretur.*

6 *Compenſatione occulta, licitè uti poteſt Impeditus adversùs illum, qui vi, aut fraude uſus fuit, nè aliquis teſtaretur in favorē ſui ipſius impediti.*

7 *Compenſatione verumtamen uti non poteſt impeditus, cum impedimentum non emanet ex vi, aut fraude, vel culpa alicujus; ſed blanditiis preſſus teſtator alias teſtatus fuit.*

8 *Impeditus, cum impedimentum proveniat ex blanditiis, non poteſt occultam compenſationem facere; nam teſtator liberè teſtari poteſt, abſque injuria alicujus.*

9 *Impedito à pluribus partes ſuas omnes reddere tenentur.*

10 *Impeditus à pluribus, partes ſuas conferre reluctantibus, clàm in foro poli compenſatione uti poteſt.*

11 *Impedientes à jure coguntur partes ſuas reddere impedito.*

12 *Solvens aliquod indebitum ob defectum alicujus, poteſt illud ab iſto repetere.*

13 *Impedientes, ſi reluctentur tradere id, quod pro rata debent, contra eos datur impedito locus occultæ compenſationis.*

14 *Exequutor damni nomine ſuo, & aliorum; licet unus fuit exequutor, omnes tamen tenentur.*

15 *Exequutori, ut uni quorum eorum evenit damnum, ſuas ſecus partes conferre obligantur; ſi exequutor poſtea damnum ſolvit.*

16 *Creditor, ni à debitore accepit ſolutionem debiti; adbibitis omnibus remediis, poteſt bis non obſtantibus, clàm compenſationem facere,*

17 *Creditor valens ſuum creditum aſſequi aliquo modo compenſationi haud uti poteſt: nam diceretur ſubripere.*

18 *Creditor ni creditum aſſequi poſſet via juridica, neque alias, clàm compenſationem facere probibetur; ſi compenſatio comitetur ſcandalum.*

19 *Creditor, ſi cum ſcandalo compenſationem fecit, ad arbitrium judicis puniendus venit.*

20 *Matthæi verba referuntur ex Evangelio.*

ARGUMENTUM.

Utrùm detur locus occultæ compenſationi adversùs illum, qui alterum voluntariè impedit à conſequendo aliquo bono de quo habet certam, vel ſaltem probabilem ſpẽ?

QUÆSTIO XVII.

HUmana quidèm fragilitas, potiusve malignitas, quæ ſemper ad pejora tendit, multoties optima mortalium propoſita in deteriora vertit, mèntemque noſtram ab aliqua opera bona facillimè removet, cum gratis bonum aliquod, quod proximus habere poterat impediamus, ſiquidèm interdum obvenit, ut quis voluntariè, vel datâ operâ, ſit cauſa nè aliquis aliquod bonum, ad quod habet jus proximum in re, vel ad rem nanciſcatur, quod ſanè bonum ei ex juſtitiæ obligatione debeatur. Quaproptèr ille,
1 qui hujuſmodi impedit alterum, ad reſtitutionem tenetur, & impeditus poteſt uti occulta compenſatione, quoniam impediens eſt cauſa moralis efficax illius damni, quod tunc injuſtè impe-
2 ditus patitur. Et licèt nec vis, nec fraus hoc in caſu interveniat, ſed tantummodò perſuaſio, vel juſſio ipſius impedientis ſive ex odio, vel ex malitia: nam utroque caſu impedito infertur injuria obligans ad reſtitutionem, quæ quomodo fieri debeat, docuerunt Molina *tom. 3. de Juſtit. & jur. diſp. 727. concluſ. 2.* Leſſius *lib. 2. cap. 12. dub. 8. num. 122.*

Si verò verſetur vis, vel fraus, 3
ſive circa eum, qui daturus eſt avertendo aliò ejus voluntatem, ſive circa illum, qui accepturus eſt, quatenus vi detinetur nè bonum aliquod procuret, vel ſollicitet. Hæc enim vis, ſeu fraus juri, quo unuſquiſque potitur, nè eo modo injuſtò à conſequutione illius boni impediatur, quod licitè poteſt nanciſci, ſive deligentiâ propriâ, ſive liberalitate alterius, reluctatur. Quippe damnũ, quod accidit impedito per hancè vim, ſeu fraudem, per injuriam directè datum videtur: ideoque ad reſtitutionem obligat, ſecundùm æſtimationem damni illati. Quamo- 4
brem is, qui ſic impeditus fuit poteſt facere compenſationem occultam, quanti tunc illa ſpes æſtimatur, arbitrio tamen prudentis, ut tenet Zamoran. *de Compenſat. diſput. 5. cap. 17. num. 4. in fine.* Si is, qui aliquod bonum, ſeu officium petit eſt dignus; & nullã habebat ſpem, ut ſibi conferretur licèt quis vi, aut fraude utatur ad impediendũ, haud ex hoc ca- 5
pite ad reſtitutionem teneri, quia conatus ille eſt inefficax, ideoque cauſa moralis illius damni dici non poteſt. Nam demptâ quavis vi, ſeu fraude, æque quoque damnum illud obventurum eſſet aliâ 6
viâ, cum ille honor non tribuat petenti aliquam ſpem pretio æſtimabilem; ſi verò ſpem adderet,
licet

Digitized by Google

licet parva ſit, arbitrio boni viri compenſari debebit teſte Zamoran.*cap.17.num.7.in fine*.

6 Datur etiam locus compenſationi occultæ, quando quis alterū injuſtè impedit nè in alterius favorem liberè teſtetur, aut jam factum teſtamentum mutet; vel prohibendo nè teſtes,ſeu Tabellio accedat, adhibendo vim, vel metum,ſeu utendo aliquâ fraude ut atteſtatur Zamoranus *de Compenſat.diſput.5.cap.17.num.10*.Quo-
7 ties verò impedimentum obvenit, nullâ alterius vi, aut fraude intercedente; nimirum, ſi quis collatorem moveat, ſeu donatorem, precibus, ſeu blanditiis, aut muneribus nè alteri, quod ex liberalitate conferendum erat,conferat is enim, qui hocce modo tale bonum impedit ad reſtitutionem aliquam haudquaquam tenetur: quamvis malo animo impediat. Ideoque,qui hujuſmodi impeditus eſt compenſatione occultâ uti nequit,ut exMolina, & Leſſio refert Zamoranus loco
8 citato *num.11*.Ratio autem repellendi compenſationem occultam in hoc caſu eſt, quoniam impeditus hoc modo, nullum jus habet ad hoc bonum:niſi quatenus ſtat in collatoris libera volūtate, quæ abſque alterius injuria poteſt mutari,cum ſit mortalium voluntas deambulatoria uſque ad ultimum vitæ ſpiraculum Text. in *l.4.ff.de Adimend.legat*.

9 Quoties verò adſunt plures ad aliquod damnum cooperantes, ſuas partes conferre tenentur ei, qui pro ipſis ſolvit in illorum defectum. Et in caſu, quo illi partes ſuas tenentur conferre; tunc ille,qui pro eis totum perſolvit, poteſt clam in foro interno facere occultam compenſationē in bonis eorum: ſi partes ſuas illi 10
conferre obluctentur. Siquidèm ex juſtitiæ nexu debent ipſi refundere id, quod in defectu eorum, loco ipſorum tunc ſolutum 11
eſt. Quippe qui ſolvit habet jus exigendi, ac capeſſendi ab illis, 12
quod pro ipſis ſolutum fuit: & ſi ſolvere obſiſtant,ac renuant eſt locus contra eos compenſationi 13
occultæ,ut fateturZamoran.dict. *diſputat.5.cap 16.num.25*. Servatis tamen conditionibus requiſitis ad licitam compenſationem, de quibus egimus in *quæſt.1.num.21*.

Si exequutor nomine ſuo, & 14
omnium exequutus eſt damnum omnes porrò tenentur, quoniam illorum omnium damnum causâ factum eſt, & tacitè aſsētiēdo,ut ſic fieret, tacitè quoque reſtituendi obligationem in ſe receperunt. Sin autem exequutor ut 15
unus eorum conſideretur, quorum nomine datum eſtdamnum, quoque cum illis tenetur; Nam ſi ipſe in ſolidum reſtitutionem fecerit, reliqui partes ſuas ei conferre debent:ita ut ipſe quoque in compenſationem veniat damni illius pro parte ſua, non ut exequutor, ut amplexatus fuit Zamoranus *de Compenſat. diſput. 5. cap.16.num.21.*

Obiter hîc adnota,quod quoties 16
creditor eſt verè creditor certi,ac liquidi crediti, & illud alio modo amicè aſſequi nequit;nec viâ juridicâ adipiſci ob magnas impēſas, vel propter debitoris potentiam; tunc ſi abſit ſcandali timor; poteſt creditor impunè in ſui debiti oc-

occultam compenſationem tantundem accipere de bonis debitoris, ut fatentur Innocent. in *cap.Olim. el primero. num 8. de Reſtit ſpoliat.* Archidiac. in *cap Dominus noſter* 232 *qu.* 3. Butrius in *d.cap Olim*.4.Florianus in *l.Itaque ff ad Leg.Aquil* Alexand. in *conſ.* 135.*col* 1.*lib*.1. *& in conſil* 126. *nu*. 8.*lib*.4. Cæpolla in *conſil*.26. *in criminalibus* . Qui reſpondit de eadem facti ſpecie cum Alexãd. in *dict.conſil*-135. Imò eſt idemmet reſponſum eiſdem verbis conſcriptum Barbatia in *conſil*. 11. *num*.7. *lib*. 1. Præpoſitus in *cap Jus gentium . diſtinction.* 4. Jaſon in *l.Cum quis num* 14. *C.de Juris, & facti ignor. & in l*.3. *n*.8. *C. de Teſtament.* Felin. in *cap. Quoniam. num.* 3. *de Simon.*Marſil. in *conſil*. 11. *num*.14 *in ſing.* 177. *& in Pract.criminali. §.Conſtante . num*.37. Gometius *Inſtitut.de Action.in princip. num*.54. Rubeus in *conſil*. 43. *num*. 8. Afflictus in *Conſtitut.Neapol.lib.* 1. *rubr*.8. *num* 36. Cagnolus in *l*.2. *num*.106. *de Origin.juris . & in l. Non eſt ſingulis . de Regul. jur.* Lupus in *Rubr de Donation. §*.65. *num*.5. Ripa in *cap.* 1.*num*.89.*verſic.Tertius caſus. extr. de Judic.* Chaſſaneus in *Conſuetud. Burgund titul. Des juſtices. rubric*. 1. *§*. 5. *num*. 32. Joffred. in *deciſion.* 80. Nevizanus in *lib*. 3. *Sylvæ nuptial. num*.43.Alciatus in *Reſponſ*. 5. *lib* 7. Et ſecundùm impreſſionem antiquam Lugdunenſem eſt in *Reſponſo* 22. Grammat. in *conſil*. 50. *num*. 2. *&* 3. *in criminal.* Tiraquellus in *tractat de Retract conſang.in præfation. num*. 71. Covarruvia in *lib*.1. *Variar. reſolut. cap*. 2. *num*. 15. Rebuffus in *Commentar. ad Conſtitut Regias Galliæ tom*.3. *in tractat. de Famulorum ſalariis in gloſ*.10. *num*.10. Plotus in *l.Si quando.num* 874.*C. Unde vi* . Dueñas in *regul*.88. *num*.5. Vivius in *lib*. 2. *Communium opinionum concluſ*. 133. Arnonus in *ſoliloq*. 45. Bonacoſſa in *tractat.de Famulis quæſt.* 114. Oſaſcus in *deciſ*. 68. *num*. 31, Menochius in *Comment. de Recuperand poſſeſſ.remedio* 1. *n*.313. Ex ſacris Theologis idem affirmarunt Divus Antoninus in *Summa in* 2.*part. tit*.1. *cap*.14. §.5. Alex. ab Alex in *Summa in* 4.*p. quæſt*.88.Sylveſter in *Summa verbo Furtum . num*.7. Conradus *de Contractibus . quæſt* 32. *concluſ*.2. *& in quæſt*.42.*concluſ*.2.Joan.Medina in *tractat. de Reſtitution. qu.* 11. Adrian.in *quodlibet*.6. *art*.1. *in fin*. Paludan.in 4 *Sentent.diſtinct.* 15.*quæſt*.2.*artic*.2.& ibid.Almain. & Gabriel Biclius , & Navarra. in *libr*.3.*de Reſtitut. cap*.3. *nu*.398. Ubi *num*.209. Si creditor credi- 17
tum ſuum poteſt nanciſci Judicis authoritate : tunc non licet ei in compenſationem , ut ſibi ipſi ſatisfaciat rem debitoris ſubripere. Et licèt hoc in caſu minimè furtum committat , ſecundùm placitum Alexandri *conſil*.26 *nu*. 12. Attamen pœnâ remiſſionis crediti plectitur , juxtà diſpoſitionẽ Text.in *l.Extat. ff Quod met.cauſ.* Sin autem Judicis authoritate 18
creditum adipiſci non poſſit , & ex ſubtractione rei ſui debitoris orir etur ſcandalum : tunc non poteſt facere occultam compenſationem , nec rem debitoris ca-

pe-

pere occultè. Si verò rem ſubri-
19 piat, & oriatur ſcandalum, arbitrio Judicis, ac pro ſcandali qualitate venit puniendus, ut docet Menochius *lib.2. de Arbitrar. judic.centur.6.caſu* 516.*num*.8. Cum certum ſit dignum eſſe pœnâ illum, per quem ſcandalum venit
20 in Civitatem Divus Matthæus *cap*.18. ex Chriſti ſervatoris noſtri authoritate ajentis: *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit in Civitate.*

SUMMARIUM

1 *Fraudantes vectigalia juſta pro mercibus impoſita peccant contra juſtitiam, & ad reſtitutionem tenentur.*

2 *Creditor Principis, qui aliter non poteſt creditum ſuum recuperare, licitè poteſt facere occultam compenſationem, defraudando vectigalia, quæ alteri locata non ſint, ſed Princeps per ſuos quæſtores exigat.*

3 *Sed an idem facere poſſit Principis creditor, quando vectigalia ſunt alteri locata.*

4 *Negativa ſententia affertur.*

5 *Una ex conditionibus ad juſtam compenſationem eſt, ut res compenſanda ſit propria ipſius debitoris.*

6 *Definitio compenſationis explicatur.*

7 *Compenſantes debent eſſe creditores, & debitores ad invicem.*

8 *Compenſatio fieri debet inter eaſdem perſonas.*

9 *Res inter alios acta aliis præjudicare non debet: & pœna ſuos debet habere auctores.*

10 *Creditor locatoris non poteſt ſibi ſatisfacere ex fructibus fundi alteri locati.*

11 *Sententia ajens aſſeritur.*

12 *Gabellæ, ſeu Vectigalia non debentur directè Publicano, ſeu Conductori, ſed Principi. Conductori verò indirectè tanquam perſonæ Principis ſubrogatæ.*

13 *Qui actum facit nomine alterius, non habet majorem poteſtatem, quàm is, cujus nomine facit.*

14 *Princeps vectigalia locando, eorum emolumentum in conductorem transfert, dominium verò retinet penes ſe.*

15 *Vectigaliũ locationes non propriè emptiones-venditiones nuncupantur.*

16 *Jus, quod conductor in vectigalibus adipiſcitur aſſiduè à jure Principis pendet.*

17 *Effectus aſſiduè ab aliqua cauſa dependens non poteſt ullo temporis momento majorem vim conſequi, quàm ipſa cauſa eo momento habeat.*

18 *Caſus, quo emptori nominis ipſum nomen non ſit obligatum.*

19 *Princeps vendere non poteſt, quod Privato debet.*

20 *Vectigal cum non ſolvitur, nec eſt Principis, nec conductoris, ſed eſt in dominio debitoris.*

21 *Occurritur negantis ſententiæ argumentis.*

22 *Conductores vectigalium ob plurimas ſubditorum fraudes, quas conductores norunt intervenire longè minoris quàm valent, conducunt: & in ipſo conductionis contractus tacitè hæ fraudes comprehenduntur.*

23 Rodriguez in Summ. part.2. cap.25.num.6.*proponitur, & refellitur.*

Fur-

Digitized by Google

24 *Furtum eſt contrectatio invito domino lucrifaciendi gratia.*

25 *Fructus fundi locati ſunt proprii coloni.*

26 *Idem dicendum de fructibus fundi fructuarii.*

27 *Creditor Principis nequit licitè occultam compenſationem admittere fraudando vectigalia alteri à Principe alienata.*

28 *Niſi dominus eſſet mihi debitor ante alienationem vectigalis factam.*

29 *Creditor ſi annui cenſus damnum debitori dederit, non poteſt cenſum ita vendere, ut debitor non poſſit in illo compenſationem facere, ſi aliter debitum recipere non poſſit.*

30 *Debitor ſicut ſine creditoris conſenſu debitum in alium nequit transferre, ita & creditor, ſi ipſe viciſſim debitor ſit.*

31 *Debitor ſi gratis fundi uſum fructum alteri concedat, non poteſt creditor ex eo clam compenſatione uti.*

32 *Occulta compenſatio admittitur præterea in decimis, cenſibus, cæteriſque juribus alteri locatis.*

33 *Principis creditor an poſſit occulta compenſatione uti, ſi antequam Princeps eſſet debitor, vectigalia locaverit?*

34 *Ut in foro conſcientiæ licita ſit compenſatio, debitum debet eſſe actu, non poteſtate.*

35 *Occulta compenſatio an admittatur, ſi antequam Princeps debitor exiſtat Publicano Gabellarum locatio facta ſit ſub tacita conditione, ſi factum fuerit, unde gabella debeatur, & antequam conditio adimpleatur Princeps debitor mihi exiſtat, & denique ipſo jam exiſtente factum fuerit unde debeatur gabella?*

36 *Affirmativa ſententia adſtruitur.*

37 *Contraria opinio exponitur, & confutatur.*

38 *Creditor venditoris non poteſt uti compenſatione in rebus ab ipſo venditis.*

39 *Princeps locando Publicano gabellas, dumtaxat unumquemque ſubditum debitorem conſtituit publicano.*

40 *Gabellæ non ſic ad conductorem attinent à die locationis, ut non pertineant ad Principem.*

41 *Impleta conditione ſi factum fuerit unde gabella debeatur, poſtquam Princeps factus eſt debitor, jus Publicani non retrotrahitur ad tempus locationis.*

42 *Jus Regium ad gabellas non traditur conductori abſolutè, ideſt independenter, ex eo, quod Princeps ſit poſtea debitor, priuſquam factum fuerit aliquid unde actu ipſæ gabellæ debeantur.*

43 *Gabellæ quando ſunt in capite vulgò* encabezonadas, *an tunc fieri poſſit compenſatio, non ſolvendo eas Principi, aut conductori?*

44 *Mos ſolvendi gabellas ſimul omnes vulgò* de mancomun.

45 *Negativa opinio aſſeritur.*

46 *Limitatur in iis, qui non ſunt incapitati.*

47 *Debitores collectarum cum aliis debitis Principis occultam compenſationem facere poſſunt.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Utrùm creditor Principis non potens alia via creditum ſuum recuperare poſſit facere occultam compenſationem defraudando vectigalia aliis locata?

QUÆSTIO XVIII.

1 SI interdum forſan contingat Principis creditorem, aliâ viâ nuſquam creditum ſuum recuperare poſſe: an ei licitum ſit occultam facere compenſationem, defraudando vectigalia Principis, qui ea alteri tertio locavit? Quod priuſquam tangam, tamquam certiſſimum ſupponendum eſt, quod fraudantes vectigalia juſta, pro mercibus impoſita peccant contra juſtitiam, & ad reſtitutionem tenentur, ut docent Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap.* 16. *num.* 30. Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut.* §. 3. *dub.* 2. Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 8. Bonacin. *de Reſt. in gener. diſput.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 1. *propoſit.* 1. *num.* 3. Bañez. 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 3. Sylveſter. *Summ. verb. Gabella.* 3. Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.* 674. *num.* 3. Sotus. *lib.* 4. *quæſt.* 6. *art.* 4. Toled. *Summ. lib.* 5. *cap.* 73. *nu.* 3. Covarruv. in *cap.*
2 *Peccatum. part.* 2. §. 5. Et etiam tamquam indubitatum conſtituendum eſt, quod quando vectigal alteri non eſt locatum; ſed Princeps illud immediatè per ſuos quæſtores recipiat, tunc Principis creditor, qui alter ſibi debitum nanciſci nequit, licitè poteſt vectigalia fraudare, in ſui crediti compenſationem, ut confitetur Delbene in *tract. de Parlamentis dubitat.* 15. *num.* 1. Nam tunc pleno jure ſunt Principis debitoris, nec ſubditus tenetur amittere, ſeu negligere, quod Princeps ei debet, quam compenſationem unanimiter admittunt Rodriguez. *Summ. part.* 2. *cap.* 75. *num.* 6. Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 10. Graffis *Dec. aur. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 125. *num.* 39. Guzman *Verit jur. verit.* 16. *num.* 10. *in fine.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *cap.* 1. *num.* 1. Bonacin. *de Reſtit. diſput.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 1. *propoſ.* 2. *num.* 12 Turrian. *de Juſtit. diſp.* 46. *dub.* 1. *num.* 2. Balmaſed. *de Collect. quæſt.* 110. *num.* 20. & 21. Machad. *lib.* 2. *part.* 3. *tractat.* 22. *documen.* 5. Fagundez. in 7. *Præcepto Decalog. cap.* 30. *num.* 1. Villalobos *tom.* 2. *tractat.* 11. *differ.* 23. *num.* 4. Baſſæus *Verbo Compenſatio nu.* 2. Navarr. *Manual. cap.* 17. *num.* 113. Mendus *Epitom opinion. moral verbo Gabella. nu.* 6. Hujuſmodi concluſio abſque controverſia ab omnibus Doctoribus admittitur; Sed difficultas noſtræ quæſtionis eſt, quando prædictum vectigal eſt aliis locatum, ut quoque animadvertit Delbene *de Parlament. tract.* 6. *dubitat.* 15. *num.* 1. Quia fortaſſis quis aliquam pecuniæ ſummam Principi præſtitit, ut in ipſum vectigalis emolumentum transferat, uſque illud, quod Princeps eo anno, vel ſequentibus erat habiturus, an tunc Prin-

Principis creditor, qui alia via ab eo creditum ſuum conſequi nequit, poſſit facere compenſationem vectigalia fraudando.

4 Huic dubio negativè reſpondendum videtur, videlicet in hoc caſu non eſſe locum compenſationi, non ſolvendo, aut defraudando hujuſmodi vectigalia; quam opinionem ſectantur Rodriguez in *Summ. part. 2. cap. 75. nu. 6.* Giballin. *de Univerſ. negotiat. lib 5 cap. 2. artic. 9 num. 6.* Cordub. in *Summ. quæſt. 95. dub. 3.* Graffis *Dec. aur. part. 1 lib. 2. cap. 125. num. 39.* Reginald. in *Prax. tom. 1. lib. 10. cap. 24. num. 383.*

5 Hujus concluſionis ratio eſt, quia una ex conditionibus ad juſtam compenſationem eſt, ut res compenſanda ſit propria ipſius debitoris Azor. in *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſ. Deinde.* Vazquez *de Reſtitut. cap. 5. dub. 8. §. 1. num. 41.* Molina. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 691. num. 1. verſ. Quinta.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub 5. n. 5. verſ. Tertia.* Card. de Lugo *de Juſtit. tom. 1. diſputat. 15. ſect. 5. num. 90.* Leſſ. *de Juſtit & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 10. num. 59. verſ. Tertia.* Sed ſic eſt, quod vectigalia, & tributa, quæ ſunt cõducta, alteriſque locata, jam nõ ſpectant ad Principem, ſed ad ipſos conductores. Ergo hujuſmodi compenſatio fieri non poteſt, quia eſſet facta in rebus alie-

6 nis; quod adverſaretur ipſius compenſationis definitioni; quæ eſt debiti, & crediti invicem inter ſe cõtributio Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Hoc eſt inter debito-

7 rem, & creditorem, ſed in noſtro caſu compenſationem patiẽs & compenſare volens non ſunt inter ſe debitores, & creditores ad invicem Delbene *de Parlament. dubitat. 15. num. 3.* Ergo inter eos juxta *l. 1 ff. de Compenſat.* Locum habere nequit compenſatio. Secunda ratio, quia ſi hæc admitteretur compenſatio extorſoribus damnum non fieret. Sed conductoribus gabellarum juſtarum, quibus nihil eſt aſciſcendum, ex quo juſtas gabellas exigunt, teſte Delben. *tract. 6. de Parlament. dubitat. 15. num. 2.* At compenſatio, ut dictum eſt, non 8
debet fieri, niſi inter eaſdem perſonas; quippe res inter alios acta, aliis præjudicare nõ debet Text. in *l. Alium quoque. l. Sæpe conſtitutum. ff. de Re judic.* Text in *l. Nam & poſtea ff. de Jur. jurand.* Text. in *l. Modeſtinus. ff. de Except.* Text. in *l. Lucius ff. de His qui notant. infam.* Text. in *l Claudius. ff. Qui potior. in pignor. hab.* Et pœna ſuos debet 9
habere authores, & non alios Text. in *l. Sancimus. C. de Pœn.* Text. in *l. Abſentem. ff. Eodem.* Text. in *cap. Quæſivit. de His, quæ fiunt à major. part. capit.* Sed ſi hic locum ſibi vindicaret compenſatio, puniretur gabellarum, ſeu vectigalium conductores non delinquentis, contra juris regulam ſupra poſitam. Ergo ad vitanda jurium correctio debet refelli compenſatio.

Tertia probatur exemplo tra- 10
dito à Sanchez *lib. 2. Conſilior. moral. cap. 4. dub. 48. num. 1.* Quo non citat Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 8. cap. 1. num. 2.* Videlicet, ſi Petrus aliquam mihi debeat pecuniæ quantitatem, & ſuum fundum Paulo locet, nequeo mihi ſa-

ſatisfacere ex fructibus illius fūdi; quoniam non ſpectant ad Petrum debitorem, ſed ad ipſum Paulum conductorem. Igitur idem dicendum in caſu noſtro, ubi non poſſum mihi ſatisfacere gabellas, ſeu vectigalia defraudando, cum non ad Principem locatorem, ſed ad publicanum conductorem pertineant.

11 His haud refragantibus contraria opinio eſt tenenda, ideſt, quod non obſtante conductoris damno, quod tunc ei per accidens obvenit, & præter intentionem compenſantis, poſſit creditor Principis, à quo creditum alia via adipiſci non poteſt, facere compenſationem non ſolvendo, aut defraudando vectigalia alteri locata, quam communem opinionem ſequuntur Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 10. *num.* 75. Sanchez *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 4. *dub.* 48. *num.* 2. Navarr. *lib.* 3. *de Reſtitut. cap.* 1. *num.* 247. Sylveſter *verbo Gabella* 3 *quæſt.* 9 *num.* 24. Fagundez in *Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 10. Molina *de Juſtit & jur. tom.* 3. *diſput.* 674. *num.* 10. Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo* Gabella. *num.* 6. Vega *Summ. part.* 1. *cap.* 15. *caſu* 8. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *cap.* 1. *num.* 3. Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 22. Barthol. à S. Fauſto *Specul. Confeſſ. diſput.* 33. *q.* 37. Turrianus 2.2. *tom.* 2. *diſputat.* 46. *dub.* 3. *num.* 2. Molfeſ. in *Summ. tom.* 2. *tractat.* 12. *cap.* 22. *num.* 142. & 143. Malderus in 2.2. *tractat.* 5. *cap.* 9. *dub.* 16. Diana *Oper. moral. tom.* 8. *tractat.* 3. *reſolut.* 147. §. 2. Maximilian. Fauſt. in *Conſil. pro Ærar. claſſ.* 18. *conſil.* 87. Balmaſed. *de Collect. quæſt.* 110. *num.* 26. Bonacin. *de Reſtitut. diſput.* 2. *quæſt.* 9. *punct.* 1. *propoſit.* 2. *num.* 12. Ubi refert Vazquez *opuſcul. de Reſtitut. cap.* 6. §. 3. *dub.* 3. *num.* 34. Vega in *Summ. part.* 1. *cap.* 15. *caſ.* 10. Delbene *de Parlament. dubit.* 15. *num.* 5.

Hujus concluſionis ratio eſt, 12
quia Gabellæ, ſeu vectigalia non debentur directè publicano, ſeu conductori, ſed Principi, & conductori, ſeu publicano indirectè, tamquam perſonæ Principis ſubrogatæ Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 8. *cap.* 1. *num.* 6. ut tradidit Cajetan. in *Verbo Vectigal.* At conductor non poteſt in me majus jus, majoremve actionem habere, quam Princeps habet; quip- 13
pe is qui actum facit nomine, & perſona alterius, non habet majorem poteſtatem, quam ille, cujus nomine facit, ut ex Text. in *l. Minor.* 25. *annis. ff. de Procurat.* Text. in *l. Verum.* §. 1. *ff. Pro ſoc.* Text. in *l. Neque per ſe. C. de Hæred. inſtituend.* Perpendit, ac ponderat Sotus. *de Ultim. voluntat. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 2. *ad. fin* Sed Princeps non habet actionem, nec jus adversùs me, quando mihi debet tantumdem, nec ab eo debitum conſequi non poſſum. Ergo nec Gabellarius jus habebit, ut dixit Sanchez. *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 4. *dub.* 48. *num.* 2.

Secunda ratio eſt, quod quo- 14
ties rinceps vectigalia ſibi debita aliis locat, non transfert in conductorem directum eorum dominium, nec totum jus, ſed dumtaxat uſumfructum, penes ſe dominio retento: nam tantummodò jus emolumenti transfert,

quod Princeps eo anno habiturus erat; & hoc cum aſſidua dependentia ipſius Principis, quatenus hujuſmodi vectigalia tunc ei debentur, ut explanant Navarra, & Vega loc. cit. In noſtro caſu Princeps ad exigenda vectigalia directum jus non alienat, ſed ſolummodo locat, vel pignori tradidit, & tale jus à patrimonio ſuo non præſcindit, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *n.* 5.

15 Et licèt vectigalium translationes perſæpe emptiones, & venditiones nuncupentur, tamen propriè loquendo tales appellari non poſſunt, ſed potius juris impignorationes ad vectigalia, & jus ſemper apud Principem remanet, & eo nomine à conductore exiguntur tamquam creditor ſubrogatus. Quoties Princeps eſt viciſſim debitor, cum non debeant ei vectigalia in ea quantitate, in qua debitor eſt, poterit ſubditus ea non ſolvere, extinguendo compenſatione jus, quod Princeps tunc contra ipſum habet. Quo in caſu non fit in re conductoris compenſatio, ſed in re, quæ directè Principi debebatur Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 8. *cap.* 1. *num.* 5 *in fin.* Cum Princeps hujuſmodi vectigalia locando, non videtur per hanc locationem à ſe abdicare dominium Guzman *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 22. Balmaſed. *de Collect. quæſt.* 110. *num.* 26.

16 Tertia, quia totum jus, quod conductor in vectigalibus adipiſcitur aſſidue à jure Principis pendet: illique aliud non præſtat, niſi illud jus exequendi facultatem; ideoque majus eſſe non poteſt, quàm jus illud; quod Princeps ſingulis momentis per annũ aſſequitur, ut optimè expendit Delben. *de Parlam. dubit.* 15. *n.* 7.

Affectus aſſiduè ab aliqua cauſa dependens non poteſt ullo temporis momento majorem vim conſequi; quam ipſa cauſa ipſo momento habeat, ut tradidit Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 10. *num.* 75. Igitur conductor majus jus habere non poteſt ad exigendum à me vectigal, quam illo momento Princeps habebat; eò quia tunc viciſſim mihi eſt debitor in eadem quantitate, quapropter ejus actio compenſatione elidi poteſt, cum transferre nequiret in conductorem jus exigendi à me vectigalia, quia ſimile jus jam exceptionis compenſationis ope extinctum remanet, & ſic conductori non debeantur ea vectigalia, ut ex dicto Leſſii loco citato tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput* 8. *cap.* 1. *num* 10. Et in terminis Delben. *de Parlament. dubit.* 15. *num.* 7. 17

Quarta, ſi Petro centum nũmos debeo, ipſeque mihi debet tantundem, quod recuperare nequeo, & quis hoc debitum, quo Petro teneor emeret, illi emptori ad ſolvendum obligatus non maneo, licèt nummos ipſe deperdat, quos pro eo præſtitit; quia Petrus eſt creditor principalis, in quem jus habebam, ut mihi ſatisfacerem, & cõpenſarem pro eo, quod mihi debebat Sanchez *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 4. *dub.* 48. *num.* 2. Ergo ex eadem ratione idem dicendum in caſu noſtro, ut benè Zamoran. 18

di-

*diſputat.*8. *cap.*1. *num.*7.

19 Quinta, Princeps nulli vendere, quod mihi debet, quia meum eſt Navarra *de Reſtitut.lib.* 3.*cap.*2.*num.*249. Sylveſter *verbo Gabella* 3. *quæſt.*9. *num.*24. Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Gabella. num.*6.Ergo locando vectigalia ea non alienat. Ergo remanet mihi obligatus.Ergo tamquam inter creditores,& debitores ad invicem locum habere poteſt compenſatio argum.Text. in *l.*1.*ff.de Compenſat.* Hoc patet, quoniam id, quod Principi debeo vectigalium cauſa, eſt meũ, & non ſuum, quando ipſi tantundem mihi debet; tum quia per juſtam compenſationem in eo caſu efficitur, ut jus, quod habebat contra me ceſſet, & fiat ferè meum: tum quia dum vecti-
20 gal non ſolvitur, nec eſt Principis, nec conductoris, quorum numquam illud poſſedit Princeps, nec conductor, ſed eſt in dominio debitoris argum. Text. in *l.Scribit.ff.de Aur.& argent.legat.* Qui juſtè illud poſſidet, licèt cum obligatione ſolvendi Principi, qui eſt principalis creditor, & indirectè conductori tamquã creditori ſubrogato. Unde cum dum Principi, vel conductori vectigal non ſolvitur jus, quod habet per compenſationem maneat extinctum, quia Princeps mihi debet tantundem, conſequens eſt, ut Princeps nequeat vendere, ſeu locare illud vectigal, ſive talis vectigalis emolumentum, ſed juſta compenſatio in eo fieri, ac admitti poteſt, ut docet Zamoran.*de Compenſat. diſputat.*8.*cap.*1.*num.*8.*in fin* Concluſioni noſtræ ſummopere aſpirat id, quod conductor hîc neutiquã damnum patitur, cum propter ſæpiſſimas ſubditorum fraudes, quas ipſe intervenire optimè agnovit, multò minoris conducat, quàm vectigal æſtimaretur. Quapropter in ipſo contractu cenſetur paratus eſſe talia ſubire incommoda: præcipuè cum ſoleat per quaſdam confiſcationes rerum in eos, qui deprehenſi fuerunt ſatis compenſari, ut tradidit Delbene *de Parlament. dubitat.*15.*num.*6.

Hujuſmodi concluſione no- 21
ſtra ſuffulta remanet ad contrariæ opinionis rationes, ac fundamenta reſpondere. Unde non obſtat prima ratio, quia quamvis verum ſit, quod compenſatio debeat fieri in rebus compenſantium, non aliorum, hoc idem fit hic, quia cum ſupra diximus, Princeps locando vectigalia non transferat dominium in cõductorem, ſed apud ſe manet, creditor Principis non videtur facere compenſationem de rebus conductoris, ſed Principis debitoris Mendus *Epitom opinion.moral.verbo Gabella.num.*6.Guzman *Veritat.jur. verit.*16. *num.*22. Balmaſed. *de Collect. quæſt.*110. *num.*26. Zamoran.*de Compenſat.diſputat.*8.*cap.*1.*num.*5.*&* 6.Leſſ.*de Juſtit.& jur.lib.*2.*cap.*33.*dub.*10.*num.*75. Sylveſter *Summ. verbo Gabella* 3.*quæſt.*9.*num.*24.

Non obſtat ſecunda, quia nõ 22
eſt verum, quod per hanc compenſationem infertur damnum conductori vectigalium, eò quia ob plurimas ſubditorum fraudes, quas conductores norunt in-

...ire lõgè minoris, quàm ...nt conducunt, & in ipſo cõductionis contractu tacitè hæ fraudes comprehenduntur, quare tunc non damnificantur, & ſibi alciſcantur, ſi fortè pluris emeriat, ſeu conduxerint illud jus ad vectigalia, cum talia incommoda voluntariè ſubire patiantur; quod nullo modo nocere debet Principis creditori, qui tunc eſt legitimè excuſatus illa ſolvere Principi; quia poteſt ipſius jus per legitimam compenſationem elidere, ut expreſsè docent Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.*22. Bonacin. *de Reſtitut. diſputat.*2.*quæſt.*9.*punct.*1 *propoſit.*2 *num.*12. Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.*2. *cap.*33. *dub.*10. *num.*75. Diana *tom.*6.*Oper. moral. tractat.*3. *reſolut.* 147. §.3. Sylveſter *Summ. verbo Gabella* 3.*quæſt.*9.*num.*24. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*8. *cap.*1. *num.*4. Navarra *de Reſtitut. lib.*3. *cap.*1. *num.*248. Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Gabella. nu.*6.

23 Nec ſatisfacit Rodriguez in *Summ. part.*2. *cap.*75. *num.*6. Ubi aſſerit, quod quamvis emant minori pretio ob frequentes fraudes, non tamen deſinunt ideò peccare has fraudes committentes, à quibus juſtè petitur tributum; & licèt conductores tacitè conſenſiant in fraudes, non debet intelligi de fraude, quæ committitur ratione compenſationis factæ ratione damni accepti à Principe; ſed ratione fraudis, quę contingit in negligentia collectionis, & inquiſitione collectorum; quia reſpondetur, quod ſi poſſet dari peccatum in hoc caſu eſſet ex cauſa furti, cum Principis creditor vectigalium conductori furari videatur; ſed fur- 24
tum eſt contrectatio rei alienæ invito domino lucrifaciendi gratia Text. in *l.*1. *in fine. ff. de Furt.* Ergo quoties aliquid domino conſentiente apprehenditur, à contrario ſenſu ducto argumento furtum committi nequit; ſed hic conductores conſentiunt in hujuſmodi fraudes, ut dicunt Zamoran. *de Compenſat. diſput.*6. *cap.*8. *num.*4. Diana *tom.*6. *Oper. moral. tractat.*7. *reſolut.*147. §.3. Guzman. *Veritat. jur. verit.*16. *nu.* 22. Balmaſed. *de Collect. quæſt.*110 *num.*26 *in fine.* Ergo ſi fraudantur, quæri non debent, quia volenti non fit injuria Text. in *l.*1. §. *Uſquequo. ff. de Injur.* Text. in *l.*1. *ff. de Act. empt.* Nec eſt tuta illa limitatio prædicti Rodriguez dum dicit, quod conſentiunt in fraudes, quæ accidunt negligentia collectionis; ſecus verò in eas, quæ ratione damni accepti à Principe fiunt Nam reſpondetur, quod cum hæc coarctatio non exprimatur in contractu cõductionis, ad omnes fraudes tenentur, omniaque incommoda ex fraudibus provenientia ſubire debent, ad tradita per Guzman. *Veritat. jur. verit.*16. *num.*22. cum ſupra relatis.

Non obſtat tertia ratio de fru- 25
ctibus fundi, nã reſpõdetur quod illi non ſunt creditoris, nec illos poſſidet, nec ſunt debitoris; ſed ſunt inquilini; at nummi, quos debeo Principi ſunt mei argument. Text. in *l. Scribit. ff. de Aur. & arg. legat.* Illoſque poſſideo, cũ obligatione directè Principi ſolvendi; & gabellario, tamquam ſub-

ſubrogato ; Ideoque ſi excuſor ab obligatione ſolvẽdi Principi; excuſabor ab obligatione ſolvendi Gabellario. Sanchez *lib.2. Conſil. moral. cap.4. dub.10. num.2 in fine* Ubi refert Sylveſt. *Summ. verbo Gabella. 3. quæſt. 9.* Et inter hanc tertiam adverſæ opinionis, & caſum noſtrum diſparitatem aſſignat Zamoran. *diſput. 8. cap.1. nu.9.*

26 Quia quoties alicui fundi uſuſfructus cõceditur, fructus, in illo nati illico fiunt ipſius, quoniã ſub juſta ejus poſſeſſione naſcuntur; Nam fructus nati ex agro alieno alteri locato, ſeu ad uſumfructum conceſſo, ſtatim ad conductorem ſeu uſufructuariũ ſpectant Text. in *Princip. Inſtitut. de Uſufruct.* Vazquez. *Opuſcul. de Reſtit. cap. 6. §.3. dub. 3. num. 39. & 44.* In his enim fructibus compẽſatio juſta admitti nequit, pro illo debito, quo locator compenſanti tenetur, eò quia nec directè, nec indirectè ſunt locatoris; ſed dumtaxat conductoris, vel uſusfructuarii, in cujus poſſeſſione naſcuntur. In noſtro verò caſu adeſt diverſa ratio, quia vectigalium fructus Princeps, vel locator non poſſedit, cum ex me; ſecùs ex prædio ſint percipiendi. Ideoque antequam ſolvam Principis locantis dici nequeunt, quia ſub ejus juſta poſſeſſione nati non ſunt; ſed ſunt mei, tam quoad dominium, quàm quoad poſſeſſionem. Unde licèt hujuſmodi vectigalia Principi debeantur, vel locatori; attamen ſi ei tantũdem alia ex cauſa mihi debeant, unum debitum cum alio tuta conſcientia compenſare poſſum defraudando, vel non ſolvendo vectigalia, quamquam ſint aliis locata Zamoran. dicta *diſput. 8. cap.1. num.9. in fine.*

Limita noſtram principalem conclusionem, quando Princeps locando vectigalia transfert dominium in conductorẽ per alienationem, non retento apud ſe directo dominio, quippe ſi tunc poſt factam illam alienationem, dominus ex aliqua cauſa mihi debitor fieret, non poſſem facere compenſationem non ſolvendo poſteriori domino, ut tradunt Delbene. *de Parlament. dubitat. 15. num.9.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 33. dub. 10. num. 76. verſic. Secus tamen.* Guzman. *Veritat jur. verit. 16. lib. 21* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 8. cap.1. num. 12* Bonacin. *de Reſtit. diſput. 2. quæſt. 9. punct. 1. propoſit. 2. num. 12. verſ. Addo.* Ubi refert Molinam. Et ratio excludendi compenſationem eſt, quia aliàs admitteretur de bonis non creditoris, ſed alterius, quo caſu illicita eſt, ut notat Guzman. loc. cit. Tunc enim ſolutio priori domino fieri non debet, cum ad eam jus non habeat ſuppoſita juris alienatione, ut dicit Zamoran. ubi ſupra. Hæc limitatio non procederet, quoties prior dominus 28 eſſet mihi debitor ante alienationem factam, quia tũc poſſem facere compenſationem, cujuſmodi vectigal poſteriori domino nõ ſolvendo Leſſ. *de Juſtit. lib. 2. cap. 33. dub. 10. num. 76. verſ. Secus tamen* Zamoran. dicta *diſput. 8. cap.1. n.13.* Quoniam prior dominus in meum præjudicium alienare non potuit, alteri adversùs me jus concedendo, ſi in eadem quantitate ipſe erat mihi debitor. Hoc enim

occultam compenſationem tantundem accipere de bonis debitoris, ut fatentur Innocent. in cap.Olim. el primero. num 8. de Reſtit.ſpoliat. Archidiac. in cap Dominus noſter 232 qu. 3. Butrius in d.cap Olim.4.Florianus in l.Itaque ff ad Leg.Aquil. Alexand. in conſ. 135.col.1.lib.1. & in conſil 126. num. 8.lib.4. Cæpolla in conſil.26. in criminalibus . Qui reſpondit de eadem facti ſpecie cum Alexãd. in dict.conſil.135. Imò eſt idemmet reſponſum eiſdem verbis conſcriptum Barbatia in conſil. 11. num.7. lib. 1. Præpoſitus in cap. Jus gentium . diſtinction. 4. Jaſon in l.Cum quis num 14. C.de Juris, & facti ignor. & in l.3. n.8. C. de Teſtament. Felin. in cap. Quoniam. num. 3. de Simon.Marſil. in conſil. 11. num.14 in ſing. 177. & in Pract.criminali. §.Conſtante. num.37. Gometius Inſtitut.de Action.in princip. num.54. Rubeus in conſil. 43. num. 8. Afflictus in Conſtitut.Neapol.lib. 1. rubr.8. num 36. Cagnolus in l.2. num 106. de Origin.juris. & in l. Non eſt ſingulis. de Regul. jur. Lupus in Rubr de Donation. §.65. num.5. Ripa in cap. 1.num.89.verſic.Tertius caſus. extr. de Judic. Chaſſaneus in Conſuetud. Burgund titul. Des juſtices. rubric. 1. §. 5. num. 32. Joffred. in deciſion. 80. Nevizanus in lib. 3. Sylvæ nuptial. num.43.Alciatus in Reſponſ. 5. lib 7. Et ſecundùm impreſſionem antiquam Lugdunenſem eſt in Reſponſo 22. Grammat. in conſil. 50. num. 2. & 3. in criminal. Tiraquellus in tractat de Retract conſanguin præfation. num. 71. Covarruvia in lib.1. Variar. reſolut. cap. 2. num. 15. Rebuffus in Commentar. ad Conſtitut. Regias Galliæ tom.3. in tractat. de Famulorum ſalariis in gloſ.10. num.10. Plotus in l.Si quando.num 874.C. Unde vi. Dueñas in regul.88. num.5. Vivius in lib.2. Communium opinionum concluſ.133. Arnonus in ſoliloq. 45. Bonacoſſa in tractat.de Famulis quæſt. 114. Oſaſcus in deciſ.68. num. 31. Menochius in Comment. de Recuperand poſſeſſ.remedio 1. n.313. Ex ſacris Theologis idem affirmarunt Divus Antoninus in Summa in 2.part. tit.1. cap.14. §.5. Alex. ab Alex in Summa in 4.p. quæſt.88.Sylveſter in Summa verbo Furtum . num.7. Conradus de Contractibus. quæſt 32. concluſ.2. & in quæſt.42.concluſ.2.Joan.Medina in tractat. de Reſtitution. qu. 11. Adrian.in quodlibet.6. art.1. in fin. Paludan.in 4 Sentent.diſtinct. 15.quæſt.2.artic.2.& ibid.Almain. & Gabriel Biclius, & Navarra. in libr.3.de Reſtitut. cap.3. nu.398.
Ubi num.209. Si creditor credi- 17
tum ſuum poteſt nanciſci Judicis authoritate : tunc non licet ei in compenſationem, ut ſibi ipſi ſatisfaciat rem debitoris ſubripere. Et licèt hoc in caſu minimè furtum committat, ſecundùm placitum Alexandri conſil.26 nu. 12. Attamen pœnâ remiſſionis crediti plectitur, juxtà diſpoſitionẽ Text.in l.Extat. ff Quod met.cauſ.
Sin autem Judicis authoritate 18
creditum adipiſci non poſſit, & ex ſubtractione rei ſui debitoris orir etur ſcandalum : tunc non poteſt facere occultam compenſationem, nec rem debitoris ca-

pe-

pere occultè. Si verò rem ſubri-
19 piat, & oriatur ſcandalum, arbitrio Judicis, ac pro ſcandali qualitate venit puniendus, ut docet Menochius *lib. 2. de Arbitrar. judic. centur. 6. caſu* 516. *num.* 8. Cum certum ſit dignum eſſe pœnâ illum, per quem ſcandalum venit
20 in Civitatem Divus Matthæus *cap.* 18. ex Chriſti ſervatoris noſtri authoritate ajentis: *Væ homini illi, per quem ſcandalum venit in Civitate.*

SUMMARIUM

1 *Fraudantes vectigalia juſta pro mercibus impoſita peccant contra juſtitiam, & ad reſtitutionem tenentur.*

2 *Creditor Principis, qui aliter non poteſt creditum ſuum recuperare, licitè poteſt facere occultam compenſationem, defraudando vectigalia, quæ alteri locata non ſint, ſed Princeps per ſuos quæſtores exigat.*

3 *Sed an idem facere poſſit Principis creditor, quando vectigalia ſunt alteri locata.*

4 *Negativa ſententia affertur.*

5 *Una ex conditionibus ad juſtam compenſationem eſt, ut res compenſanda ſit propria ipſius debitoris.*

6 *Definitio compenſationis explicatur.*

7 *Compenſantes debent eſſe creditores, & debitores ad invicem.*

8 *Compenſatio fieri debet inter eaſdem perſonas.*

9 *Res inter alios acta aliis præjudicare non debet: & pœna ſuos debet habere auctores.*

10 *Creditor locatoris non poteſt ſibi ſatisfacere ex fructibus fundi alteri locati.*

11 *Sententia ajens aſſeritur.*

12 *Gabellæ, ſeu Vectigalia non debentur directè Publicano, ſeu Conductori, ſed Principi. Conductori verò indirectè tanquam perſonæ Principis ſubrogatæ.*

13 *Qui actum facit nomine alterius, non habet majorem poteſtatem, quàm is, cujus nomine facit.*

14 *Princeps vectigalia locando, eorum emolumentum in conductorem transfert, dominium verò retinet penes ſe.*

15 *Vectigaliū locationes non propriè emptiones-venditiones nuncupantur.*

16 *Jus, quod conductor in vectigalibus adipiſcitur, aſſiduè à jure Principis pendet.*

17 *Effectus aſſiduè ab aliqua cauſa dependens non poteſt ullo temporis momento majorem vim conſequi, quàm ipſa cauſa eo momento habeat.*

18 *Caſus, quo emptori nominis ipſum nomen non ſit obligatum.*

19 *Princeps vendere non poteſt, quod Privato debet.*

20 *Vectigal cum non ſolvitur, nec eſt Principis, nec conductoris, ſed eſt in dominio debitoris.*

21 *Occurritur negantis ſententiæ argumentis.*

22 *Conductores vectigalium ob plurimas ſubditorum fraudes, quas conductores norunt intervenire longè minoris quàm valent, conducunt: & in ipſo conductionis contractus tacitè hæ fraudes comprehenduntur.*

23 Rodriguez in Summ. part. 2. cap. 25. num. 6. *proponitur, & refellitur.*

Fur-

24 *Furtum eſt contrectatio invito domino lucrifaciendi gratia.*

25 *Fructus fundi locati ſunt proprii coloni.*

26 *Idem dicendum de fructibus fundi fructuarii.*

27 *Creditor Principis nequit licitè occultam compenſationem admittere fraudando vectigalia alteri à Principe alienata.*

28 *Niſi dominus eſſet mihi debitor ante alienationem vectigalis factam.*

29 *Creditor ſi annui cenſus damnum debitori dederit, non poteſt cenſum ita vendere, ut debitor non poſſit in illo compenſationem facere, ſi aliter debitum recipere non poſſit.*

30 *Debitor ſicut ſine creditoris conſenſu debitum in alium nequit transferre, ita & creditor, ſi ipſe viciſſim debitor ſit.*

31 *Debitor ſi gratis fundi uſum factum alteri concedat, non poteſt creditor ex eo clam compenſatione uti.*

32 *Occulta compenſatio admittitur præterea in decimis, cenſibus, cæteriſque juribus alteri locatis.*

33 *Principis creditor an poſſit occulta compenſatione uti, ſi antequam Princeps eſſet debitor, vectigalia locaverit?*

34 *Ut in foro conſcientiæ licita ſit compenſatio, debitum debet eſſe actu, non poteſtate.*

35 *Occulta compenſatio an admittatur, ſi antequam Princeps debitor exiſtat Publicano Gabellarum locatio facta ſit ſub tacita conditione, ſi factum fuerit, unde gabella debeatur, & antequam conditio adimpleatur Princeps debitor mihi exiſtat, & denique ipſo jam exiſtente factum fuerit unde debeatur gabella?*

36 *Affirmativa ſententia adſtruitur.*

37 *Contraria opinio exponitur, & confutatur.*

38 *Creditor venditoris non poteſt uti compenſatione in rebus ab ipſo venditis.*

39 *Princeps locando Publicano gabellas, dumtaxat unumquemque ſubditum debitorem conſtituit publicano.*

40 *Gabellæ non ſic ad conductorem attinent à die locationis, ut non pertineant ad Principem.*

41 *Impleta conditione ſi factum fuerit unde gabella debeatur, poſtquam Princeps factus eſt debitor, jus Publicani non retrotrahitur ad tempus locationis.*

42 *Jus Regium ad gabellas non traditur conductori abſolutè, id eſt independenter, ex eo, quod Princeps ſit poſtea debitor, priuſquam factum fuerit aliquid unde actu ipſæ gabellæ debeantur.*

43 *Gabellæ quando ſunt in capite vulgò* encabezonadas, *an tunc fieri poſſit compenſatio, non ſolvendo eas Principi, aut conductori?*

44 *Mos ſolvendi gabellas ſimul omnes vulgò* de mancomun.

45 *Negativa opinio aſſeritur.*

46 *Limitatur in iis, qui non ſunt incapitati.*

47 *Debitores collectarum cum aliis debitis Principis occultam compenſationem facere poſſunt.*

ARGU-

ARGUMENTUM.

Utrùm creditor Principis non potens alia via creditum ſuum recuperare poſſit, facere occultam compenſationem defraudando vectigalia aliis locata?

QUÆSTIO XVIII.

1 SI interdum forſan contingat Principis creditorem, aliâ viâ nuſquam creditum ſuum recuperare poſſe: an ei licitum ſit occultam facere compenſationem, defraudando vectigalia Principis, quì ea alteri tertio locavit? Quod priuſquam tangam, tamquam certiſſimum ſupponendum eſt, quod fraudantes vectigalia juſta, pro mercibus impoſita peccant contra juſtitiam, & ad reſtitutionem tenentur, ut docent Sayr. *Clav. Reg. lib. 9. cap. 16. num. 30.* Vazquez. *Opuſcul. de Reſtitut. §. 3. dub. 2.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 33. dub. 8.* Bonacin. *de Reſt. in gener. diſput. 2. quæſt. 9. punct. 1. propoſit. 1. num. 3.* Bañez. *2. 2. quæſt. 62. artic. 3.* Sylveſter. *Summ. verb. Gabella. 3.* Molina. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 674. num. 3.* Sotus. *lib. 4. quæſt. 6. art. 4.* Toled. *Summ. lib. 5. cap. 73. nu. 3.* Covarruv. in *cap.*
2 *Peccatum. part. 2. §. 5.* Et etiam tamquam indubitatum conſtituendum eſt, quod quando vectigal alteri non eſt locatum; ſed Princeps illud immediatè per ſuos quæſtores recipiat, tunc Principis creditor, qui alter ſibi debitum nanciſci nequit, licitè poteſt vectigalia fraudare, in ſui crediti compenſationem, ut confitetur Delbene in *tract. de Parlamentis dubitat. 15. num. 1.* Nam tunc pleno jure ſunt Principis debitoris, nec ſubditus tenetur amittere, ſeu negligere, quod Princeps ei debet, quam compenſationem unanimiter admittunt Rodriguez. *Summ. part. 2. cap. 75. num. 6.* Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 33. dub. 10.* Graffis *Dec. aur. part. 1. lib. 2. cap. 125. num. 39.* Guzman *Verit. jur. verit. 16. num. 10. in fine.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 8. cap. 1. num. 1.* Bonacin. *de Reſtit. diſput. 2. quæſt. 9. punct. 1. propoſ. 2. num. 12* Turrian. *de Juſtit. diſp. 46. dub. 1. num. 2.* Balmaſed. *de Collect. quæſt. 110. num. 20. & 21.* Machad. *lib. 2. part. 3. tractat. 22. document. 5.* Fagundez. in *7. Præcepto Decalog. cap. 30. num. 1.* Villalobos *tom. 2. tractat. 11. differ. 23. num. 4.* Baſſæus *Verbo Compenſatio nu. 2.* Navarr. *Manual. cap. 17. num. 113.* Mendus *Epitom opinion. moral verbo Gabella. nu. 6.* Hujuſmodi concluſio abſque controverſia ab omnibus Doctoribus admittitur; Sed difficultas noſtræ quæſtionis eſt, quando prædictum vectigal eſt aliis locatum, ut quoque animadvertit Delbene *de Parlament. tract. 6. dubitat. 15. num. 1.* Quia fortaſſis quis aliquam pecuniæ ſummam Principi præſtitit, ut in ipſum vectigalis emolumentum transferat, uſque illud, quod Princeps eo anno, vel ſequentibus erat habiturus, an tunc Prin-

Principis creditor, qui alia via ab eo creditum ſuum conſequi nequit, poſſit facere compenſationem vectigalia fraudando.

4 Huic dubio negativè reſpondendum videtur, videlicet in hoc caſu non eſſe locum compenſationi, non ſolvendo, aut defraudando hujuſmodi vectigalia; quam opinionem ſectantur Rodriguez in *Summ. part. 2. cap. 75. nu. 6.* Giballin. *de Univerſ. negotiat. lib 5 cap. 2. artic. 9 num. 6.* Cordub. in *Summ. quæſt. 95. dub. 3.* Graffis *Dec. aur. part. 1 lib. 2. cap. 125. num. 39.* Reginald. in *Prax. tom. 1. lib. 10. cap. 24. num 383.*

5 Hujus concluſionis ratio eſt, quia una ex conditionibus ad juſtam compenſationem eſt, ut res compenſanda ſit propria ipſius debitoris Azor. in *Inſtitut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 15. verſ. Deinde.* Vazquez *de Reſtitut. cap. 5. dub. 8. §. 1. num. 41.* Molina. *de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 691. num. 1. verſ Quinta.* Trullench. in *Decalog. lib. 7. cap. 5. dub 5. n. 5. verſ. Tertia.* Card. de Lugo. *de Juſtit. tom. 1 diſputat. 15. ſect 5. num. 90.* Leſſ. *de Juſtit & jur. lib. 2. cap. 12. dub. 10. num. 59. verſ. Tertia* Sed ſic eſt, quod vectigalia, & tributa, quæ ſunt cōducta, alteriſque locata, jam nō ſpectant ad Principem, ſed ad ipſos conductores. Ergo hujuſmodi compenſatio fieri non poteſt, quia eſſet facta in rebus alie-

6 nis; quod adverſaretur ipſius compenſationis definitioni; quæ eſt debiti, & crediti invicem inter ſe cōtributio Text. in *l. 1. ff. de Compenſat.* Hoc eſt inter debito-

7 rem, & creditorem, ſed in noſtro caſu compenſationem patiēs & compenſare volens non ſunt inter ſe debitores, & creditores ad invicem Delbene *de Parlament. dubitat. 15. num. 3.* Ergo inter eos juxta *l. 1. ff. de Compenſat.* Locum habere nequit compenſatio. Secunda ratio, quia ſi hæc admitteretur compenſatio extorſoribus damnum non fieret. Sed conductoribus gabellarum juſtarum, quibus nihil eſt aſciſcendum, ex quo juſtas gabellas exigunt, teſte Delben. *tract. 6. de Parlament. dubitat. 15. num. 2.* At compenſatio, ut dictum eſt, non 8
debet fieri, niſi inter eaſdem perſonas; quippe res inter alios acta, aliis præjudicare nō debet Text. in *l. Alium quoque. l. Sæpe conſtitutum. ff. de Re judic.* Text in *l. Nam & poſtea ff. de Jur. Jurand.* Text. in *l. Modeſtinus. ff. de Except.* Text. in *l. Lucius ff. de His qui notant. infam.* Text. in *l Claudius. ff. Qui potior. in pignor. hab.* Et pœna ſuos debet 9
habere authores, & non alios Text. in *l. Sancimus. C. de Pæn.* Text. in *l. Abſentem. ff. Eodem.* Text. in *cap. Quæſivit. de His, quæ fiunt à major. part. capit.* Sed ſi hic locum ſibi vindicaret compenſatio, puniretur gabellarum, ſeu vectigalium conductores non delinquentis, contra juris regulam ſupra poſitam. Ergo ad vitanda jurium correctio debet refelli compenſatio.

Tertia probatur exemplo tra- 10
dito à Sanchez *lib. 2. Conſilior. moral. cap. 4. dub. 48. num. 1.* Quo non citat Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 8. cap. 1. num. 2.* Videlicet, ſi Petrus aliquam mihi debeat pecuniæ quantitatem, & ſuum fundum Paulo locet, nequeo mihi ſa-

ſatisfacere ex fructibus illius fũdi; quoniam non ſpectant ad Petrum debitorem, ſed ad ipſum Paulum conductorem. Igitur idem dicendum in caſu noſtro, ubi non poſſum mihi ſatisfacere gabellas, ſeu vectigalia defraudando, cum non ad Principem locatorem, ſed ad publicanum conductorem pertineant.

11 His haud refragantibus contraria opinio eſt tenenda, ideſt, quod non obſtante conductoris damno, quod tunc ei per accidens obvenit, & præter intentionem compenſantis, poſſit creditor Principis, à quo creditum alia via adipiſci non poteſt, facere compenſationem non ſolvendo, aut defraudando vectigalia alteri locata, quam communem opinionem ſequuntur Leſſius *de Juſtit. & jur. lib.2. cap.33. dub.10. num.75.* Sanchez *lib.2. Conſil. moral. cap.4. dub.48. num.2.* Navarr. *lib.3. de Reſtitut. cap.1. num.247.* Sylveſter *verbo Gabella 3. quæſt.9 num.24.* Fagundez in *Decalog. tom.2. lib.6. cap.10.* Molina *de Juſtit & jur. tom.3. diſput.674. num.10.* Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo* Gabella. *num.6.* Vega *Summ. part.1. cap.15. caſu 8.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.8. cap.1. num.3.* Guzman. *Veritat. jur. verit.16. num.22.* Barthol. à S.Fauſto *Specul. Confeſſ. diſput.33. q.37.* Turrianus *2.2. tom.2. diſputat.46. dub.3. num.2.* Molſeſ. in *Summ. tom.2. tractat.12. cap.22. num.142. & 143.* Malderus in *2.2. tractat. 5. cap.9. dub.16.* Diana *Oper. moral. tom.8. tractat.3. reſolut.147. §. 2.* Maximilian. Fauſt. in *Conſil. pro Ærar. claſſ.18. conſil.87.* Balmaſed. *de Collect. quæſt.110. num. 26.* Bonacin. *de Reſtitut. diſput.2. quæſt.9. punct.1. propoſit.2. num.12.* Ubi refert Vazquez *opuſcul. de Reſtitut. cap.6. §.3. dub.3. num.34.* Vega in *Summ. part.1. cap.15. caſ. 10.* Delbene *de Parlament. dubit. 15. num.5.*

Hujus concluſionis ratio eſt, 12 quia Gabellæ, ſeu vectigalia non debentur directè publicano, ſeu conductori, ſed Principi, & conductori, ſeu publicano indirectè, tamquam perſonæ Principis ſubrogatæ Zamoran. *de Compenſat. diſputat.8. cap.1. num.6.* ut tradidit Cajetan. in *Verbo Vectigal.* At conductor non poteſt in me majus jus, majoremve actionem habere, quam Princeps habet; quip- 13 pe is qui actum facit nomine, & perſona alterius, non habet majorem poteſtatem, quam ille, cujus nomine facit, ut ex Text. in *l. Minor.25. annis. ff. de Procurat.* Text. in *l. Verum. §.1. ff. Pro ſoc.* Text. in *l. Neque per ſe. C. de Hæred. inſtituend.* Perpendit, ac ponderat Sotus. *de Ultim. voluntat. lib.3. tit.17. num.2. ad. fin.* Sed Princeps non habet actionem, nec jus adversùs me, quando mihi debet tantumdem, nec ab eo debitum conſequi non poſſum. Ergo nec Gabellarius jus habebit, ut dixit Sanchez. *lib.2. Conſil. moral. cap.4. dub.48. num.2.*

Secunda ratio eſt, quod quo- 14 ties rinceps vectigalia ſibi debita aliis locat, non transfert in conductorem directum eorum dominium, nec totum jus, ſed dumtaxat uſumfructum, penes ſe dominio retento: nam tantummodò jus emolumenti transfert,

quod Princeps eo anno habiturus erat; & hoc cum aſſidua dependentia ipſius Principis, quatenus hujuſmodi vectigalia tunc ei debentur, ut explanant Navarra, & Vega loc. cit. In noſtro caſu Princeps ad exigenda vectigalia directum jus non alienat, ſed ſolummodo locat, vel pignori tradidit, & tale jus à patrimonio ſuo non præſcindit, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 8. *n.* 5.

15 Et licèt vectigalium translationes perſæpe emptiones, & venditiones nuncupentur, tamen propriè loquendo tales appellari non poſſunt, ſed potius juris impignorationes ad vectigalia, & jus ſemper apud Principem remanet, & eo nomine à conductore exiguntur tamquam creditor ſubrogatus. Quoties Princeps eſt viciſſim debitor, cum non debeant ei vectigalia in ea quantitate, in qua debitor eſt, poterit ſubditus ea non ſolvere, extinguendo compenſatione jus, quod Princeps tunc contra ipſum habet. Quo in caſu non fit in re conductoris compenſatio, ſed in re, quæ directè Principi debebatur Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 8. *cap.* 1. *num.* 5 *in fin.* Cum Princeps hujuſmodi vectigalia locando, non videtur per hanc locationem à ſe abdicare dominium Guzman *Veritat. jur. verit.* 16. *num.* 22. Balmaſed. *de Collect. quæſt.* 110. *num.* 26.

16 Tertia, quia totum jus, quod conductor in vectigalibus adipiſcitur aſſidue à jure Principis pendet: illique aliud non preſtat, niſi illud jus exequendi facultatem; ideoque majus eſſe non poteſt, quàm jus illud; quod Princeps ſingulis momentis per annũ aſſequitur, ut optimè expendit Delben. *de Parlam dubit.* 15. *n.* 7.

Affectus aſſiduè ab aliqua cauſa dependens non poteſt ullo temporis momento majorem vim conſequi; quam ipſa cauſa ipſo momento habeat, ut tradidit Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 10. *num.* 75. Igitur conductor majus jus habere non poteſt ad exigendum à me vectigal, quam illo momento Princeps habebat; eò quia tunc viciſſim mihi eſt debitor in eadem quantitate, quapropter ejus actio compenſatione elidi poteſt, cum transferre nequiret in conductorem jus exigendi à me vectigalia, quia ſimile jus jam exceptionis compenſationis ope extinctum remanet, & ſic conductori non debeantur ea vectigalia, ut ex dicto Leſſii loco citato tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput* 8. *cap.* 1. *num* 10. Et in terminis Delben. *de Parlament. dubit.* 15. *num.* 7. 17

Quarta, ſi Petro centum nũmos debeo, ipſeque mihi debet tantundem, quod recuperare nequeo, & quis hoc debitum, quo Petro teneor emeret, illi emptori ad ſolvendum obligatus non maneo, licèt nummos ipſe deperdat, quos pro eo præſtitit; quia Petrus eſt creditor principalis, in quem jus habebam, ut mihi ſatisfacerem, & cõpenſarem pro eo, quod mihi debebat Sanchez *lib.* 2. *Conſil. moral. cap.* 4. *dub.* 48. *num.* 2. Ergo ex eadem ratione idem dicendum in caſu noſtro, ut benè Zamoran. 18

di-

*diſputat.*8. *cap.*1. *num.*7.

19 Quinta, Princeps nulli vendere, quod mihi debet, quia meum eſt Navarra *de Reſtitut. lib.* 3. *cap.*2. *num.*249. Sylveſter *verbo Gabella* 3. *quæſt.*9. *num.*24. Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Gabella. num.*6. Ergo locando vectigalia ea non alienat. Ergo remanet mihi obligatus. Ergo tamquam inter creditores, & debitores ad invicem locum habere poteſt compenſatio argum. Text. in *l.* 1. *ff. de Compenſat.* Hoc patet, quoniam id, quod Principi debeo vectigalium cauſa, eſt meũ, & non ſuum, quando ipſi tantundem mihi debet; tum quia per juſtam compenſationem in eo caſu efficitur, ut jus, quod habebat contra me, ceſſet, & fiat ferè meum: tum quia dum vecti-
20 gal non ſolvitur, nec eſt Principis, nec conductoris, quorum numquam illud poſſedit Princeps, nec conductor, ſed eſt in dominio debitoris argum. Text. in *l. Scribit. ff. de Aur. & argent. legat.* Qui juſtè illud poſſidet, licèt cum obligatione ſolvendi Principi, qui eſt principalis creditor, & indirectè conductori tamquã creditori ſubrogato. Unde cum dum Principi, vel conductori vectigal non ſolvitur jus, quod habet per compenſationem maneat extinctum, quia Princeps mihi debet tantundem, conſequens eſt, ut Princeps nequeat vendere, ſeu locare illud vectigal, ſive talis vectigalis emolumentum, ſed juſta compenſatio in eo fieri, ac admitti poteſt, ut docet Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*8. *cap.*1. *num.*8. *in fin* Concluſioni noſtræ ſummopere aſpirat id, quod conductor hîc neutiquã damnum patitur, cùm propter ſæpiſſimas ſubditorum fraudes, quas, ipſe intervenire optimè agnovit, multò minoris conducat, quàm vectigal æſtimaretur. Quapropter in ipſo contractu cenſetur paratus eſſe talia ſubire incommoda: præcipuè cum ſoleat per quaſdam confiſcationes rerum in eos, qui deprehenſi fuerunt ſatis compenſari, ut tradidit Delbene *de Parlament. dubitat.*15. *num.*6.

Hujuſmodi concluſione noſtra ſuffulta remanet ad contrariæ opinionis rationes, ac fundamenta reſpondere. Unde non obſtat prima ratio, quia quamvis verum ſit, quod compenſatio debeat fieri in rebus compenſantium, non aliorum, hoc idem fit hic, quia cum ſupra diximus, Princeps locando vectigalia, non transferat dominium in cõductorem, ſed apud ſe manet, creditor Principis non videtur facere compenſationem de rebus conductoris, ſed Principis debitoris Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Gabella. num.*6. Guzman *Veritat. jur. verit.*16. *num.*22. Balmaſed. *de Collect. quæſt.*110. *num.*26. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*8. *cap.*1. *num.*5. & 6. Leſſ. *de Juſtit. & jur. lib.*2. *cap.*33. *dub.*10. *num.*75. Sylveſter *Summ. verbo Gabella* 3. *quæſt.*9. *num.*24. 21

Non obſtat ſecunda, quia nõ eſt verum, quod per hanc compenſationem infertur damnum conductori vectigalium, eò quia ob plurimas ſubditorum fraudes, quas conductores norunt 22 in-

intervenire lõgè minoris, quàm valent conducunt, & in ipſo cõductionis contractu tacitè hæ fraudes comprehenduntur, quare tunc non damnificantur, & ſibi aſciſcantur, ſi fortè pluris emerint, ſeu conduxerint illud jus ad vectigalia, cum talia incommoda voluntariè ſubire patiantur; quod nullo modo nocere debet Principis creditori, qui tunc eſt legitimè excuſatus illa ſolvere Principi; quia poteſt ipſius jus per legitimam compenſationem elidere, ut expreſsè docent Guzman. *Veritat. jur. verit.* 16. *num.*22. Bonacin. *de Reſtitut. diſputat.*2.*quæſt.*9.*punct.*1 *propoſit.*2 *num.*12. Leſſ. *de Juſtit.& jur. lib.*2. *cap.*33. *dub.*10. *num.*75. Diana *tom.*6.*Oper. moral. tractat.*3. *reſolut.* 147.§.3. Sylveſter *Summ. verbo Gabella* 3.*quæſt.*9.*num.*24. Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*8. *cap.*1. *num.*4. Navarra *de Reſtitut. lib.*3. *cap.*1. *num.*248. Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Gabella. nu.*6.

23 Nec ſatisfacit Rodriguez in *Summ. part.*2. *cap.*75. *num.*6. Ubi aſſerit, quod quamvis emant minori pretio ob frequentes fraudes, non tamen deſinunt ideò peccare has fraudes committentes, à quibus juſtè petitur tributum; & licèt conductores tacitè conſenſiant in fraudes, non debet intelligi de fraude, quæ committitur ratione compenſationis factæ ratione damni accepti à Principe; ſed ratione fraudis, quę contingit in negligentia collectionis, & inquiſitione collectorum; quia reſpondetur, quod ſi poſſet dari peccatum in hoc caſu eſſet ex cauſa furti, cum Principis creditor vectigalium conductori furari videatur; ſed fur- 24 tum eſt contrectatio rei alienæ invito domino lucrifaciendi gratia Text. in *l.*1. *in fine. ff. de Furt.* Ergo quoties aliquid domino conſentiente apprehenditur, à contrario ſenſu ducto argumento furtum committi nequit; ſed hic conductores conſentiunt in hujuſmodi fraudes, ut dicunt Zamoran. *de Compenſat. diſput.*6. *cap.*8. *num.*4. Diana *tom.*6. *Oper. moral. tractat.*7. *reſolut.*147. §.3. Guzman. *Veritat. jur. verit.*16. *nu.* 22. Balmaſed. *de Collect. quæſt.*110 *num.*26 *in fine.* Ergo ſi fraudantur, quæri non debent, quia volenti non fit injuria Text. in *l.*1. §. *Uſquequo. ff. de Injur.* Text. in *l.*1 *ff. de Act. empt.* Nec eſt tuta illa limitatio prædicti Rodriguez dum dicit, quod conſentiunt in fraudes, quæ accidunt negligentia collectionis; ſecus verò in eas, quæ ratione damni accepti à Principe fiunt Nam reſpondetur, quod cum hæc coarctatio non exprimatur in contractu cõductionis, ad omnes fraudes tenentur, omniaque incommoda ex fraudibus provenientia ſubire debent, ad tradita per Guzman. *Veritat. jur. verit.*16. *num.*22. cum ſupra relatis.

Non obſtat tertia ratio de fru- 25 ctibus fundi, nã reſpõdetur quod illi non ſunt creditoris, nec illos poſſidet, nec ſunt debitoris; ſed ſunt inquilini; at nummi, quos debeo Principi ſunt mei argument. Text. in *l. Scribit. ff. de Aur. & arg. legat.* Illoſque poſſideo, cũ obligatione directè Principi ſolvendi; & gabellario, tamquam ſub-

ſubrogato; Ideoque ſi excuſor ab obligatione ſolvẽdi Principi; excuſabor ab obligatione ſolvendi Gabellario. Sanchez *lib.2. Conſil.moral.cap.4.dub.10.num.2. in fine* Ubi refert Sylveſt. *Summ. verbo Gabella.3. quæſt. 9.* Et inter hanc tertiam adverſæ opinionis, & caſum noſtrum diſparitatem aſſignat Zamoran.*diſput.8.cap.1.nu.9.*

26 Quia quoties alicui fundi uſuſfructus cõceditur, fructus, in illo nati illico fiunt ipſius, quoniã ſub juſta ejus poſſeſſione naſcuntur; Nam fructus nati ex agro alieno alteri locato, ſeu ad uſumfructum conceſſo, ſtatim ad conductorem ſeu uſũfructuariũ ſpectant Text. in *Princip. Inſtitut. de Uſufruct.* Vazquez.*Opuſcul.de Reſtit.cap. 6. §.3.dub. 3. num. 39. & 44.* In his enim fructibus compẽſatio juſta admitti nequit, pro illo debito, quo locator. compenſanti tenetur, eò quia nec directè, nec indirectè ſunt locatoris; ſed dumtaxat conductoris, vel uſusfructuarii, in cujus poſſeſſione naſcuntur. In noſtro verò caſu adeſt diverſa ratio, quia vectigalium fructus Princeps, vel locator non poſſedit, cum ex me; ſecùs ex prædio ſint percipiendi. Ideoque antequam ſolvam Principis locantis dici nequeunt, quia ſub ejus juſta poſſeſſione nati non ſunt; ſed ſunt mei, tam quoad dominium, quàm quoad poſſeſſionem. Unde licèt hujuſmodi vectigalia Principi debeantur, vel locatori; attamen ſi ei tantũdem alia ex cauſa mihi debeant, unum debitum cum alio tuta conſcientia compenſare poſſum defraudando, vel non ſolvendo vectigalia, quamquam ſint aliis locata Zamoran. dicta *diſput. 8. cap.1.num.9.in fine.*

Limita noſtram principalem 27 concluſionem, quando Princeps locando vectigalia transfert dominium in conductorẽ per alienationem, non retento apud ſe directo dominio, quippe ſi tunc poſt factam illam alienationem, dominus ex aliqua cauſa mihi debitor fieret, non poſſem facere compenſationem non ſolvendo poſteriori domino, ut tradunt Delbene.*de Parlament.dubitat.15. num.9.* Leſſ.*de Juſtit. & jur. lib.2. cap.33.dub.10.num.76.verſic. Secus tamen.* Guzman.*Veritat jur.verit. 16.lib.21* Zamoran.*de Compenſat. diſput.8.cap.1 num.12* Bonacin. *de Reſtit.diſput.2.quæſt.9.punct. 1. propoſit.2.num.12. verſ. Addo.* Ubi refert Molinam. Et ratio excludendi compenſationem eſt, quia alias admitteretur de bonis non creditoris, ſed alterius, quo caſu illicita eſt, ut notat Guzman.loc. cit. Tunc enim ſolutio priori domino fieri non debet, cum ad eam jus non habeat ſuppoſita juris alienatione, ut dicit Zamoran. ubi ſupra. Hæc limitatio non procederet, quoties prior dominus 28 eſſet mihi debitor ante alienationem factam, quia tũc poſſem facere compenſationem, cujuſmodi vectigal poſteriori domino nõ ſolvendo Leſſ.*de Juſtit.lib. 2. cap. 33.dub.10.num.76.verſ.Secus tamen* Zamoran.dicta *diſput.8.cap.1.n.13.* Quoniam prior dominus in meum præjudicium alienare non potuit, alteri adversùs me jus concedendo, ſi in eadem quantitate ipſe erat mihi debitor. Hoc enim

enim rem meam vendere eſſet Syl veſter. *Summ. verbo Gabella 3. quæſt. 9.* Et Princeps, quod meum eſt vendere nequit Mendus *Epitom. opinion moral. verbo Gabella. num. 6* Quod injuſtitiam ſaperet, nam quod juſtè poſſideo eſt meum, dum non ſolvitur vectigal, & jus vendentis, ſeu alienantis, quod contra me habebat, fit meum per compenſationem, qua mediante, ita extinguitur ratione debiti, quo ipſe viciſſim mihi tenetur, vel ratione juris, quod adversùs eum habeo, tamquam ſi fieret meum. Leſſ. & Zamoran. ubi ſupra.

29 Unde ſi tibi debeam annuum cenſum 100. aureorum, & tu mihi, injuſtè damnum pluris æxtimatum intuleris, vel minoris, nequis illum cenſum ita vendere, ut ego non poſſim in illo compenſationem facere, ſi aliter à te meum debitum recuperare non poſſim, ut quoque tradidit Delbene *de Parlament. dubitat. 15. n. 9.* Quippe ratione juris, quod in te habeo, jus extinguere poſſum juxta propoſitionē debiti; quip-
30 pe ſicut debitor, ſine creditoris conſenſu debitum in alium nequit transferre; ita creditor jus ſuum in alium transferre non poteſt, quando ipſe viciſſim eſt debitor, quia hoc eſſet, cum alterius gravamine Zamoran. *de Compenſat. diſput. 8. cap. 13. num. 13. in fine.* Non obſtat ſi dicatur,
31 quod ſi tu mihi ſis debitor, & gratioſè, ſeu pretio mediante Titio agri tui uſumfructum concedas, nequeo ex eo clam compenſatione uti; igitur neque ex cenſu, quem tibi debeo, ſi alteri ejus uſum conceſſeris, quia reſpondetur negando conſequentiam, quoniam agri tui uſufructu conceſſo, fructus enati illicò ad uſufructuariū, vel conductorem attinēt: at ſi cenſus uſumfructum concedas, quem cenſum tibi debeo; illius cenſus fructus minime uſufructuarii efficiūtur, ſicut nec tui priuſquam conſignentur; ſed remanent in dominio meo; igitur eos retinendo alienum non uſurpo, ſed retineo meum in quo tu jus etiam habebas, ſed illud jus pari jure extinguitur, ac compenſatur, ita Delbene *de Parlament. dubitat. 15. num. 10.* Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 33. dub. 10. in fine.*

Noſtra principalis concluſio 32
non ſolum procedit in vectigalibus, ſed quoque debet intelligi in decimis, ac cenſibus, cæteriſque juribus alteri locatis. Nam in his admittitur compenſatio Leſſius *loc. cit. num. 76* Zamoran. *diſput. 8. cap. 6. num. 12.* Bonacin. *de Reſtitut. quæſt. 9. diſput. 2. punct. 1 propoſit. 2. num. 12.* Ubi refert Molinam.

Quid dicendum ſi jam eſſet 33
facta locatio publicano, juris tributorum, ac Gabellarum, antequam Princeps eſſet debitor; poſſit nè ille, cui Princeps tantundem poſtea debet facere compenſationem occultam in tributis, & gabellis publicano locatis?

Huic dubio reſpondetur, quod ſi antequam Princeps debeat erat jam facta locatio juris vectigalium publicano, & cum eo, qui tributum debet initus contractus, vel factum aliquid unde

de

de jam deberetur gabella, ſeu tributum, tunc compenſatio locum habere non poteſt pro eo, quod Princeps poſtea debet], ut docent Vazquez *opuſcul. de Reſtitut. cap.6 §.3. dub.3. num.32.* Zamoran. *de Compenſat. diſputat.8.*
34 *cap.2. num.1.*] Ratio eſt, quia ad hoc, ut in foro conſcientiæ licita ſit compenſatio, debitum eſſe debet in actu, non in potentia. Cardinal. de Lugo *tom.1. de Juſtit. & jur. diſput.15. ſect.5. num.93.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.2. cap.2. num.4.* Diana *Oper. moral. tom.6. tract.3. reſolut.148. §.1.* Guzman. *Veritat. jur. verit.16. n.19.* Sed hic debitum non eſt in actu, quoniam Princeps antequam eſſet mihi debitor, locavit jus tributorum, quod ſuum erat publicano, cui ab eo die locationis ſumus debitores ſub conditione implicitè, ſi contractus factus ſit, vel quid aliud, unde de lege gabella ſolvenda veniat, quo facto jam publicano debitores ſumus in actu, cui conductori Princeps ceſſit jus ſuum, quod per æqualis debiti compenſationem non erat extinctum. Ergo non poteſt locum ſibi vindicare compenſatio in eo, quod jam actu eſt debitum cõductori, pro eo, quod poſtea Princeps ſibi debebat Zamoran. *dicta diſput.8. cap 2. num.1. in fin:* Vazquez *de Reſtitut. dicto cap.6. §.3. dub.3. num.32.* Ubi aſſerit non obſtare ſi dicatur, quod quoties Princeps jus vectigaliũ locavit, ſub tacita conditione ipſo facto, jureque naturali locavit, modo quis facere poſſet compẽſationem debiti ab ipſo Principe. Quippe reſpondet Principem ab initio jus ad vectigalia abdicaſſe, & alteri tradidiſſe, unde debita, ad quæ poſtea Princeps tenetur, compenſari non poſſunt; Quod placet Zamorano, dummodò conditio, ſub qua publicano actu gabella debetur adimpleatur, priuſquam Princeps debitor eſſet. Nam tũc jam illi jus eſt quæſitum, quod per debitum Principis poſtea contractus tolli non poteſt.

Si antequam Princeps debi- 35
tor exiſtat, publicano gabellarum locatio ſit facta ſub implicita conditione, ſi factum fuerit, unde gabella debeatur, & antequam cõditio adimpleatur Princeps debitor mihi exiſtat; & denique ipſo jam exiſtente factum fuerit, unde debeatur gabella; quo in caſu cum conditio, ſub qua gabella debetur adimpleatur, poſtquam Princeps mihi eſt debitor; tunc oritur major dubitatio, an poſſim uti compenſatione, pro illo debito, quo in ejuſmodi gabellis publicano locatis, Princeps mihi tenetur? Vazquez. *dict. cap.6. §.3. dub.3. nu.33. & 34.* Utrumque defendi poſſe teſta 36
tur; ſed mihi videtur poſſe tnnc fieri licitam compenſationem in gabella locata publicano; dummodo poſt factam venditionem, vel permutationem, in actu Principi deberetur, ob rationes traditas quæſtione præcedẽti. Quod procedit, niſi ille alia via viciſſim eſſet debitor, & hanc partem ſibi validè probari fatetur Zamoran. *de Compenſat. diſputat.8. cap.2. num.3. in fine.* Secundam problematis partem probat Vazquez. loc. cit. Quippe ſi Princeps antea- 37
quam

quam eſſet debitor jus gabellarũ locavit; licet ab eo tempore conductori debeatur, ſi factum fuerit unde gabella debeatur; tamen conditione jmpleta jus ad gabellas retrottahitur, ad tempus locationis. Conductor gabellarum, non conduxit, cum hac conditione, ut interim Princeps non fiat mihi debitor, ſed abſolutè eidem publicano traditur jus regium, ut ex nulla conditione dependeat, ut ipſi competat tributa colligere, ita ut a die locationis, nihil juris gabellarum; nec tributorum ad Principem ſpectet, ſed ad publicanum; ergo conſequens eſt, ut in tali gabella non poſſit fieri compenſatio, debiti Principis, quod fuit contractum poſt factam vectigaliũ locationem; aliàs liceret facere compenſationem de debito mei creditoris, ex aliena alterius ſubſtantia, quam ipſius creditoris, quod dici non poteſt.

Sed his non obſtantibus contrarium eſt tenendum, videlicet quod fieri poſſet compenſatio, non ſolvendo publicano gabellam, pro debito quod habeo contra Principem, quamvis tale debitum contra ctum ſit poſt locationem vectigalium Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 8. cap. 2 nu. 5.* Vazquez. *de Reſtitut. cap. 6. §. 3. dub. 3. num. 27.* Et hæc eſt vera ſententia, non obſtante quod adverſùs eam dicatur; quod ſi aliquis mihi debitor eſſet, & in bonis ejus occultè compenſationem facere poſſem; tamtundem ex eis accipiens, & is bona ſua, ex quibus facere poſſem illam compenſationem alicui vendidit, jam ſanè tali compenſatione, uti nequeo, quia ementi fieret injuria, vel cui donata fuerint, dum tamen alias potens ſolvere maneat debitor. Ergo idem dicendum in præſenti, quippe ſi Princeps locavit alicui gabellas, in ejus præjudicium compenſatio fieri non poteſt, ob debitum, quod alias Princeps debebat.

Huic objectioni reſpondetur, ac rationis diſparitas aſſignatur. Nam ille, qui debitor erat, & bona ſua alienavit, in alium dominium tranſtulit, igitur ex illis compenſatio fieri non poteſt, ob alterius debitum, quia hoc eſſet ex alienis invito domino auferre, quippe res illæ reſtitutioni debiti non ſunt obnoxiæ, ſed creditoris perſonæ Vazquez. *de Reſtitut. dict. cap. 6. §. 3 dub. 3. num. 36.*
36 Princeps verò locando alicui publicano gabellas, dumtaxat unumquemque ſubditum debitorem conſtituit gabellarum ei publicano; unde ſi aliquis Principem creditorem habet, à quo facilè haud debitum recuperabit, compenſationem faciet, non ſumendo alienum, quod alteri à Principe ſit datum, ſed retinendo debitum Principis, quod publicano dare non potuit, quoad dominium, ſed ſolum, jus ad illud, quod ad Principis dominiũ, non pertinebat, ſed tantùm jus ad tributa habebat, quod publicano per locationem præſtitit. Ergo ideò fit compenſatio detinendo debitum gabellarum, in præjudicium publicani, quia non accipitur alienũ, quod eſſet jam in actu publicani quoad dominiũ, ſed per eam compenſationem

quis

quis debito excuſatur, quo publicano teneretur vectigal reddere, quoniam excuſatur tempore ſolutionis à debito Principe ipſi tribuendo, ſi ille ſibi tributa collegiſſet; cujus loco publicanus ſubrogatur; ideoque compenſatio non fit de alieno, ſed de propriis bonis, ut benè Vazquez. *dict. cap. 6. §. 3. dub. 3. num. 36. in fine ubi num.* 37. Concludit licitam eſſe compenſationem detinendo debitum gabellarum, etiam in damnum conductoris, ſive prius fuiſſet debitum Principis, quàm locatio gabellarum, ſive poſt locationem antequam aliquid fieret, unde actu, & abſolutè gabella deberetur; ſive poſt factum, unde jam deberetur gabella eſſet contractum. Quippe Princeps locando gabellas in conductorē directum dominium non tranſtulit, aut jus totum illas agendi; ſed tantummodò uſumfructum, penes ſe directo dominio retento; & jus exigendi gabellas quam publicanus tunc adipiſcitur aſſiduè dependet à jure Principis, ut dicit Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 33. dub.* 10. *num* 75. *&* 76. Et quatenus hæ ei debentur; ita ut jus Principis elidi poſſit compenſatione ob aliud ipſius
40 debitum; Denique gabellæ non ſic ad conductorem attinent à die locationis, ut non pertineāt ad Principem habentem directum dominium, itaut ſi dum adimpletur conditio, ſub qua gabellæ debentur Principi, viciſſim mihi ſit debitor in iis compenſationem facere potero Zamoran. *de Compenſat. diſput. 8. cap. 2. num. 5. ad medium.* Ubi dicit, quod non eſt verum, quod im- 41
pletâ conditione, poſtquam Princeps factus eſt mihi debitor, jus publicani retrotrahitur ad tempus locationis, ut voluit Vazquez *de Reſtitut. cap. 6. §. 3. dub. 3. num. 33.* Quoniam Zamoranus loco citato ait, unde hoc conſtat? & ſubnectit, nec eſſe verum jus regium ad gabellas 42
traditum eſſe conductori abſolutè, ideſt independenter ab eo, quod Princeps ſit poſtea debitor, priuſquam factum fuerit aliquid, unde actu ipſę gabellæ debeantur; quippe dicit eam dependentiam eſſe conditionem neceſſariò imbibitam in ipſa rei natura, ideoque in noſtro caſu attendendam.

Quid dicendum quando ga- 43
bellæ ſunt incapitatæ, vulgo *encabezonadas*, an tunc fieri poſſit compenſatio non ſolvendo eas Principi, aut conductori?

Solet pluribus in locis ad ſol- 44
vendas Principi gabellas conveniri, ut omnes ſimul, vulgò *de mancomun*, ad eas inſolidum teneantur, ex pacto inter eos inito; ita quod ſinguli, quod ita cōvenerunt, ad illius ſummæ ſolutionem contribuere debeant, ut dixit Zamoran. *de Compenſat. diſput. 8. cap. 3. num.* 1. Ideoque meritò oritur dubitatio, an illi, qui ita convenerunt, & in quibus gabellæ ſunt incapitatæ, poſſint eas defraudare compenſationis cauſa non ſolvendo Principi, aut publicano gabellas, aut earum partem, ſi Princeps tantundem eis ex alia cauſa debeat.

Cui difficultati negativè con- 45
tra compenſationem reſpondetur,

tur, quippe illi, in quibus ſunt incapitatæ gabellæ nequeunt uti compenſatione, non ſolvendo, licèt Princeps ex alia cauſa tantundem eis debeat, ſic Sanchez *Conſil moral. cap.4. dub.48. num.3.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.8. cap.3.num.2.* Ratio eſt, quia ſi hic haberet locum compenſatio fieret de rebus non debitoris, ſed tertii, quod dici nequit, argum. Text.in *l 1.ff.de Compenſat* Fieret enim in præjudicium ſociorum, qui tunc plus contribuere compellerentur, ad hoc, ut ſummam conventam integram Principi ſolvatur, juxta pactum inter ipſos initum; quippe quando gabellæ incapitantur ſocii non ſe habent ſicut quidam tertius, aut publicanus, qui Principis nomine recipit, ut benè advertit Sanchez. Sed omnes ſimul ex pacto inito Principi ſolvunt, vulgò *de man. omun*, & in ſolidum, ei tenētur. Unde quod unus ex ſociis defraudat, non vergit in præjudicium Principis, ſeu publicani, idem jus habentis, quod Princeps; quippe hi habent ſecuram ſolutionem conventionis factæ, ut notavit Zamoran. dict. *cap. 3. num.2.in fine.* Sed cedit in damnū, reliquorum ſociorum, qui injuſtè relinquuntur gravati plus, ſolvere, quàm inter ipſos fuerit conventum, veluti ſi eſſem fidejuſſor Petri, pro aliquo debito, & ipſe nollet ſolvere eo, quod creditor deberet illi tantùmdem; illicitè faceret; quia mihi fidejuſſori noceret, ita in caſu noſtro.

46 Limita hanc concluſionem in iis, qui non ſunt incapitati, nam iſti licitè poſſunt facere compenſationem defraudando gabellas, ſi tamtumdem Princeps illis debeat Sanchez. *lib. 2. Conſil. moral. cap 4 dub 48.num.3.* Zamoran. *diſputat.8.cap. 3 num. 3.* Nam tunc per accidens reſpectu eorum, hi qui ſunt incapitati magis ſolvere gravantur, cum minimè ex pacto ad illius conventionis ſummam teneneantur; Et incapitati, reſpectu horum, qui incapitati non ſunt in hoc caſu ſe habet, ſicut gabellarius, ſiquidem illi omnes jus exigendi gabellas à Principe emerunt Sanchez, & Zamoran.ubi ſupra.

Pro hujus quæſtionis fine ſub- 47
nectendum eſt debitores collectarum, cum aliis debitis Principis occultam compenſationem facere poſſe, ut docuit Balmaſeda.*de Collect.quæſt 110.num.20.*

SUMMARIUM

1 *Reus quando teneatur ad reſtitutionem?*

2 *Compenſatio an locum habeat inter ea, quæ non actu; ſed potentia debentur.*

3 *Reus negando crimen, legitimè interrogatum, opponitur juri quod habet is, cui talis pœna applicanda erat.*

4 *Impediens vi, aut fraude aſſequutionem rei, & ſi non debitæ, ad ejus reſtitutionem tenetur.*

5 *Pœna tum debetur, cum ſit aliquod intereſſe, ad quod aliquis alius jus habet.*

6 *Reus crimine interrogatus negans in bonis actoris occultam compenſationem facere valet; cum hoc liquido ſciat.*

7 San—

7 Sanchez. opinio de compenſatione quæ ſit?

8 *Delinquens, ob delictum habens bonorum confiſcationem, non tenetur ante judicis ſententiam ea tradere fiſco.*

9 *Debitum, cùm actuale non eſt compenſari non poteſt.*

10 *Actor compenſationem occultam in foro poli facere non poteſt in bonis rei ante judicis ſententiam.*

11 *Hæreticus, qui ſe defendit falſis teſtibus, ad impediendam judicis ſententiam, ad quam connexa eſt confiſcatio; non tenetur ad reſtitutionem; ſi jam evitaverit hoc, licet injuſtè.*

12 *Hæreicus falſis teſtibus ſe defendendo, ad evitandam confiſcationem ſuorum bonorum, peccat contra juſtitiam commutativam.*

13 *Uxor legitimè accuſata de adulterio, ſi falſis licet teſtibus ſe defendat, minime tenetur viro dotem tribuere.*

14 *Vir non certè ſciens adulterium Uxoris, non poteſt compenſationem in ejus bonis facere.*

15 *Compenſatio occulta in bonis* Uxoris *ob adulterium tunc viro conceditur, cum conſtet de innocentia ejus.*

16 *Uxor impediens ſententiam judicis ad quid erga virum teneatur?*

17 *Advocatus rei, hunc defendens contra quemlibet, licet falsò: an aliquid actoribus compenſare teneatur?*

18 *Pœna ante judicis ſententiam danda non eſt.*

19 *Advocatus fraude reum defendens, quamquam Reipublicæ injuriam faciat pervertendo publicum judicium; non ideo injuriã infert cui lucrum applicandũ erat.*

20 *Injuria Reipublicæ lata cum tantummodò legalem juſtitiam violet, ideo ad reſtitutionem haud obligat.*

21 *Teſtis falſus reum defendens, nec Fiſco, nec cuilibet actori tenetur,* ſecundum Sayrum.

22 *Advocatus fiſcalis an fiſco emolumenta compenſare teneatur ejus cauſæ, cujus ob negligentiam, vel ob non fidelitatem, pœnam conſequutus non fuit?*

23 Opinio Salonis de advocato fiſcali.

24 *Fiſcus, cum liquidò ſciat negligentiam ſui advocati, licitè poteſt in ejus bonis compenſationem facere.*

25 *Advocati fiſcalis officium non mulctas exigere eſt: ſed ut vigilanter leges obſerventur.*

26 *Cuſtodes non accuſantes eos, qui deliquerunt adversùs aliquam rem pœna conſtitutam; ad reſtitutionem non tenentur.*

27 *Cuſtodum eſt non aucupare delinquentes, ſed ut vectigal ſolvatur; ideoque ad reſtitutionem non tenentur: ſed damna tantũmodò compenſare illata.*

28 *Cuſtodum omiſſione vectigal non ſolutum, ipſi ſolvere debent.*

29 *Cuſtodes non accuſantes eos delinquentes, contra quos ſtatuta eſt aliqua pœna, eam compenſare tenentur.*

30 *Judex non condemnans, & Procurator fiſcalis non accuſans an ad aliquid teneantur ergà fiſcum?*

31 *Advocatus talitèr defendens ſuum clientẽ, quod actor vincere nequivit, an teneatur iſti aliquid dare?*

32 *Advocatus tenetur pro cliente facere: nec ad ejus præjudicium cauſam facere.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Reus pænam pecuniariam meritus, ſi juridicè interrogatus neget verum crimen, ob quod ea pæna juſtè erat plectendus, teneatur in foro conſcientiæ illam ei reſtituere, cui erat applicãda: ita ut hic poſſit uti occulta compẽſatione?

QUÆSTIO XIX.

1 Reum in hocce themate, nuſquam ad reſtitutionẽ teneri videtur affirmandum, præcipuè ſi pœna ipſo jure non ſit impoſita, ſed ferenda per judicẽ, quo in caſu pena non debetur actu; ſed potentiâ, videlicet poſt ſententiam judicis. Ideoque nihil reſtitui debet. Igitur compenſatio hîc locum habere nequit, cum ea, quæ non in actu; ſed
2 potentiâ debentur compenſari non poſſunt, ut ſuo peculiari loco dicam. Quapropter contrarium ſectandum nonnulli ſuſpicantur, ſcilicet teneri reum reſtituere, ſeu ſolvere pœnam illi, cui erat per legem applicanda, ſive pœna ipſo jure imponatur, ſive imponatur per Judicis ſententiã, ut amplectuntur Caſtrus *de Leg pœnal. cap.* 12. *§. Ex his*. Sotus *lib.* 1. *de Juſt it. & jur. quæſt.* 6. *art.* 6. *ante* 5. *concluſ.* Molina. *tom.* 1. *diſputat.* 95.

Hujus aſſertionis ratio eſt, 3
quoniam reus negando crimen, de quo legitimè interrogatur, opponitur juri, quod habet is, cui talis pœna applicanda erat, dum impedit, nè pœnam illam illi per juſtam ſententiam debitam conſequatur; quod juſtitiæ commutativę reluctatur, ideoque obligationem reſtituendi inducit. Eodem modo impediens 4
injuſtè vi, aut fraude aſſequutionem rei, licèt adhuc non debitæ, reſtituere quidèm tenetur. Non obnititur id, quod ſupra pro adverſæ partis tuitione retulimus Nam reſpondetur, quod pœna tunc minimè debetur, quatenus præcisè eſt pœna. Sed quatenus eſt quoddam intereſſe, ad 5
quod Fiſcus, vel alius aliquod jus habet, delinquentis crimine ſuppoſito. Quippe intereſſe illud injuſtè per reum impeditur negando crimen. Quapropter Fiſcus, vel aliquis alius, cui pœna 6
illa eſſet applicanda, ſi ei tunc liquidò conſtaret, reum legitimè interrogatum, abnegaſſet crimen, ob quod eâ eſſet plectendus pœna, poteſt facere occultam compenſationem ejus, quod certò erat ipſis applicandum, ſive pœna ipſo jure, ſive per Judicis ſententiam imponeretur, ut dicit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 6. *cap.* 3. *num.* 2. Quam opinionem ſatis probabilem, ac legitimam 7
nuncupat, & adverſam Thomæ

San-

Sanchez aſſerentis ad juſtam compenſationem nequicquam ſufficere, quod ſit probabile, aliquem tunc reſtituere teneri, ſed quod ſit certum, ac luce meridianâ clariùs. Aſt mihi, ut verum confitear, neutiquam opinio Zamorani mihi arridet, quoniam ante Judicis ſententiam delinquens, ob delictum habens an-
8 nexam bonorum cõfiſcationem, non tenetur bona Fiſco tradere, ut fusè dicam, quum agam, an Fiſcus poſſit facere occultam compenſationem in bonis delinquentis ante Judicis ſententiam.

9 Igitur cum debitum in actu non ſit, compenſari non poteſt Text. in *l. Si conſtat.* 4. *C. de Compenſat.* Text. in *l. Quod in diem .ff. eodem titul.* Cognovit ſanè Zamoranus hanc noſtram ſententiam probabiliorem eſſe, dum in dicta *diſputat.6.cap.3. num.2. in fine*. Dixit, quod erat ſua opinio probabilis: at poſtea in calce prædicti capitis tertii optimè concludit, probabiliorem eſſe opinionem noſtram; nimirum, quoties agitur ad pœnam is, cui illa erat applicanda; ante Judicis ſententiam condemnatoriam, contra eum, qui juſtam condemnationem impedivit, in foro conſcientiæ compenſationem occultam facere non poteſt, quoniam tunc nihil ei actu debetur.

11 Huic opinioni noſtræ ſuffragatur, quod hæreticus, qui ſe falſis defenditur teſtibus ad impediendam juſtam condemnationem, ac confiſcationem ſuorum bonorum, non tenetur ad reſtitutionem, nec Fiſcus in ejus bonis occultam compenſutionem facere poteſt; quoniam hæreticus iſte adversùs commutativam juſtitiam in ordine ad illum, cui erat pœna applicanda, nequaquã peccavit, ſed ſolummodò contra 12
legalem juſtitiam, ac obedientiam Judicis. Ergo idem aſſeverandum eſt de aliis delinquentibus verum crimen abnegantibus; quia ſi confiterentur delictum, aliquâ eſſent pœnâ plectēdi. Opitulatur quoque quod ſi 13
uxor legitimè de adulterii crimine accuſata ſit, & falſis teſtibus ſe tueatur, vel falsè viro ſimili facinus objectet, & ob id abſolvatur, minimè tenetur viro dotem tribuere, nec cætera omnia, quæ ob uxoris adulterium vir conſequuturus, ac lucraturus erat. Quo circa in illo caſu maritus adver- 14
sùs uxorem occultam compenſationem facere non poteſt, ut docuit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.6.cap.4.num.2.* Ratio quare hujuſmodi compenſatio refellatur eſt, quoniam amiſſio à jure 15
ſtatuta bonorum uxoris ob adulterium in favorem viri innocentis; eſt quædam pœna, quę haudquaquam debetur; niſi poſtquàm Judicis lata fuerit ſententia. Ideoque uxor hanc juſtam impediēs 16
condemnationem, ad nihil aliud tenetur viro, niſi ad expenſas factas illius injuſtè defenſionis cauſâ, & ad famæ illi injuſtè demptæ, ſi vir forſan tunc incurrit illam, teſte Zamorano ubi ſupra.

Nec etiam rei advocatus, qui 17
illum adversùs Fiſcum, vel quēlibet alium fraudibus teſtatur, contrave quemvis, cui pœna applicanda erat; lucrum, quod ex damno eis proveniſſet, ſi talis ad-

vocatus reum haud defendiſſet, illis minimè compenſare tenetur, ut dixit Leſſius *lib.2.de Juſtit.& jur.cap.31.dub.8.num.50.* Siquidèm advocatus, partes illius, cui erat applicanda pœna, agere nuſquã tenetur: & pœna non debetur Fiſco, necnon cuivis alio ante
18 Judicis ſententiam: & ſicuti ante ſententiam reus non tenetur hoc lucrum compenſare Fiſco, nec aliis, quibus erat pœna applicanda: ita nec tenetur advocatus, qui reo favet, eis illud lucrum compenſare Zamoran. dicta *diſputat.6. cap.4. num.3.* Nec
19 obſiſtit, quod fraude reum defendat, quia licèt per fraudem Reipublicę injuriam inferat, quatenus publicum judiciũ pervertit: attamen is, cui erat lucrum applicandum injuriam minimè facit, quæ quidem injuria Reipublicæ facta minimè ad reſtitutionem obligat, quia juſtitiæ com-
20 mutativæ non adverſatur, in ordine ad eum, qui tali lucro privatur: ſed tantùm juſtitiæ legali obluctatur, quæ violatio haud obligat ad reſtitutionem. Subdidit etiam Leſſius factam injuriam in ſubornando falſum teſtem ad ejus defenſionem, ſcilicet, ut evadat pœnam refragari juſtitiæ legali: ſecus verò commutativæ. Ideoque ex hoc capite minimè tenetur hanc pœnam fiſco compenſare; nec alii.

21 Nec falſus teſtis ſecundùm opinionem Sayri tenetur fiſco, actori, vel parti ad hujuſmodi pęnæ compenſationem, ſi juridicè interrogatus, reum defendat, negando, vel occultando illius delictum; & prout reus ante ſententiam eam pœnam compenſare non tenetur; nec teſtis ipſam compenſare tenebitur. Quid ve- 22
rò dicendum ſit de Advocato fiſcali, cui illa pęna erat applicanda: an intereſſe, ſeu emolumentum ejus pęnæ, ſi negligenter, vel non fideliter ejus cauſam geſſit, fiſco compenſare teneatur? Non 23
pauci, & præſertim Salon. affirmativum placitum inſequuntur, nempe Advocatum fiſcalem teneri compenſare fiſco hæc emolumenta, cum fiſci commodis ex officio conſulere teneatur.

Hinc ſuperaddunt, quod ſi fi- 24
ſco liqueat clarè de fraude, vel Advocati fiſcalis negligentia ob quam cecidit cauſa aliàs juſta, poſſit fiſcus uti compenſatione occulta contra Advocatum fiſcalem. Contrariam profectò ſententiam ſectantur, ac veriorem arbitrati fuere Leſſius. *lib.2.de Juſtit. & jur.cap. 31. dub. 8. num. 51.* Zamoran. *de Compenſat.diſputat.4. cap.4, num.4.* Hujus veræ aſſertionis ratio eſt, quoniam Advocati fiſcalis munus, atque officium, non eſt curare, ut fiſcus mulctis, ac confiſcationibus bonorum delinquentium diteſcat, ac locupletetur: ſed benè vigilare, ut leges 25
ſerventur, & ut earum violatores puniantur. Unde cum minimè teneatur ex juſtitia proſequi cauſam, ad hoc, ut fiſcus delinquentis bona nanciſcatur, ad reſtitutionẽ nequaquam teneatur: quãvis cauſæ perſequutionẽ ſit aſpernatus, cùm fiſcus nõ habeat jus proximum ad bona rei; niſi poſt criminis declarationem, ut latè exornavi in *q.6.num.48.lib.1.tom.1.*

Cuſtodes ſimulantes, vel non 26
accuſantes, quoties aliqua eſt con-

conſtituta pœna adversùs eos, qui
certo loco venantur, lignâtur, vel
paſcunt &c. aut contra aſportan-
tes merces, & non ſolventes ve-
ctigal; minimè tenentur ad pę-
nam, ſeu mulctam, quæ hac de
cauſa erat delinquentibus impo-
nenda, ut docent, ac amplectun-
tur Navarrus *Summ. cap.* 25. *num.*
24. Leſſius. *de Juſtit. & jur. lib.* 2.
cap. 13. *dub.* 10. *num.* 73. Sylveſter.
27 *verb. Reſtitutio* 3. *quæſt.* 5. Quia hi
cuſtodes ex officio hos accuſare
nequaquam tenentur, ut domini
locupletentur: ſed ſolummodò ut
ſolvatur vectigal, ſeù ut impe-
diantur damna. Quamobrem ſo-
lùm tenentur compenſare damna
illata, eorum negligentiâ culpa-
28 bili. Et vectigal quod eorum
omiſſione ſolutum non fuit, com-
penſare debent Zamoran. dict. *di-
ſput.* 6. *cap.* 4. *num.* 5. Ratio hujus
apertiſſimè apparet, quia horum
officium non eſt mulctis operam
dare; ſed res ſuæ cuſtodiæ com-
miſſas reddere indemnes, ac ve-
ctigaliâ recipere.

29 Opinionem adverſam, nimi-
rum cuſtodes diſſimulantes, vel
non accuſantes eos, adversùs quos
aliqua eſt ſtatuta pœna, eam
compenſare teneri affirmant Na-
varra. *lib.* 3 *de Reſtitut. cap.* 4. *num.*
142. Salon. *artic.* 6. *quæſt.* 62. *contro-
verſ.* 5. & apparet ex Soto. *lib.* 1. *de
Juſtit. & jur. quæſt.* 6. *artic.* 6. *in fine.*
Hi veró nixantur eò, quod cuſto-
des non accuſando, vel non ap-
prehendendo ſunt cauſa damni,
quod obvenit dominis, quorum
commoda proſpicere debent: At
noſtram contrariam ſententiã ex
Navarro, Sylveſtro, S. Bernardi-
no, inſequitur, ac amplectitur ve-
rioremque retur Leſſius *lib.* 2. *cap.*
13. *num* 73. Addens, quod procu-
rator fiſcalis non accuſans, & ju- 30
dex non condemnans, in hoc ca-
ſu minimè tenentur ad illius pœ-
næ compenſationem, quod etiam
referens Leſſium, amplexatur
Zamoran. dict. *diſput.* 6. *cap.* 4. *num.*
5. *in fin.*

Quoties actio criminalis inſti- 31
tuitur, & advocatus ita ſuum cli-
entem tueatur, ut accuſator non
potuerit convincere eum, & ideo
ille ad talionis pęnam damnetur:
utrùm illo caſu, hance pęnam ad-
vocatus compenſare teneatur?
Affirmativam aleam tuetur Na-
varrus in *Summ. cap.* 27. *num.* 209.
Aſt rectiùs negativam tutantur,
ac ſequuntur Covarruvias in
*Clementin. Si furioſus. de homicid.
part.* 2. *§.* 5. *num.* 5. Leſſius *lib.* 2. *de
Juſtit. cap.* 31. *nu.* 52. Ratio eſt, quo-
niam hoc damnum per accidens
obtingit accuſatori, & præter ad-
vocati intentionem, cui impu-
tandum haud eſt, cum non te-
neatur cauſam accuſantis fovere,
in ſui clientis præjudicium. Quod 32
ſecundùm eundèm Leſſium lo-
cũm habet in reo ſuum verum
crimen negante; vel falſis teſti-
bus ſe defendente, quotiès prædi-
cta pęna obvenit accuſatori, præ-
ter illius intentionem, ut refert
Zamoran. dict. *diſput.* 6. *cap.* 4. *nu.* 6.

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio propoſita perículoſa eſt.*
2 *Caſus quæſtionis proponitur.*
3 *In dubio, melior eſt conditio poſſi-
dentis.*
4 *Judex pro parte probabiliori ferre
de-*

debet ſententiam.

5 Laudatur P. Thyrſus Gonzalez Societatis Jeſu Prępoſitus Generalis.

6 *Hæres, ſeu legatarius inſtituti in teſtamento minus ſolemni tuta conſcientia poſſunt retinere hæreditatem, vel legatum contra hæredem ab inteſtato, vel facere occultam cõmpenſationem, freti opinione probabili.*

7 *Teſtatoris volun as in foro conſciẽtiæ præſtat jus.*

8 *Hæres ab inteſtato, ſequendo contrariam opinionem probabilem, poteſt facere occultam cumpenſationem contra hęredem inſtitutum.*

9 *Hæres inſtitutus innititur in certa, ac indubitata voluntate defuncti.*

10 *Compenſatio admittitur quando ipſo jure bona alicujus ob delictum confiſcantur.*

11 *Hæreticorum bona nequeunt à fiſco occupari ante ſenten iam declaratoriam.*

12 *Promiſſio mentalis habet vim obligandi in foro conſcientiæ.*

13 *Promiſſio, ſi alicui ſit facta, & ſit certus de ea, & alia via promiſſionem conſequi non poſſit, poteſt facere occultam compenſatienem.*

14 *Promiſſio externa legitimè accep tata, an obliget ex juſtitia, vel ex fidelitate.*

15 *Fiſcus quando reus negat verum crimen, de quo legitimè à Judice interrogatus eſt, ne fiſco pœna judicetur, ſi ei conſtet crimen fuiſſe commiſſum, occulta compenſatione uti poteſt, dummodò alia via conſequi nequeat.*

16 *Servi an poſſint adversùs dominos uti occulta compenſatione.*

17 *Læſus in dimidia parte juſti pretii poteſt facere occultam compenſationem ad recuperandum defectum pretii.*

18 *Compenſatio dicitur juſta quando fit ob damnum datum per proprium animal abſque culpa domini.*

19 *Opinio probabilis quoties eſt circa factum refellitur compenſatio, ſecus verò quando circa jus*

20 *Differentia inter probabilitatem proximam, & remotam.*

21 *Probabilitas proxima verſatur circa licitum, ut licitum.*

22 *Probabilitas remota quotuplex ſit.*

23 *Probabilitas circa factum ad faciendam occultam compenſationem.*

24 *Probabilitas circa jus quando habea ur.*

25 *Legatarius poteſt facere occultam compenſationem pro legato ſibi relicto in teſtamento minus ſolemni.*

26 *Poſſeſſio nititur proprietate quæ tantùm probabilis eſt.*

27 *Opinio probabilis quando dicatur.*

28 *Hæres inſtitutus in teſtamento minus ſolemni habet probabilitatem contra hæredem ab inteſtato.*

29 *Jus oritur ex facto.*

30 *Probabilitas quando dicatur circa jus: quando verò circa factum.*

31 *Reſpondetur ad objectionem* Sanchez ex Cardinale de Lugo.

32 *Occulta compenſatio fieri poteſt ex probalitate Doctorum.*

33 *Probabilitas quando eſt non ſolum circa factum, ſed etiam circa jus, ad faciendam compenſationem occultam an requirantur Doctorum reſponſa.*

34 *Munus probabilitatis circa factum quale ſit.*

35 *Opi-*

35 Opinio probabilis in concurſu probabilioris neutiquam eſt ſequenda.

36 Munus opinionis probabilis circa jus quale ſit.

37 Probabilitas facti conſcientiam rectam non format, nec dirigit prudentem operationem.

38 Probabilitas facti non ſufficit ad ſpoliandum poſſidentem faciendo occultam compenſationem.

39 Judex fretus opinione probabili in in foro fori poſſidentem ſpoliare nequit.

40 Judex non ſecundùm veritatem, ſed juxta allegata, & approbata judicare debet.

41 Poſſidentis in dubio melior eſt conditio.

42 Litigantes fundati opinione probabili Advocatorum, an ceſſante ſcandalo poſſint facere occultam cmpenſationem.

43 Jus ortum ex probabilibus probationibus an ſufficiat ad faciendam occultam compenſationem

44 Litigantes nixi opinione probabili Advocatorum nequeunt facere occultam compenſationem.

45 Advocatorum opiniones non præſtant jus ad faciendam occultam compenſationem.

46 Objectioni Franciſci de Lugo reſpondetur.

47 Creditor quando ex opinione probabili poſſit uti contra debitorem occulta compenſatione.

48 Vaſſallus an poſſit uti occulta compenſatione contra Principem ob tributum, quod probabiliter injuſtum putat.

49 Princeps ex opinione probabili an poſſit alii Regi bellum inferre, & eum ſpoliare.

50 Princeps ab inimico aggreſſus licitè poteſt armis ſe defendere.

51 Judex ſequendo opinionem probabilem, quando poſſit poſſidentem ſpoliare.

52 Judex quando poſſit poſſidentem ſpoliare.

53 Judex num poſſit nunc unam, nunc aliam opinionem ſequi in judicando.

54 Defendens jus ſuum per occultam compenſationem debet ex aliquo contractu ſequi opinionem probabilem poſſidentis.

55 Creditor non poteſt per vim compellere debitorem ad reſtituendam rem, quam poſſeſſor jure probabili habet, ut ſuam, ſi ipſe probabiliter tantùm putet eſſe ſuam, vel ad eam jus quoddam habere.

56 Operari ſecundum quamlibet opinionem probabilem juris: quamvis ſit minus probabilis, & minus tuta nemini licet, & reprobatur Zamoranus.

57 Philippi Cancellarii Pariſienſis memorabile exemplũ refertur.

58 Compenſatio occulta fieri non poteſt à litigantibus, quando res, de qua controvertitur deducta eſt ad forum contentioſum, quippe tunc Partes ſententiam judicis expectare tenentur.

59 Judex ſi ferat ſententiã pro una parte probabili: altera non poteſt facere occultam compenſationem poſt ſententiam Judicis, cui in utroque foro eſt parendum.

60 Occulta compenſatio an admitti poſſit, quamvis ſententia feratur in favorem alterius ex collitigantibus.

61 Probabilitas modo verſetur circa jus, ſive circa factum non eſt ſufficiens, ut quamvis debitum ſit probabile poſſit per hoc fieri oc-

culta compenſatio.

62 *Occulta compenſatio facta in dubio probabili non valet, & compenſans peccat contra juſtitiam, & tenetur ad reſtitutionem damnorum.*

63 *Inſtitutus in teſtamento minus ſolemni, vel hæres ab inteſtato, ſi poſſideat nequit alter eorum in compenſationem aliorum debitorum hæreditatem capere.*

64 *Compenſatio occulta ad hoc ut locum habeat debitum debet eſſe clarum, quod latè comprobatur.*

65 *In dubio tutior via eſt eligenda.*

66 *Periculum amans, peribit in illo.*

67 *Debitum debet eſſe certum ad hoc ut compenſatio locũ habere poſſit.*

68 *Debitum probabile non eſt liquidum, nec certum.*

69 *Probabilem opinionem amplecti non licet, relicta probabiliori.*

70 *Medicus in ſanandis ægrotis, ſeu in applicandis remediis an poſſit ſequi opinionem probabilem.*

71 Laudatur Eminentiſſimus Cardinalis Aguirre.

72 *Bellum juſtum, an ex utraque parte dari poſſit.*

73 *Princeps authoritate propria non poteſt bellum indicere, fretus tantummodò opinione probabili.*

74 *Compenſatio de debito certo cum debito incerto fieri non poteſt.*

75 *Reſtituens credens aliquem contractum eſſe uſurarium, an poſſit facere occultam compenſationem.*

76 *Reſtituens errore ductus in foro conſcientiæ poteſt repetere, vel occultam compenſationem facere.*

77 *Opinione probabili fretus an poſſit facere occultam compenſationẽ.*

78 *Compenſatio requirit ad hoc ut fieri poſſit injuſtitiam poſſidentis.*

79 *Spoliari nemo poteſt ob probabilem opinionem.*

80 *Compenſatio fieri non poteſt propter debitum probabile tantùm.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ad faciendam compenſationem occultam ſufficiat debitum dumtaxàt eſſe probabile?

QUÆSTIO XX.

Curioſam hanc quæſtionem appellavit Diana *tom. 8. Oper. moral tract. 1. reſolut. 29. §. 1.* Sed melius eam nuncupare debuit periculoſam, difficilem, dubiam, inextricabilem, & fortaſſis exitialem; in cujus elucidatione, præſertim ſæculo noſtro, ferè infiniti Doctores laboraverunt; Cujus quæſtionis caſus hujuſmodi figurari poteſt V. G. Petrus probabiliter putat rem, quam Paulus poſſidet eſſe ſuam, an ſi viâ judiciali dictam rem conſequi nequeat, poſſit de rebus Pauli facere occultam compenſationem? Et affirmativè reſpondent Spinula *de Elect. opinion. ſect. 7. diſput. ultim.* relatus à Diana. *tom. 8. Oper. moral. tract. 1. reſolut. 29. §. 1.* Zamoran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 1. num. 3.* Franc. de Lugo. in *Princ. Theolog. moral. part. 1. cap. 3. quæſt. 13. num. 100.* relatus à Diana. *loc. cit. §. 4.* 1 2

Hujus aſſertionis ratio eſt, quoniam is, qui habet probabile jus ad recuperandam rem, quæ eſt 3

eſt apud alium, quod jus in judicium deferre non poteſt, ideo quit licitè facere occultam compenſationem, quia juri ſuo adeó fundato aliter ſatisfacere nequit, debet nè illud jus pro nullo habere? Si eſsemus in dubio poſset, quia in dubiis melior eſt conditio poſſidentis Text. in *l. Si debitor. ff. de Pign.* Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de rei vindic.* Text. in *l. Qui accuſare. C. de Edend.* Text. in *l. final. C. de rei vindic.* Sed in caſu opinionis probabilis nonnè debet quis plus facere? ut dicit Spinula *de Elect opinion. diſput. ultim.*
4 *ſect.* 7. Suffragatur quoque huic opinioni id, quod ſi probabilius res eſt ejus, qui non poſſidet, & ad judicium referatur judex poteſt, illi rem adjudicare, quia judex pro parte probabiliori ferre debet ſententiam, ut latè oſten-
5 dit R. P. Thyrſus Gonzalez Vir Doctiſſimus, ac exemplaris vitæ, Sacræ Theologiæ olim Salmaticenſi Academiâ profeſsor, nunc clariſſimæ, ſcientificæque, ſemperque laudandæ Societatis Jeſu, meritiſſimus Præpoſitus Generalis in ſuo *tractatu de Recto uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4. *§.* 6. *num* 44. Igitur ſi lis ad Judicem deduci nequeat, ad hoc, ut ne is, qui poſseſſione caret, ſuo jure privetur, poterit occultam compenſationem facere. Judex tunc debet pro illo ſententiam ferre, quoniam illi debetur res ab alio poſſeſſa; alioqui ſi penitùs deberetur, Judex eam adjudicare nequiret; nec poſt ſententiam tantum debetur, quia ſententia non poteſt facere, quod res alteri debeatur, ſed rem dumtaxat alteri adjudicat Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 81. *verſ. Quod ſi hæc fuit.* Quippe tunc judicat rem deberi, & ex hujuſmodi ſuppoſito, tamquam ex motivo juſtificante rem adjudicat; ideoque ſi res mihi debetur, jam habeo opinionem juris pro me. Ergo poteró uti hac juris opinione, & per conſequens facere occultam compenſationem.

Unde auctores hanc amplectentes ſententiam plures exprimunt caſus, in quibus datur compenſatio in debitis, pro quibus ſtat dumtaxat opinio probabilis; Quorũ primus eſt in hærede, vel in legatario inſtituto, ſeu cui aliquid relictum fuit in teſtamento minus ſolemni; qui hæres, & legatarius poſſunt tuta conſcientia hæreditatem, vel legatum retinere, adversùs hæredem ab inteſtato, vel facere occultam compenſationem ſuffulti opinione probabili, ſequendo videlicet, quod tale teſtamento minus ſolemne, ſit validum, & producat jus in foro poli. Lugo. *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 95. *verſ. Tertio.* Molina. *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſput.* 81. *verſ. Quod ſi hæc fuit.* Sylveſter. *verbo Hæreditas* 3. *quæſt.* 7. *ad finem.* Sed verius ideò compenſationem tunc habere locum, quia jus hæredis inſtituti non dependet ex quadam opinione probabili, ſed ex certa, ac indubitata teſtatoris voluntate, quæ in foro conſcientiæ præſtat jus, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 2. *n.* 4. Et è converſo nonnulli idem ſtatuunt in hærede ab inteſtato, ſecundùm contrariam opinionem probabilem

lem ſcilicet, quod dictum teſta-
mentum non valeat, nec præſtet
jus in foro conſcientiæ Leſſius
de Juſtit.& jur.lib.2.cap.19.dub.3.
8 *num.30.in fine.* Ubi tenet poſſe hæ-
redem abinteſtato ſectando con-
trariam opinionem probabilem
facere occultam compenſatio-
nem contra hæredem inſtitutũ;
quo in caſu non benè dixit Za-
moran.*de Compenſat.diſput.4.cap.*
1.num. 3. in fine. Dum aſſerit jus
utriuſque hæredis ad hæreditatẽ
non eſſe certum, ſed probabile,
quippe reſpondetur ex parte hæ-
redis ab inteſtato eſſe jus proba-
9 bile, ſecus verò ex parte hæ-
redis inſtituti, qui non opinione
probabili, nec probabili jure in-
nititur, ſed in certâ, notâ, ac in-
dubitatâ defuncti voluntate, ob
quam rectè compenſationem fa-
cere poteſt, ut dixit idemmet Za-
moran.*de Cõpenſ.diſput.4.cap.2.n.4*
10 Secundus caſus ubi compenſa-
tionem admittunt eſt quando
ipſo jure bona alicujus confiſcan-
tur, ob patratum crimen, cui bo-
norum amiſſio connexa eſt, ut
in crimine hæreſis juxta Text.in
*cap.Cum ſecundum leges de Hære-
tic. in 6.* Et in cæteris omnibus
graviſſimis delictis, in quibus
juxta Caſtrum *lib.2. de Lege pæ-
nal.cap.*10 cui ſuffragatur Sotus
*de Juſtit.& jur.lib.1.quæſt.6. artic.
6.ante* 4.*concl.*Secundum intelle-
ctum Sanchez. in *Decalog.lib.2.
cap.22.num.*17.Ex hoc enim fun-
damento probabili, nempè quod
poſt commiſſum crimen, cui an-
nexa eſt confiſcatio bonorum;
reus illicò dominium eorum de-
perdat, eumque fiſcus nanciſca-
tur. Quippe fiſco reus bona ipſa
tradere tenetur priuſquam fera-
tur ſententia declaratoria crimi-
nis; ex quibus prædictis Caſtrus
infert poſſe fieri juſtam compen-
ſationem, ut tradidit Zamoran.
de Compenſat.diſput.4.cap.1.num.5.
Nam quamquam fiſcus accipien- 11
do bona hæretici ante ſenten-
tiam declaratoriam criminis pec-
cet contra *cap.Cum ſecundum leges
de Hæreticis in 6.* Ubi hæreticorũ
bona antequam feratur ſenten-
tia à fiſco nequeũnt occupari; mi-
nimè tamen adversùs juſtitiam
peccat, nec ſi accipiat ad reſti-
tutionem tenetur; eſto delictum
ſit adeò evidens, ut nulla tergi-
verſatione celari queat; quia tunc
videtur accipere id, quod ſuũ eſt.

Tertius eſt in mentali promiſ- 12
ſione, quæ jure naturali dum-
taxàt inſpecto ſecluſo omni alio
jure poſitivo, habet vim obligan-
in foro conſcientiæ, ut opinione
probabili ſuffulti nonnulli te-
nent; ex qua opinione infert
Mendoza *de Pact.lib.1.cap.4. nu.
fin.* Quod ſi is cui facta fuit talis 13
promiſſio certus eſſet de illâ pro-
miſſione, vel per revelationem,
vel per promittentis confeſſio-
nem, ſi aliâ viâ rem promiſſam
conſequi nequeat poteſt facere
occultam compenſationem, &
idem docere Dian.*part.3.tractat.
5.Miſcell.reſol.*116.refert Zamo-
ran.*de Compenſat. diſput. 4. cap. 1.
num.*4.Et in promiſſione externâ 14
legitimè acceptatâ, quæ ſecun-
dum multorum opinionem non
obligat ex juſtitia, ſed tantùm
ex fidelitate; Qui autem do-
cent ex juſtitiâ obligari nixi
opinione probabili, hanc illatio-
nem conſtituunt, nempè proba-
bili-

biliter poſſe promiſſarium, qui aliâ viâ promiſſam rem habere non poteſt, facere occultam cōpenſationem, ita Leſſius *de Juſtit. & jur. lib. 2. cap. 17. dub. 6. num. 44. verſic. Tertiò ſi non pareret.* Fagundez in *Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 1. num. 3. & cap. 39. num. 1.* Sanchez *de Matrimon. lib. 4. diſput. 8. num. 11. in fine.*

15 Quartus eſt in reo negante verum crimen, de quo eſt interrogatus legitimè à Judice, quia fortaſſis adversùs eum erat ſemiplena probatio, & nihilominus crimen patratum negat ad hoc, ut pœna minimè fiſco adjucaretur, qui ad illā habebat jus in re ad reſtitutionem faciēdam fiſco tenetur, quia evaſit injuſtè nè fiſcus pœnam conſequeretur, cui aliàs profectò debebatur, ut tradidit Sotus *lib. 1. de juſtit. & jur. quæſt. 6. artic. 6. ante 5. concluſ.* Quo in caſu ſi fiſco conſtaret crimen, pro quo ea pœna eſt ſtatuta ab eo fuiſſe commiſſum, poteſt uti occultâ compenſatione, dummodò hoc debitum aliâ viâ recuperare non poſſit, & ſcandalum abſit, ut docet Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. tract. 2. diſput. 95. ad finem verſic. Duo ſunt hoc loco.* Et tunc debitum illud antequam ſententia feratur, ob criminis negationem ſolummodò ſemiplenè probatum, non eſt jus certum, ſed ad ſummum probabile, ut advertit Zamoran. *de Compenſat. diſputat. 4. cap. 1. nu. 6. in fin.*

16 Denique Doctores tres alios caſus referunt, in quibus indebitis dumtaxat probabilibus admittitur compenſatio; quorum primus eſt in ſervis, quos poſſe aſſerunt, uti occultâ compenſatione adversùs ſuos heros ob furtum eis per ipſos dominos factum, quo in caſu non eſt certū, ſed tantùm probabile ſervos poſſe habere proprium peculium. Secundus quando quis eſt læſus 17
in dimidiâ parte pretii, cum tunc non concedatur actio in judicio, poteſt facere occultam compenſationem, ad recuperandum defectum juſti pretii. Tertius aſſerūnt compenſationem eſſe ju- 18
ſtam quando fit ob damnum datum per proprium ſervum, abſque aliâ culpâ domini; quamquam non ſit certum, ſed dumtaxat probabile dominum in foro conſcientiæ teneri ſolvere, illud damnum ante ſententiam Judicis, ut refert Zamoran. *de Compenſat. diſput. 4. cap. 1. num. 7. in fine.*

Plures Doctores minimè 19
hanc affirmativam opinionem abſolutè amplectuntur, ſed diſtinctione utuntur, videlicet quoties opinio probabilis eſt circa factum, aſſerunt locum non habere compenſationem, quando verſatur circa jus compenſationem admittendam eſſe docent Jo: Sancius. *Diſputat. ſelect. diſputat. 33. num. 32. & diſput. 43. num. 48.* relatus à Diana *tom. 8. Oper. moral. tractat. 1. reſolut. 29. §. 4.* & à Zamoran *de Compenſat. diſputat. 4. cap. 2. num. 1.* & tradunt Cardin. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſput. 16. ſect. 5. num. 99.* Franc. de Lugo *Diſcurſ. præv. ad Theolog. moral. part. 1. cap. 3. quæſt. 11. num. 87. ad fin. & quæſt. 13. num. 110.* Zamoran *de Compenſat. diſput. 4.*

cap.

*cap.*2.*n.*2. Undè duplicem probabilitatem cõſtituit Card. de Lugo in dicta *diſput.*16.*num.*97.*ſect.*5. Una eſt illa, quæ dicitur proxima; altera remota eſt, quæ verſatur circa fundamentum; nempè ſi probabile tibi ſit rem, quam Cajus poſſidet eſse tuam, quoniam ex aliquis ſignis, vel conjecturis probabiliter judicas eſse eamdem, quæ tibi furto fuerat ſublata, vel ſi ex conjecturis probabiliter judicas neminem, niſi Cajum rem tibi furari potuiſse, hæc probabilitas nõ proxima, ſed remota vocatur, cum circa fundamentum verſetur, quoniam cares ultimo judicio, quo probabiliter judicare poſſis rem illam licitè à te accipi poſſe Zamo-
21 ran. *diſput.*4.*n.*2.*cap.*2. Proxima dicitur ea, quæ verſatur circa ipſum licitum, ut licitum, in qua probabilitate habemus judicium ultimum, quo probabiliter judicare poſſumus, rem illam licitè poſſe à nobis vindicari, quam probabilitatem proximam nũcupamus, quia proximè verſatur circa ip-
22 ſam compenſationem. Probabilitatẽ remotã duplicem eſſe fatetur idem Lugo dicta *diſputat.*16. *ſect.*5.*num.*98. Altera verſatur circa factum; altera circa ipſum jus. Circa factum verſari dicitur, quando rem, quam poſſides ſuſpicor eſſe illam, quæ mihi furto ſublata eſt, vel quando probabiliter credo te, & non alium eam furatum fuiſse, & hæc probabilitas ſolet haberi ex probationibus, & teſtimoniis, ut refert Diana. *tom.*8.*Oper.moral.tractat.*1.*reſolut.*29.§.4. Quæ probabilitas non ſufficit ad ſpoliandum privatim poſſidentem faciendo in bonis illius compenſationem Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*4.*cap.*2.*nu.*1. Joan. Sancius. *diſputat.*33.*num.*3. Lugo. *de Juſtit.& jur.diſput.*16. *ſect.*5.*num.*98. Circa jus verſatur 24
quoties habentur Doctores probabiliter docentes, in hoc caſu legem, ſive naturalem, ſive poſitivam ſtare pro me, & ſecundum legem eſse judicandum; vel quoties in teſtamento minus ſolemni, aliquid tibi legatum fuit.
Nam id ſecluſo ſcandalo per 25
compenſationem occultam conſequi poteſt, ſic Diana. *tom.* 8. *Oper.moral.tract.*1.*reſolut.*29.§.4. Lugo. *de Juſtit. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.*98. Zamoran. *de Compenſat. dicta diſput.*4.*cap.*2.*num.*1. Jo: Sancius. *Select. diſput.*43.*num.* 54. & 56. Ubi aſserit aliquos viros Doctos à ſe conſultos voluiſſe probabilem opinionem eam, quæ circa factum, verſatur, ex probabilibus teſtimoniis proficiſcẽtem ſufficere (ad hoc, ut quilibet privatâ authoritate poſset, ceſsante ſcandalo) eſtò res, deducta non ſit ad forum contentioſum accipere in compenſationem occultam, rem quam probabiliter opinaris eſse tuam, eâque poſſidentem ſpoliare; quod ſibi probabile videtur dicit Diana *tom.* 8. *Oper.moral.tract.*1.*reſolut.*29.§.4.
Quoniam poſseſſio nititur 26
proprietate, quæ ſolùm probabilis eſt. Igitur non impedit uſum probabilis opinionis contrariæ, & hanc utriuſque probabilitatis differentiam agnoverunt Sanchez in *Decalog.lib.*1.*cap.*9.*nu.*42. Salas. 1.*tom.in.*1.2.*tractat.*8.*diſputat.unic.ſect.*12.*num.* 15. prout teſta-

ſtatur Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat.* 16 *ſect.* 5. *num.* 9. Eamque ſummoperè perpendendam, ſeu meditandam eſse contendit Jo: Sancius in *Diſput. ſelect. diſput.* 32. *num.* 31. *& diſputat.* 43. *num.* 42. *& diſputat.* 44. *num.* 56.

27 Non ſufficit quævis probatio ad hoc ut inde oriatur opinio probabilis circa factum. Quippe tunc probabilis dicitur, quando, fundamento non levis ponderis innititur, tametſi non convincentis, nec excludentis formidinem partis oppoſitæ, ut ſi aliquod factum, veriſimilibus conjecturis, teſtimoniis, vel inſtrumentis fide dignis probetur; ſed an hujuſmodi, facti probatio per hæc inſtrumenta non convincentia dici poſſit opinio, vel potius dubium, quæſtio eſt dumtaxat de nomine, ut benè contra Jo. Sancium *Diſputat. ſelect. diſput.* 43. *num.* 48. probat Franc. de Lugo in ſuo *Diſcurſ. prær. ad Theolog. moral. part.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 11. *n.* 87.

28 Probabilitas, quæ circa jus verſatur, factum aliquod certum, & notum præſupponere debet, ut exemplificari poteſt in hærede inſtituto in minus ſolemni teſtamento, qui cōtra hærede ab inteſtato habet probabilitatem circa jus, in foro conſcientiæ ad hæreditatem ei in illo teſtamento relictam; ideoque ratione prædictæ probabilitatis poteſt eam capere, vel ceſſante ſcandalo facere compenſationem; Quippe tūc hæres fundatur in certa, ac nota defuncti voluntate Jo. Sancius *Select. diſput.* 43. *num.* 54. Videli-
29 cet opinio facti quodammodò circa jus verſari videatur, cum certum ſit ex facto jus exordium capeſſere, ut habemus in Text. in *l. Si ex plagis* 53. §. *In clivo ff. ad Leg. Aquil.* Text. in *l. final. in fin. ff. de Jure jurand.* Tamen quia factum, quo talis juris probabilitas nititur, nec certum, nec notum eſt, ſed ſolùm probabile, ideoque hujuſmodi opinio dici nequit abſolutè juris opinio; nec probabilitas, quæ ex tali facto proficiſcitur probabilitas proxima dicenda, cum non præſtet jus ad operandum, ſecundùm illam, nec operantis conſcientiam ſecuram reddit, quia tota ejus juris probabilitas ſumitur ex ſolâ facti probatione non certâ, quæ probabilitas juxta Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. *ad fin.* Potiùs dicenda eſt opinio facti, quàm juris. Quamob- 30
rem Jo. Sancius dicta *diſputat.* 43. *num.* 54. Dicit, ſi duo litigantes in foro contentioſo æqualiter rē eſſe ſuam probēt, & ex probationibus duæ Advocatorum opiniones contrariæ reſultent circa talis rei proprietatem, quamvis utralibet opinio aſſerat ſingulos ex dictis collitigantibus ad eam rem jus juſtitiæ habere, neutram ex his opinionem circa jus propriè verſari, ſed dumtaxat circa factum; quia ut benè notat Zamoran. *de Compenſat. dicta diſput.* 4. *cap.* 2. *num.* 4. *in fine.* Ex probatione facti non certa, probabilitas proxima juris reſultari nequit, vel opinio probabilis circa jus, quæ ſit proxima regula prudentis, honeſtæque operationis.

Sed adversùs Jo: Sancium dicta *diſputat.* 43. *num.* 54. inſurgit 31
Cardinal. de Lugo *de Juſtit. &*

jur.

*jur.diſput.*16.*ſect.*5.*num.*102. Aſſerens, quod licèt obiectum remotum illius operationis, & reſponſi ſit factum, obiectum tamen proximum non eſt factum, ſed jus. Quippe tunc Doctores non dicunt rem illam non eſſe tuam, vel furtum fuiſſe commiſſum, ſed aſſerunt ſtante probatione à te allata, ſententiam in tui favorem juxta leges eſſe proferendã, hoc dicit idem Lugo non eſſe reſpondere circa factum, ſed circa jus; ſicut attinet ad jus ſtatuere an teſtamentum tot teſtibus ſit validum, ita etiam decernere pertinet an talis probatio juridica ſit cenſenda, non obſtante qualibet contrariâ probatione, ex quibus eluceſcit ſententiam illam nec etiam conſequenter procedere. Quippe ſi probabilitas illa circa jus, & non circa factum verſaretur, & ideo non ſufficeret ad faciendam compenſationem, quoties à Doctoribus reſpondetur circa jus, videlicet cum aſſerunt validum eſſe teſtamentum minus ſolemne, nequeo ex hoc reſponſo probabili retinere hæreditatem, nec uti occultâ compenſatione pro legato mihi in tali teſtamento relicto; quo in caſu ſi Doctorum reſponſum ſedulò perpendatur, circa aliquod factum verſari videbitur, quia inter Doctores diſcrimen eſt, utrùm legislatores hujuſmodi teſtamentum irritari voluerint, ut eruitur ex Molina *de Juſtit. & jur.tractat.*1. *diſput.*81. *verſic. Quod ſi hæc fuit legislatorum*
32 *mens.* An verò ſolummodò in foro fori ex tali teſtamento denegare actionem, & tamen ex illâ Doctorum probabilitate poſſum facere compẽſationem Leſſius de *Juſtit. & jur.lib.*2. *cap.*19. *dub.*3.*num.*22. Zamoran. *de Compenſat.diſput.*4.*cap.*6.*num.*17. Sylveſter *Summ. verbo hæreditas* 3. *quæſt.*7. Sed notandum eſt hîc non admitti compenſationem ex Doctorum opinione probabili dumtaxat, ſed quia habet jus certum, & notum, quo nititur, ideſt voluntatem defuncti, ut ex Jo Sancio *Diſput.ſelect.diſput.*43.*num.*54. advertit Zamoran.*de Compenſat. diſput.*4. *cap.*2.
*num.*4. Unde concludit Lugo af- 33
firmando, quod quoties probabilitas non ſolùm circa factum, ſed quoque circa jus verſatur, non eſt cur Doctorum reſponſum ſatis non ſit ad compenſationem faciendam, cum tale reſponſum probabile dicatur; quoniam contingere poteſt, quod quamvis poſſeſſor habeat probationes contrarias circa factum, tamen probationes tuæ poſſunt eſſe meliores, & præſumptionem adeo vehementem afferre, ut Judex pro te ferre debeat ſententiam adversùs poſſeſſorem, ut docet Salas 1.2. *tractat.*8. *diſput. unic. num.*115. Idcircò quoties probationes ex parte actoris circa factum, quamvis non ſint evidẽtes, ſunt tamen tales, ut judicio Doctorum Judex pro eo judicare debeat, non obſtantibus adverſariis probationibus, poterit priuſquam res ad judicium deducatur, aliis concurrentibus conditionibus requiſitis ad licitam compenſationem amplecti opinionem probabilem, ut ſibi compenſet; quoniam tunc jam ha-

habet probabilitatem proximã; cum illud judicium, & ſententia Doctorum verſetur, non ſolum circa factum, ſed etiam circa jus, quod illi ex tali facto reſultat, ut tradidit Lugo *de Juſtit & jure diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 102. *in fine*.

34 Munus utriuſque probabilitatis eſt, hoc, probabilitatis circa facti munus nil aliud eſt, quàm ipſum factum reddere probabile, & an ita ſe habeat, ideoque ad hanc opinionem non ſpectat indicare, quid liceat, vel non liceat operari, & an detur, vel non detur jus ad exigendam rem aliquam, tamquam debitam, ſed an res ſit talis, qualis ex probationibus apparet. Hæc opinio facti juxta Franciſcum de Lugo in *Diſcurſ. Theolog. moral. part.* 1. *cap.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 31. *&* 32. Non dicitur judicium de jure ad rem, ſed ſolùm de ipsâ re; nec dirigendo ejus operationem dicit ordinem ad operantem, quoniam non format conſcientiam rectam circa talem operationem Cardin. de Lugo. dicta *diſputat.* 16. *ſect.* 5. *num.* 97. Nec eſt certa, & proxima regula prudentis, & honeſtæ operationis; unde Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 2. *num.* 95. Notandum eſſe, ait, quod quando Doctores in *tractat. de Conſcient.* Dicunt unicuique in operando licere ſequi quamcumque opinionem probabilem; intelligi debet, de opinione probabili juris; ſecus verò de opinione probabili facti; ſed hoc mihi ſatis periculoſum, ac æternæ
35 ſaluti obnoxium videtur, quia nemini licet ſequi opinionem probabilem minùs tutam, in concurſu probabilioris, ut noviſſimè adversùs benignos Probabiliſtas viriliter defendit, ac ſatis abundè probat Gonzalez. in *ſuo tract. de Rect. uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4. *§.* 5. *n.* 25. Munus verò opinionis 36
probabilis circa jus, non eſt reddere probabile factum, ex quo oritur jus ipſum, cum potius illud, tamquam certum ſupponat; ſed eo hujuſmodi ſuppoſito, ad eam opinionem attinet, ſaltèm probabilitem demonſtrare, quid tunc liceat, vel non liceat operari, conformiter ad jus ipſum, de quo eſt inter Doctores opinionum varietas; num ex illo facto, cui partes aſſentiuntur oriatur, vel non oriatur illud jus Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 2. *num.* 5. *in fine*.

Quando verò Doctores ad ju- 37
ſtam compenſationem petunt, quod debitum ſit certum, & non tantùm probabile loquuntur de certitudine facti, ut dixit Zamoran. dicta *diſputat.* 4. *cap.* 3. *num.* 1. Quoniam probabilitas, quæ circa factum verſatur, conſcientiam rectam non format, nec dirigit prudentem operationem, cum ipſius munus ſit reddere probabile ipſum factum, quod adhuc ob adverſam probationem fortaſſis, non minus efficacem, manet incertum; ideoque probabilitas fa- 38
cti non ſufficit ad ſpoliandum poſſidentem faciendo occultam compenſationem; hoc clareſcit ex diſcrimine probabilitatis juris, & facti probabilitatis. Prima eſt judicium de jure, quia dicit ordinem ad operantem dirigendo ejus operationem juxta jus ip-

ſum, refellendo in tali opinione malitiæ periculum Lugo *de Juſtit. & jur. diſputat.* 16. *ſect.* 5. *nu.* 97. Secunda eſt judicium de re, & num ita ſe habeat, & hujuſmodi judicium non verſatur circa jus nec dirigit prudentē, nec honeſtam operationem, nec tollit malitiæ periculum, quod in rę ipſa ſubeſt, ſi fortaſſis non ita ſe habeat id, quod conſtat adhuc manere incertum; ergo in hujuſmodi judicio dari nequit probabilis ratio ſequendi aliquod probabile, ſeu prudens judicium, nempè quod liceat taliter operari.

39 Huic ſuffragatur, quod quando non eſt certum, ſed dumtaxat probabile, hujuſmodi probabilitas in neutro foro prodeſt ad poſſidentem ſpoliandum loquēdo in foro fori, Judex tali probabilitate ſuffultus eum ſpoliare nequit, nec rem adjudicare, cui maluerit ex habentibus probabilem opinionem circa factum; nam ſententiam ferre debet ſedulò perpendendo merita cauſæ ſecundùm allegata, & probata

40 argument. Text. in *l. Illicitas.* §. *Veritas ff. de Offic Præſid.* Ut docent ferè innumeri relati à Dueñas *Axiomat. jur. verbo litera I. nu.* 113. Et à doctiſſimo viro omnigenæ eruditionis prædito Velaſco in *ſuo eruditiſſimo tractat. de Judic. perfect. Rubric.* 14. *annotat.* 3. *num.* 4. Qnippe tunc debet meliorem facti probationem ſequi, & rem adjudicare ei, qui nititur efficacioribus facti probationibus Gonzalez. *de Rect. uſu opinion. probabil. diſſert.* 4. §. 6. *num.* 31. Jo: Sancius *diſputat.* 44. *nu.* 51. Sin autem probationes æquâ Aſtræa perlibrentur poſſidenti eſt favendum Text. in *cap. Ex literis de Probat.* Si de foro poli ſermo 41 ſit, etiam in dubio tam negativo, quàm poſitivo etiam probabili ex parte ſolius facti favendum eſſe poſſidenti, ut tradit Sanchez *de Matrimon. lib.* 2. *diſput.* 41 *nu.* 12. Quoniam in dubio melior eſt conditio poſſidentis Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de Rei vindicat.* Text. in *l. Si debitor ff. de pign.* Eò quia nihil tunc eſt, quod eo præpōderet, cū poſſeſſio ſit indubitata. Quippe quotiesquis poſſidet, rem quam probabiliter opinatur eſſe ſuam, privata authoritate ab altero juſtè ſpoliari nequit, licet ſpolianti appareat jus ſuum ex parte facti probabilius. Nam quamvis poſſidentis proprietas, dumtaxàt probabilis videatur, tamen poſſeſſio dicitur certa, quę alterius probabili proprietati præponderat Franc. de Lugo in *Princip. Theolog. moral. quæſt.* 13. *num.* 100. Jo: Sancius. *diſputat.* 33. *num.* 42.

Sed opponitur id, quod po- 42 teſt contingere, ut duæ partes ſimul litigantes ſive ex teſtimoniis fide dignis, ſive ex urgentibus conjecturis, æquè probent rem aliquam eſse ſuam, ex quibus probationibus duo, vel plures Advocatl probabiliter ſuſpicentur talem rem eſſe unius, & ad eam jus habere; ex alterâ parte tot Advocati non minus docti cenſeant alterū habere verū jus ad eamdem rem quo in caſu, cum Advocatorum opiniones ſint circa jus Partium, circa jus verſari videntur, quamvis jus ortum habeat ex probabilibus facti

Digitized by Google

cti probationibus. Ergo in hoc caſu nihil impedit, ut collitigantes nixi Advocatorum opinioni probabili rem clam accipere queant ſpoliando poſſidentem, vel ceſſante ſcandalo facere occultam compenſationem.

43 Suffragatur, quod quoties res ad forum contentioſum deducta non eſt, jus ortum ex hujuſmodi probationibus ſufficiens videtur ad hoc, ut collitigantes freti Advocatorum opinione probabili, poſſint privatâ auctoritate, rem ſecretò accipere, quamvis poſſideatur ab habente eamdem probabilem opinionem; & ceſſante ſcandalo facere occultam compenſationem, quod probabile viſum fuit Franc. de Lugo dicta *quæſt.* 13. *num.* 100. Quamquam ſubnectat in praxi non eſſe rem accipiendam, ſi juridicè aſſequi poſſet.

44 At abſolutè reſpondetur ſive res ad forum contentioſum deducta ſit, ſive non, neutrum ex collitigantibus poſse facere compenſationem inhærendo probabili Advocatorum. Quippe cum illorum Advocatorum opiniones non fundentur facto moraliter ſaltem certo, non ſunt putandæ abſolutè opiniones facti, ſed juris; ſed facti vox, juxta quas operantis opinio non redditur tuta, & quamvis concederetur aliquo modo eſſe opiniones juris, prout aſſerunt quemlibet ex collitigãtibus, ad rem illam habere jus, ortum ex probationibus facti, quæ probationes, cum minimè certum factum reddant, neutra ex illis opinio affirmat propriè loquendo dari jus ad hujuſmodi rem, vel licere, cuilibet litigatorum ſpoliando poſſidentem facere compenſationem occultam, ſed dumtaxat Judici proſunt, ut perpenſis meritis cauſæ habenti majus jus, vel meliores probationes rem adjudicet; unde potius dici debent opiniones juris applicandi, non authoritate propriâ, ſed auctoritate Judicis, cujus eſt dirimere controverſias, juxta Text. in *l.* 1. §. *Inde quæritur, ff. de Nov. oper. nunciation.*

Opitulatur id, quod Advocatorum opiniones non habent majorem vim ad excludendum dubium practicum circa ipſam operationem, quam ſit illa, quæ deducitur ex probatione facti, ideoque ſicuti incerta facti probatio, hoc dubium non refellit, nec ad operandum proximè dirigit, nec operantis tutam reddit conſcientiam, nec præſtat jus ad ſpoliandum poſſidentem pro ſe æqualem facti probationem; ſic nec Advocatorum opiniones dant jus Partibus ad faciendam occultam compenſationem. 45

At urget Franciſc. de Lugo dicta *quæſt.* 13. *num.* 100. Dicens poſſeſſionem faventem poſſidenti proprietati probabili dumtaxat inniti. Igitur uſum contrariæ opinionis impedire nequit, quamvis ſit opinio probabilis circa factum, aſſerens rem illam eſſe non poſſidentis, ſed compenſare volentis. 46

Sed reſpondetur, quod quamvis dicta proprietas, cui nititur poſſeſſio, ſit ſolùm probabilis ob opinionem contrariam, etiam probabilem ex parte facti circa proprietatem ipſam; tamen ipſa poſ-

poſſeſſio eſt certa, cui omnia jura favent, quando ex parte facti non adeſt certitudo in contrarium. Illa probabilitas circa proprietatem contra poſſeſſionem prævalere non poteſt, ſed hæc certa poſſeſſio prævalet, impeditque alterius opinionis probabilis uſum ex facti ſolius parte circa hujuſmodi proprietatem, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 3. *num.* 6. Hæc quæ hucuſque dicta ſunt, ad probandam primam partem diſtinctionis illorum Doctorum, qui tenent ad compenſationem minimè ſufficere probabilitatem ex parte facti deſcendentem: quod probatum hucuſque remanet. Nunc probãda eſt altera diſtinctionis pars, videlicet, quod ad inducendam compenſationem ſufficiat opinio probabilis proficiſcens ex parte juris. Cujus concluſionis ratio eſt, quia hæc opinio eſt judicium de jure, & format conſcientiam rectam, dirigitque ad prudentem, & honeſtam operationem, dum excludendo omne dubium practicum demonſtrando probabiliter, quæ liceat, vel non liceat operari cõformiter ad ipſum jus, ſequendo prudens judicium, quod unicuique liceat jus ſuum, etiam probabile tueri Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 97.

47 Ergo quando creditor probabiliter juſtè judicat jus habens legitimum ad rem, quam alter poſſidet, & opinetur licitè eam exigere poſſe, & accipere authoritate privata ante omnem ſententiam, nec debitorem juſtè retinere poſſe; conſequens eſt, ut in foro conſcientiæ poſſit uti occultâ compenſatione, quoties jus ſuum alia via defendere nequit, cum nemo jure ſuo uti prohibeatur juxta Text. in *l. Nullus* 55. *ff. de Reg. jur.*

Secunda ratio eſt, quia multoties opinio probabilis juris prævalet contra poſſeſſionem juſtã, & eſt ſufficiens ad ſpoliandum poſſidentem, etiam authoritate privatâ. Unde Princeps in imponendis novis tributis poteſt uti opinione probabili, quod tributum illud ſit juſtum, vaſſallus ſuſpicans tributum eſſe juſtum juxta illam opinionem probabilem, ſi opinetur quoque probabiliter eſſe injuſtum inhærendo illi opinioni, tutâ conſcientiâ poteſt illud non ſolvere, vel facere compenſationem occultam refert Leſſius de *Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 8. *num.* 67. Navarr. *de Reſtit. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 137. Vega *Summ. tom.* 1. *cap.* 15. *caſu* 11. Zamoran *de Compenſat diſput.* 4. *cap.* 3. *num.* 12. Lopez *tom.* 2. *Inſtruct. conſcient. cap.* 187. Salon. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *contr.* 8. Cordub. *Summ. quæſt.* 35. *dub.* 1. Lugo *quæſt.* 10. *num.* 80. Et quando opinio probabilis eſt circa 49 jus, ut liceat Principi alii Regi bellum inferre, ipſumque poſſidentem ſpoliare, tradunt Reginald. Covarr. Navarra, Filliuc. Malderus relati à Jo. Sancio *diſput.* 44. *num.* 58. Franc. de Lugo *quæſt.* 11. *nu.* 87. Cardinal. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 104. *verſic. Secundò reſpondent.* Ubi hoc intelligi debere ait, quando adverſarius nolit ad judicium rem deduci, nec Princeps

(48 in margin beside "Secunda ratio")

ceps ſperet aliter jus ſuum defendere, quod etiam in privato ad compenſationem poſtulatur, & à fortiori in bello, ex quo cõtra commune bonum graviora proficiſcuntur incommoda. Unde Princeps nec tunc bellum ad punitionem ordinare poſset, ſed ſolùm ad recuperationem, quia cum ipſi etiam ex opinione probabili pugnaverint, non fuit in ipſis delictum ullum punitione dignum, & Zamoran. *de Compenſat. diſput* 4. *cap.*2. *num.* 12. *in fin.*

50 Aſserit Regem, qui tunc impugnatur poſse tutâ conſcientiâ armis ſe defendere; quoniam probabiliter eſt juſtus poſseſsor, nec tenetur inhærere contrariæ opinioni probabili, quæ favet Regi bellum inferenti.

51 Tertia poſseſſio debitoris nõ tollit jus creditoris, nec impedit uſum talis juris ad ipſum ſpoliãdum. Unde ſuppoſitâ juris probabilitate, quæ favet creditori alterum ſpoliare volenti, omninò certa dici nequit poſseſsoris juſtitia, ſed tantùm probabilis; ideoque hujuſmodi poſseſſio in dubiũ revocari poteſt per contrariam opinionem probabilem ex parte juris, quam opinionem amplectendo poteſt Judex ſpoliare poſſidentem, ut tenent Doctores relati à Franc. de Lugo in *quæſt.*8. *num.*63. Quippe quamvis poſseſſio prævaleat adversùs opinionem probabilem ex parte facti; quoniam factum eſt dubium, & in dubio melior eſt conditio poſſidentis Text. in *l. Si debitor. ff. de Pignor.* Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de Rei vindicat.* Tamen prævalere nequit contra opinionem probabilem juris, quæ poſseſſionis illius juſtitiam in dubium revocat; ideoque ſtante probabilitate juris pro creditore compenſare volente, rectè prædictus creditor in Judicis defectum poterit uti occulta compenſatione, dummodò alia via creditum ſuum recuperare non poſſet.

Quarta, quia ſine idoneo ful- 52
cimine dicitur ad compenſationem juſtam expetere injuſtitiam certam poſſidentis, quo caſu nec Judex poſſidentem ſpoliare poſſet, quamvis opinio juris probabilior uni ex litigantibus opitularetur, quod refragaretur communi opinioni Doctorum aſſerentium Judicem in hoc caſu poſſe ſequi probabilem opinionem in judicando, & poſſidentem ſpoliare, ut tradidit Sanchez in *Decalog. lib.*1. *cap.*9. *num.*45. Ubi
perniciosè, ac ſcandalosè dixit, 53
in ſententiis ferendis integrum eſſe Judici, quam maluerit opinionem eligere, & ſecundùm eam judicare; imò nunc ſecundùm unam, nunc ſecundùm aliam. Quia ex vi officii ſui, juſtitiæque diſtributivæ non magis uni, quàm alteri, id judicii favorabilis bonum debet, ſed uterque judicio illo dignus eſt. Et ſicut inter duos æquè dignos beneficio datur optio, ita in ſententiis ferendis; quod nihil abſurdius, nihilque improprius tam doctrinæ ſcripturis, quàm moribus vitæ; cum ſemper acerrimè tenendum ſit Judicem teneri ſemper ſententiam proferre pro probabiliori opinione, relicta probabili, & minus tuta, ut nuper-

perrimè doctiſſimè, ac laudabiliter docet habena opinionum ſatis benignarum Gonzalez *de Rect.uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4.§.6 *num.*44. Ex opinione Sanchez tradidit Zamoran. *de Compenſat.diſputat.*4.*cap.*3.*num.*9. Videri poſſidentis injuſtitiam probabilem eſſe ob contrariam opinionem probabilem circa jus creditoris compenſare volĕtis, quia ipſo jure, quod creditor ſuſpicatur habere verum jus ad rem, quam ille poſſidet, operatur injuſtè quoque eam rem poſſidere, & ante ſententiam reſtituere debere, quæ probabilitas, ut ipſe Zamoranus loco citato exiſtimat ſufficit ad hoc, ut inhærendo juri illi probabili poſſet uti occulta compenſatione, & ſecretò alterum ſpoliare; cum ſequi non debeat probabilem opinionem, quæ favet juri poſſidentis, juſtitiæque illius poſſeſſionis.

54 Probatâ hac ſecundâ parte conclusionis eam pluribus modis limitant Doctores eam opinionem amplectentes. Primò, quoties volens jus ſuum defendere, per occultam compenſationem debet ex aliquo contractu ſequi opinionem probabilem poſſidentis, quæ hujuſmodi compenſationi adverſatur. Nam tunc renunciaſſe videtur juri ſe compenſandi proveniente ex ſua opinione probabili cõtraria opinioni probabili contrahentis Jo: Sancius *diſputat.*44. *num.* 60. *ad fin.* Ubi ideò aſſerit fieri non poſſe juſtam compenſationem, quia obſtat ipſe contractus, & contrahens non facit injuriam alteri, ſi cum eo nolit contrahere, niſi juxta ſuam probabilem opinionem, adjecto pacto, ut in tali contractu eam alter ſequatur, ubi juſtè quæri non poteſt, niſi alter propriam opinionem contemnat Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*4. *cap.*4.*num.*2.*ad finem.*

Limitatur 2. Ut privatus volens uti compenſatione ad tuendum ſuum jus dumtaxat probabile nullam inferat vim Cardinal.de Lugo *de Juſtit. & jur. diſputat.*16.*ſect.*6.*num.*134. Ubi docet non poſſe creditorem per vim cogere debitorem ad reſtituendam rem, quam poſſeſſor jure probabili habet, ut ſuam, ſi ipſe dumtaxat probabiliter putet eſſe ſuam, vel ad eam jus quoddam habere. Nam quamquam ad faciendam] compenſationem occultam (juxta Doctores hanc opinionem amplectentes) ſufficiat probabilitas proxima ex parte juris; tamen ad inferendam vim, certitudo exoptatur. Ratio eſt, quia privatus ſolùm poteſt vim vi repellere, argum. Text.in *l.Ut vim. ff.de Juſtit. & jur.* Text.in *l.*1.*ff.de Vi, & vi armat.* Text.in *l.Scientiam. §.Qui cum aliter. ff.ad Leg.Aquil.* Is qui cum opinione probabili rem poſſidet, nullam infert vim, quę vi repelli poſſet, ut dixit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.*4. *cap.*4.*num.*6. 55

Limitatur 3. Dummodò opinio ſit æquè, aut magis probabilis, quæ juri creditoris volentis compenſare favet, ut ex Cardinal.de Lugo docet Zamoran. *de Compenſat. dicta diſput.* 4. *cap.*4. *num.*1. Nam cum alter juſtè poſſideat, juxta aliquam opinionem 56

nem probabilem, nimis durum cernitur ipſum privatim ſpoliare ob *jus* minus probabile non poſſidentis. Sed hoc fundamentum ſolidum non eſſe fatetur idem Zamoran. loco citato; quoniam non obſtante poſſeſſione, non eſt inconveniens in rebus moralibus, quod jus minus probabile oriens ex opinione adversùs magis probabile, proficiſcens etiam ex opinione prævaleat, ſubnectens licere operari juxta quamlibet opinionem probabilem *juris*, quamvis ſit minus probabilis, & minus tuta; ſed hoc Zamorani dictum contemnendum eſt. Nam ſi *juxta* quamlibet opinionem liceret operari, quotidiè præberetur anſa peccandi, & Judices fierent arbitri, & domini omnium majoratuum, & bonorum, de quibus controverſia eſt, quoties lites excitantur; ſæpiſſimè Doctores diviſi ſunt; alii huic, alii alteri parti favent. Ergo ſi eſſet verum id, quod laxioribus habenis perperàm dixit Zamoranus, nempe poſſe quamcumque opinionem amplecti, ſequeretur Judicem poſſe in ferenda ſententia ſequi quamvis probabilem opinionem, poteritque rem, de qua litigatur, cui voluerit adjudicare perinde, ac ſi foret ſua, & compelleretur alteri è duobus donare, quia ubi Judici videretur dari auctores graves pro utraque parte, nihil amplius inquirendo ad libitum ſuũ, poterit rem, cui maluerit aſſignare, quod abſurdiſſimũ eſſe dixit Thyrſus Gonzalez in ſuo doctiſſimo *tractatu de Rect. uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4. §. 6. *num.* 31. Proſequitur Zamoranus concludens non obſtante dicta poſſeſſione jus minus probabile reſultans ex ejuſmodi opinione poſſe vincere jus aliud magis probabile ex probabiliori opinione reſultans, quod etiam tradidit Jo: Sancius. *diſput.* 33. *num.* 55. *ad med.* Et hujus rationem eſſe ait laxã Zamoran. hoc non eſſe aliud quàm poſſe operantem amplecti opinionem minus probabilem relicta probabiliore; quod iterum confutandum eſt, & rurſus impugnat, ac reprobat Thyrſ. Gonzalez. *de Rect. uſu. opinion. probabil. diſſertat.* 4. §. 7. *num.* 45. Ubi refert 57
quoddam memorabile exemplum cujuſdam Philippi Cancellarii Pariſienſis, quem damnatum ferunt, eó quod innitens ſententia, ſæculo illo probabili, de beneficiorum pluralitate, & ſententiæ contrariæ probabiliori renuens adhærere renunciando pluralitati beneficiorum, in articulo mortis dixerit ſe velle vim probabilitatis opinionum experiri, & videre an pluralitas beneficiorum ad damnationem ſufficeret; quod referunt Dionyſius Chartuſianus *Opuſcul. de Pluralitat. benefic.* Spondanus. *ad ann.* 1238. Cantipratanus *lib.* 1. *de Apib. cap.* 19. §. 5.

Limitatur 4. Ut non detur 58
locus occultæ compenſationi, ſi res ad forum contentioſum ſit deducta, vel ſi Judex in eo foro ſententiam tulerit pro una parte probabili. Nam quamvis utraque pars habeat jus pro ſe ſufficiens ad inducendam occultam compenſationem authoritate privata, tamen re ad forum con-

contentioſum deducta, quælibet pars debet judicis ſententiam expectare, quia Judicis eſt controverſias dirimere Text. in *l.* 1. *§. Inde quæritur. ff. de Nov. oper. nunciat.* Quod tacitè dumtaxat litigantes pacti ſunt, quoniam per litis conteſtationem dicitur quaſi contrahere Text. in *l. Delegare.* §. 1. Text. in *l.* 3. *§. Idem Scribit. ff. de Novat.* Quo in caſu ſi cõpenſatio locum ſibi vindicaret, fieret injuria Judici, & parti, nempè uni ex litigantibus; Judici, quia ejus judicium impediretur; parti quia ageretur adversùs initum pactum, per conteſtationem litis

59 concluſum. Et ſi Judex tulerit ſententiam pro unâ parte probabili, altera nequit uti occultâ compenſatione poſt ſententiam, cui in utroque foro eſt parendum ut dixit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 4. *num.* 3. *in fine.*

60 Huic limitationi refragatur Ludovicus à Conceptione *Examin. verit. moral. tractat.* 2. *de Reſtit. caſu.* 18. Ubi aſſerit compenſationem locum habere quamquã ſententia à Judice feratur in favorem alterius ex colliigantibus; quod verum eſſe ait Zamoran. dict. *diſputat.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. Dummodò certum ſit Judicis ſententiam fuiſſe injuſtam, vel in falſa præſumptione fundari.

61 His omnibus, quæ hactenus effudi pro principali quæſtione utraque exploſsâ ſententiâ, nempe affirmativa tenente ad faciendam occultam compenſationem ſufficere debitum dumtaxat eſſe probabile: & altera amplectente, ſi probabilitas ſit circa factum, non ſufficere, ad inducendam compenſationem; ſi verò probabilitas verſetur circa jus, tunc ſufficere, ad prædictam compenſationem faciendam. Negativa opinio abſolutè eſt tenenda videlicet ad inducendam compenſationem, non ſufficere debitum eſſe probabile, modo probabilitas verſetur circa jus, vel circa factum, quam opinionem tenent Diana *tractat.* 1. *tom.* 8. *reſolut.* 29. *§.* 4. *in fine.* Cardenas *Cris. Theologic. tractat.* 1. *de Probabil. artic.* 6. *diſputat.* 16. *cap.* 8. *num.* 298. Sanchez *lib.* 2. *Summ. cap.* 22. *num.* 18. Molina *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.* 692. *num.* 1. Ubi expreſsè docet, quod in dubio probabili an alicui aliquid debeatur nefas 62 eſt ei occultam accipere compẽſationem; & ſi aliquid in talis debiti compenſationem accipiat, peccat contra juſtitiam, & ad illius reſtitutionem tenetur, & damnorum, quæ indè ei fuerint ſequuta, à quo fuerit acceptum, quoniam in dubio melior eſt cõditio poſſidentis Text. in *l. Si debitor. ff. de Pignorib.* Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de Rei vindicat.* Text. in *l. Qui accuſare. C. de edend.* Text. in *§. Retinendę. Inſtitut. de Interdict.* Quamobrem idẽ 63 in pluribus locis ſuorum operũ tradidit Thomas Sanchez, & præſertim *lib.* 4. *Conſilior. moral. cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 12. Ubi ait, quod ſi hæres inſtitutus in minus ſolemni teſtamento, vel hæres ab inteſtato poſſideat, nequit alter eorum in compenſationem aliorum debitorum hæreditatem capere, quod ita verum credat, ut contrarium probabile non cenſeat, quamcumque ex dictis ſe-

64 ſequatur ſententiam; Nam ad juſtam compenſationem requiritur quod luce clarius conſtet de debito, in dubio verò melius jus habet poſſeſſor, ſed in hoc caſu ſive poſſideat hæres inſtitutus, ſive hæres ab inteſtato, non eſt luce clariùs alteri deberi, cum uterque habeat opinionem validè probabilem, quod poſſit retinere. Et in *Decalog. lib. 2. cap 22. nu. 18.* Expreſsè teſtatur ad compenſationem juſtam non ſatis eſſe probabile reum teneri reſtituere, ſed optatur, id lucè meridiana clariùs eſſe, ut tradunt omnes in materia *de furto lib. 6. cap. 3 num 7.* Dicit habentem opinionem probabilem, quod res aliqua, ab alio poſſeſſa ſit ſua, authoritate privata non poſſe poſſidentem ſpoliare, quoniam dum non adeſt certitudo, quod talis res ſit ſua, probabile non eſt poſſe fieri privatim hujuſmodi ſpolium. Et tandem *lib. 4. cap. 1 n 17.* Ait ad faciendam compenſationem occultam requiri certam injuſtitiam poſſidentis, unde infert, quod ſi quis reſtitutionem faciat credens eſſe uſurarium contractum, de quo ſunt opiniones minimè reſtituturus ſi ſciret uſurarium non eſſe juxta aliquam probabilem opinionem; & proinde poſſe tuta conſcientia non reſtituere, non poſſe poſtea facere occultam compenſationem, quoniam alter fretus contraria opinione probabili, juſtè retinet rem ſibi reſtitutam, quare cum poſſeſſio illius non ſit manifeſtè injuſta, ſed probabiliter juſta, injuſtè tunc ſpoliatur.

65 Huic veræ concluſioni noſtræ opitulatur id, quod in dubiis tutior via eſt eligenda Text. in *l. Si fuerit §. ultim. ff. de Reb. dub.* Text. in *cap. Juvenis, de ſponſalib.* Text in *cap. ad audientiam, de Homicid.* Igitur quærere an ad faciendam occultam compenſationem ſufficiat debitum probabile, cum contrarium ſit tutius; nil aliud eſt, quàm ſe periculo exponere; Quippe cum dixit

66 Eccleſiaſt. *Qui amat periculum peribit in illo*, & qui ad faciendam compenſationem nititur opinione probabili, ſatis exile fulcitur fundamento, cum opinio probabilis, juxta definitionem traditam à Ferillo *quæſt. 2. de Conſcient. num 41.* Sit judicium abſolutum, de aliquo objecto, ſed incertum innixum motivo, cui homo irreprehenſibiliter aſſenſum præbet. Ergo cum com-

67 penſare volens incerto nitatur judicio quoad debitum, meritò compenſatio fieri non poteſt, quia ad hoc, ut compenſatio occulta locum habere poſſit, debitum debet eſſe certum, ac liquidum Caſtropal. *Oper. moral. tract. 32 diſput. 1. punct. 16. §. 3 num. 6.* Vazquez *de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub 8. num. 40.* Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio. num. 1.* Trullench in *Decalog lib. 7. cap. 5. dub 6. num. 4.* Rodriguez *Summ. part. 2. cap. 49. num. 1.* Fagundez in *Decalog. cap. 30. num. 2.* Lugo *de Juſtit. diſput. 16. ſect. 5. num. 87.* Sed in noſtro caſu non

68 eſt nec certum, nec liquidum, Sanchez *lib. 4. Cōſilior. moral. cap. 1. dub. 14. num. 12.* Ergo &c. Quoties enim intendo facere compenſationem pro debito proba-

bile tantùm, ſum in dubio, ac
perplexus an faciendo talem cõ-
penſationem peccet, vel nè, ſi
verò compenſationem non fa-
cio ſum ſecurus; igitur ample-
ctendo opinionem probabilem,
69 quæ ſtat pro compenſatione,
relinquo probabiliorem, quæ
propoſitio eſt damnata à Sum-
mo Pontifice Innocentio Unde-
cimo. Unde Gonzalez in *tractat.*
de Rect. uſu opinion. probabil. diſſert.
4. §. 5 *num.* 25. Dicit, quod quã-
70 do Medicus eſt dubius an medi-
camentum calidum, an frigi-
dum ægroto ſit applicandum, li-
cèt ſententia ſtans pro medica-
mento frigido ſit probabilis; ſi
tamen oppoſitam probabilio-
rem videat, illam ſequi tenetur,
& medicamenta calida applica-
re, quod comprobat ex Vazquez,
Valentia, Sanchez, Azor. Lay-
man. Becan. Filliuc. Reginald.
Torres, Soto, Bañez, Diana,
Henriquez, Caſtillo, & Lugo.
Abſurdum mihi ſanè videtur ſe
exponere periculo peccandi, am-
plectẽdo opinionem minus pro-
babilem; cum ſequendo proba-
71 biliorẽ à peccati periculo ſimus
immunes, ideoque rectè dixit
Eminentiſſimus Aguirre in ce-
leberrimâ Salmaticenſi Acade-
miâ, Sacræ Theologiæ Doctor,
Sacrorum Bibliorum primarius
interpres, hodiè Purpuratorum
Eccleſiæ exemplum, ac decus
antiquitatum ſolertiſſimus per-
ſcrutator, & de Hiſpania noſtra
optimè meritus in *Sinopſ. collect.*
maxim. Concilior. Hiſpan. num. 36.
Qui dũ hæc typis traderẽtur om-
niũ mœrore oppetivit, quod ne-
mo prudẽs ex Probabiliſtis, adeo
corporis vitam ſpernit, ut audeat
uti pharmaco dumtaxat proba-
biliter ſano; quod æquè, vel ma-
gis probabiliter noxium, ac exi-
tiale futurum cenſeatur; unde
nè ſe probabili, vel probabiliori
periculo mortis exponat, aliud
profectò innoxium eligit. Cur
ergo vita animæ, & ſalus æterna
longè pretioſior paſſim expona-
tur probabili periculo opinionũ
liberiorum? nè judicia reflexa
ad alienam authoritatem pro-
deſſe videntur ad formandum
judicium moraliter certũ de uſu
licito opinionis benignæ quo-
ad bona animi potius, quàm cor-
poris, vel fortunæ, ubi opinio ſe-
verior æquè, aut magis urget.

Suffragatur quoque, quod ſi 72
opinio probabilis ſufficeret ad
faciendam compenſationem oc-
cultam, ſequeretur dari poſſe
bellum ex utraque parte juſtum.
Sequela hujuſmodi poteſt pro-
bari. Adverſarius ſciens cõpen-
ſationem à te factam fuiſſe, poſ-
ſe ſibi rurſum compenſare, & ſic
deinceps. Facit etiam, quod 73
Princeps nequit authoritate
propriâ bellum indicere, ductus
ſolummodò opinione probabili;
ſed cauſam debet remittere ad
Judices ex utriuſque partis con-
ſenſu deſignandæ Vazquez 1. 2.
tom. 1. *diſputat.* 64. *cap.* 3. Suarez *de*
Charitat. diſput. 13. *ſect.* 6. *num.* 4.
Igitur multò minus poterit ſub-
ditus authoritate privatâ facere
occultam compenſationem, fre-
tus dumtaxat opinione proba-
bili, ſed ad Judices ad hoc mu-
nus à Republicâ conſtitutos de-
bet recurrere. Aſpirat enim no- 74
ſtræ opinioni id, quod nequit fie-
ri-

ri compenſatio de debito certo, cum debito incerto Text. in *l. Quod in diem ff. de Compenſat.* Sed is, qui ſolummodò habet probabilitatem, quód ipſi Petrus aliquid debeat, cui ipſe tantundem certò debet, videtur debitum certum, cum incerto compenſare, ſed hoc dici nequit. Ergo &c.

75 Nunc videndum eſt an poſſit facere compenſationem occultam is, qui reſtituit credens eſſe uſurarium aliquem contractum, de quo ſunt opiniones, minimè reſtituturus, ſi tunc ſciret uſurarium non eſſe juxta aliquam opinionem probabilem. Cui difficultati affirmativè reſpondent Jo. Sancius *diſput.* 44. *num.* 60. *ad finem.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 5. *num.* 2. Ratio eſſe videtur. Nam is, qui reſtituit minimè reſtituturus ſi ſciret ad id non teneri juxta aliquam probabilem opinionem, haud animo donandi reſtitutionem fecit, ſed compulſus ex errore qui eſt prædictæ reſtitutionis actus finalis.

76 Is qui ſic reſtituit errore detecto in foro conſcientiæ poteſt id, quod dedit repetere, vel uti occulta compenſatione, ſi juxta aliquam opinionem compenſat, ſe ad reſtitutionem non teneri, quando facta fuit reſtitutio ex nullo alio motivo facta fuit, quàm ex errore, quod tunc obliget ſub mortale peccato, qui error, cùm ſit in cauſâ finali actus, ipſum defectus conſenſus vitiat; denique poſt factam ex illo errore reſtitutionem, non apparet in reſtituente animus donandi,

77 in caſu, quo reſtitutio non obliget ſub mortali peccato, nec ex fine reſtituendi colligitur voluiſſe, quod talis reſtitutio sẽper haberetur rata propter alios fines, quamvis ad illam non teneretur ſecundùm aliquam opinionem probabilem. Igitur ex tali errore ſic reſtituit fretus poſtea opinione probabili, quod contractus non ſit uſurarius, nec obligatio reſtituendi ex illo proficiſcatur, reſtitutionem factam involuntariè poterit revocare ex hujuſmodi errore, & facere occultam compenſationem, ut tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 5. *num.* 3. *in fin.*

Sed hoc non obſtante contraria opinio tenenda eſt, videlicet, quod non habeat locum compenſatio; quia ut ſupra dictum fuit, compenſatio expoſcit certam poſſidentis injuſtitiam. Is, cui in prædicto caſu facta fuit reſtitutio rem ſibi reſtitutam juſte poſſidet, innitens contrariæ opinioni probabili, quod uſurarius fuerit cõtractus, & prædicta opinione poteſt ſe tueri adversùs volentem ipſum ſpoliare. Ergo cum ejus poſſeſſio non ſit manifeſtè injuſta, ſed ſaltem probabiliter juſta, juxta probabilem opinionem iniquũ, ac injuſtum erit illum privatim ſpoliare; cum nequeat tunc compenſationem pati, & hanc negativam opinionem amplexus fuit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 5. *num.* 6. Si accidat, quod quis credens uſurarium eſſe contractum, de quo ſunt opiniones, nempe ſi reſtituens contrariæ ſententiæ aſſerentis contractum non eſſe uſurarium cõ- 78 79 80

ſcius ſit; & tamen eligens opinionem magis tutam reſtituit, ſive ad eximendum ſe omninò ſcrupulis, ſive alio honeſto fine, quo in caſu aſſerit locum compenſationi non eſſe poſt reſtitutionem factam illo animo, & motivo.

SVMMARIVM

1 *Caſus rogitationis exponitur ad hoc ut clarius diſputatio concipiatur.*

2 *Caſus deſcribitur.*

3 *Reſtituere an tenearis Paulo innocenti omni damna, quæ ob tuum occultum delictum patitur?*

4 *Homicida occultus in foro conſcientiæ tenetur refundere ea, quæ ob ſuum crimen innocens paſſus fuit ante judicis ſententiam.*

5 *Homicida quare ante judicis ſententiam ſolvere teneatur Innocenti?*

6 *Damnum Paulo Innocenti qua ex cauſa emanet?*

7 *Innocentes ſæpeſæpius in Judicibus criminalibus, adhuc ultimo ſupplicio puniuntur, ob eorum confeſſionem vi, ac metu tormentorum factam, & extortam.*

8 *Homicidæ damnum, quod Innocens patitur imputari; non autem adſtipulari poteſt.*

9 *Homicida quoties utatur gladio, veſtimento, vel aliqua alia ſpeciali re Innocentis Pauli, eſt cauſa ejus damni; ac propterea illi omnia refundere tenetur in foro poli.*

10 Zamorani opinio.

11 *Homicida cum nullatenus fuit cauſa damni Innocentis, ad reſtitutionem non tenetur.*

12 *Homicida occultus peccat contra juſtitiam reſpectu tertii, ac proinde tenetur ad compenſationem.*

13 *Cautionem debitam non adhibens aliquis monitus de futuro damno; at illam omittendo cenſetur cauſa ejus damni, qua de cauſa ad omnia damna deinde ſequuta tenetur.*

14 *Advertens Paulo Innocenti damnum obventurum, licet non peccet adversùs juſtitiam; attamen damnum compenſare tenetur.*

15 *Homicida non eſt cauſa, ut damnum Innocenti obveniat: ſed tantummodò occaſio.*

16 *Homicida, cum ſit ſimpliciter occaſio damni Innocentis, licet contra charitatem peccet, non ideò ad compenſationem obligatur.*

17 *Compenſationem faciendi quoties cauſa eſt, an privata authoritate, ac injuſſu Judicis neceſſe ſit in illa aliquis ordo ſervari.*

18 *Compenſatio rationis diverſæ fieri non poteſt.*

19 *Compenſatio rationis diverſæ an fieri poſſit? (cum injuſtum ſit aliquem detrimentum pati in rebus ſuis)* ſecundùm Medinam.

20 Navarræ opinio, & diſtinctio quædam.

21 *Compenſatio an fieri poſſit inter me, cui centum debes cauſa mutui, & te cui totidem ex emptione obligatus ſum?*

22 *Compenſatio occulta mihi non conceditur, quoties alio remedio poſſum debitum conſequi, nec authoritate propria illam in re æquivalente facere, quam ſibi debeo.*

23 *Compenſatio facta clàm in bonis debitoris, & creditoris ſimul, ultra uſurpando ſibi officium judicis la-*

lædit debitorem.

24 *Creditor, cùm adhuc ſit debitor ejuſdem, qui ſolvere nequit, niſi ſolvatur: de uſurpato Judicis officio equidem conqueri non poteſt.*

25 *Compenſatio non dicitur injuriam inferre, quoties ob carentiam alicujus alterius remedii fit.*

26 *Compenſatio fieri debet in eadem ſpecie, ne fortaſsè debitor dicat ſe læſum fuiſſe.*

27 *Compenſatio in foro fori non admittitur, niſi in rebus uſu conſumptibilibus, & ſpeciè non differentibus.*

28 *Compenſatio à foro poli conceditur in quibuſcumque bonis, cum alia non adſint, dummodò autem ſervetur qualitas aritmetica.*

29 *Compenſationem faciendi quoties cauſa inſtat, & commodè fieri nequit in rebus uſu conſumptibilibus ejuſdem ſpeciei, an aliquis ordo ſervari debeat?*

30 *Debitor potius gravatur privatione rerum uſu non conſumptibilium, quàm uſu conſumptibilium; ideoque in iſtis compenſatio permittitur,* ſecundùm Medinam.

31 *Debitor quem ordinem ſervare debeat?*

32 *Compenſatio facienda eſt minori jactura debitoris quantum poſſibile eſt.*

33 *Compenſationis in factione ſiquidem ſervari debet ordo minoris ruinæ.*

34 *Compenſatio quoties majoris incommodi eſſet debitori in rebus uſu conſumptibilibus, quam in uſu non conſumptibilibus, fieri licitè poteſt, & debet in illis non uſu conſumptibilibus.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ſit compenſandum damnum, quod alicui Tertio obvenit ex eo, quod per errorem illi imputetur crimen, quod ipſe delinquens tunc verè commiſit? Et de ordine ſervando in rebus, in quibus fit occulta compenſatio?

QUÆSTIO XXI.

Ut hujus quæſiti diſputatio apertiùs eniteat, caſum rogitationis præponendum putavi, ut illius figuratione difficultas clarius aperiatur. Finge enim te occultè Petrum necaſſe. Hoc quidèm crimen aliqua ob indicia Paulo innocenti imputatur, propter quod Paulus plurima patitur nocumenta, & denique temporalia damna ex tali delicto ſequuta compellitur ſolvere, & quoque afficitur pœnâ. Nunc porrò ſubintrat dubium: an Paulo innocenti omnia damna, illi obvenientia ex tua injuſta actione reſtituere tenearis: quamquam illud quod tu commiſiſti delictum neutiquam ei impoſueris: nec ut illi imponeretur conſulueris? Et tamquam certum fir-

1 2 3

poſſeſſio eſt certa, cui omnia jura favent, quando ex parte facti non adeſt certitudo in contrarium. Illa probabilitas circa proprietatem contra poſſeſſionem prævalere non poteſt, ſed hæc certa poſſeſſio prævalet, impeditque alterius opinionis probabilis uſum ex facti ſolius parte circa hujuſmodi proprietatem, ut benè Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 4. *cap.* 3. *num.* 6. Hæc quæ hucuſque dicta ſunt, ad probandam primam partem diſtinctionis illorum Doctorum, qui tenent ad compenſationem minimè ſufficere probabilitatem ex parte facti deſcendentem: quod probatum hucuſque remanet. Nunc probãda eſt altera diſtinctionis pars, videlicet, quod ad inducendam compenſationem ſufficiat opinio probabilis proficiſcens ex parte juris. Cujus concluſionis ratio eſt, quia hæc opinio eſt judicium de jure, & format conſcientiam rectam, dirigitque ad prudentem, & honeſtam operationem, dum excludendo omne dubium practicum demonſtrando probabiliter, quæ liceat, vel non liceat operari cõformiter ad ipſum jus, ſequendo prudens judicium, quod unicuique liceat jus ſuum, etiam probabile tueri Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 97.

47 Ergo quando creditor probabiliter juſtè judicat jus habens legitimum ad rem, quam alter poſſidet, & opinetur licitè eam exigere poſſe, & accipere authoritate privata ante omnem ſententiam, nec debitorem juſtè retinere poſſe; conſequens eſt, ut in foro conſcientiæ poſſit uti occultâ compenſatione, quoties jus ſuum alia via defendere nequit, cum nemo jure ſuo uti prohibeatur juxta Text. in *l. Nullus* 55. *ff. de Reg. jur.*

Secunda ratio eſt, quia multoties opinio probabilis juris prævalet contra poſſeſſionem juſtã, & eſt ſufficiens ad ſpoliandum poſſidentem, etiam authoritate privatâ. Unde Princeps in imponendis novis tributis poteſt uti opinione probabili, quod tributum illud ſit juſtum, vaſſallus ſuſpicans tributum eſſe juſtum juxta illam opinionem probabilem, ſi opinetur quoque probabiliter eſſe injuſtum inhærendo illi opinioni, tutâ conſcientiâ poteſt illud non ſolvere, vel facere compenſationem occultam refert Leſſius de *Juſtit. & jur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 8. *num.* 67. Navarr. *de Reſtit. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 137. Vega *Summ. tom.* 1. *cap.* 15. *caſu* 11. Zamoran *de Compenſat diſput.* 4. *cap.* 3. *num.* 12. Lopez *tom.* 2. *Inſtruct. conſcient. cap.* 187. Salon. 2. 2. *quæſt.* 77. *art.* 3. *contr.* 8. Cordub. *Summ. quæſt.* 35. *dub.* 1. Lugo *quæſt.* 10. *num.* 80. Et quando opinio probabilis eſt circa 48 jus, ut liceat Principi alii Regi bellum inferre, ipſumque poſſidentem ſpoliare, tradunt Reginald. Covarr. Navarra, Filliuc. Malderus relati à Jo. Sancio *diſput.* 44. *num* 58. Franc. de Lugo *quæſt.* 11. *nu.* 87. Cardinal. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſput.* 16. *ſect.* 5. *num.* 104. *verſic. Secundò reſpondent.* Ubi hoc intelligi debere ait, quando adverſarius nolit ad judicium rem deduci, nec Princeps

ceps ſperet aliter jus ſuum defendere, quod etiam in privato ad compenſationem poſtulatur, & à fortiori in bello, ex quo cōtra commune bonum graviora proficiſcuntur incommoda. Unde Princeps nec tunc bellum ad punitionem ordinare poſset, ſed ſolùm ad recuperationem, quia cum ipſi etiam ex opinione probabili pugnaverint, non fuit in ipſis delictum ullum punitione dignum, & Zamoran. *de Compenſat. diſput* 4. *cap.* 2. *num.* 12. *in fin.*
50 Aſserit Regem, qui tunc impugnatur poſse tutâ conſcientiâ armis ſe defendere; quoniam probabiliter eſt juſtus poſseſsor, nec tenetur inhærere contrariæ opinioni probabili, quæ favet Regi bellum inferenti.

51 Tertia poſseſſio debitoris nō tollit jus creditoris, nec impedit uſum talis juris ad ipſum ſpoliādum. Unde ſuppoſitâ juris probabilitate, quæ favet creditori alterum ſpoliare volenti, omninò certa dici nequit poſseſsoris juſtitia, ſed tantùm probabilis; ideoque hujuſmodi poſseſſio in dubiū revocari poteſt per contrariam opinionem probabilem ex parte juris, quam opinionem amplectendo poteſt Judex ſpoliare poſſidentem, ut tenent Doctores relati à Franc. de Lugo in *quæſt.* 8. *num.* 63. Quippe quamvis poſseſſio prævaleat adversùs opinionem probabilem ex parte facti; quoniam factum eſt dubium, & in dubio melior eſt conditio poſſidentis Text. in *l. Si debitor. ff. de Pignor.* Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de Rei vindicat.* Tamen prævalere nequit contra opinionem probabilem juris, quæ poſseſſionis illius juſtitiam in dubium revocat; ideoque ſtante probabilitate juris pro creditore compenſare volente, rectè prædictus creditor in Judicis defectum poterit uti occulta compenſatione, dummodò alia via creditum ſuum recuperare non poſſet.

Quarta, quia ſine idoneo fulcimine dicitur ad compenſationem juſtam expetere injuſtitiam certam poſſidentis, quo caſu nec Judex poſſidentem ſpoliare poſſet, quamvis opinio juris probabilior uni ex litigantibus opitularetur, quod refragaretur communi opinioni Doctorum aſſerentium Judicem in hoc caſu poſſe ſequi probabilem opinionem in judicando, & poſſidentem ſpoliare, ut tradidit Sanchez in *Decalog. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 45. Ubi perniciosè, ac ſcandalosè dixit, in ſententiis ferendis integrum eſſe Judici, quam maluerit opinionem eligere, & ſecundùm eam judicare; imò nunc ſecundùm unam, nunc ſecundùm aliam. Quia ex vi officii ſui, juſtitiæque diſtributivæ non magis uni, quàm alteri, id judicii favorabilis bonum debet, ſed uterque judicio illo dignus eſt. Et ſicut inter duos æquè dignos beneficio datur optio, ita in ſententiis ferendis; quod nihil abſurdius, nihilque improprius tam doctrinæ ſcripturis, quàm moribus vitæ; cum ſemper acerrimè tenendum ſit Judicem teneri ſemper ſententiam proferre pro probabiliori opinione, relicta probabili, & minus tuta, ut nuper- 52 53

perrimè doctiſſimè, ac laudabiliter docet habena opinionum ſatis benignarum Gonzalez *de Rect. uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4. §. 6 *num.* 44. Ex opinione Sanchez tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 3. *num.* 9. Videri poſſidentis injuſtitiam probabilem eſſe ob contrariam opinionem probabilem circa jus creditoris compenſare volẽtis, quia ipſo jure, quod creditor ſuſpicatur habere verum jus ad rem, quam ille poſſidet, operatur injuſtè quoque eam rem poſſidere, & ante ſententiam reſtituere, debere, quæ probabilitas, ut ipſe Zamoranus loco citato exiſtimat ſufficit ad hoc, ut inhærendo juri illi probabili poſſet uti occulta compenſatione, & ſecretò alterum ſpoliare; cum ſequi non debeat probabilem opinionem, quæ favet juri poſſidentis, juſtitiæque illius poſſeſſionis.

54 Probatâ hac ſecundâ parte, concluſionis eam pluribus modis limitant Doctores eam opinionem amplectentes. Primò, quoties volens jus ſuum defendere, per occultam compenſationem debet ex aliquo cõtractu ſequi opinionem probabilem poſſidentis, quæ hujuſmodi compenſationi adverſatur. Nam tunc renunciaſſe videtur juri ſe compenſandi proveniente ex ſua opinione probabili cõtraria opinioni probabili contrahentis Jo. Sancius *diſputat.* 44. *num.* 60. *ad fin.* Ubi ideò aſſerit fieri non poſſe juſtam compenſationem, quia obſtat ipſe contractus, & contrahens non facit injuriam alteri, ſi cum eo nolit contrahere, niſi juxta, ſuam probabilem opinionem, adjecto pacto, ut in tali contractu eam alter ſequatur, ubi juſtè quæri non poteſt, niſi alter propriam opinionem contemnat Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 4. *num.* 2. *ad finem.*

Limitatur 2. Ut privatus volens uti compenſatione ad tuendum ſuum jus dumtaxat probabile nullam inferat vim Cardinal. de Lugo *de Juſtit. & jur. diſputat.* 16 *ſect.* 6. *num.* 134. Ubi docet non poſſe creditorem per vim cogere debitorem ad reſtituendam rem, quam poſſeſſor jure probabili habet, ut ſuam, ſi ipſe dumtaxat probabiliter putet eſſe ſuam, vel ad eam jus quoddam habere. Nam quamquam ad faciendam compenſationem occultam (juxta Doctores hanc opinionem amplectentes) ſufficiat probabilitas proxima ex parte juris; tamen ad inferendam vim, certitudo exoptatur. Ratio eſt, quia privatus ſolùm poteſt vim vi repellere, argum. Text. in *l. Ut vim. ff. de Juſtit. & jur.* Text. in *l.* 1. *ff. de Vi, & vi armat.* Text. in *l. Scientiam. §. Qui cum aliter. ff. ad Leg. Aquil.* Is qui cum opinione probabili rem poſſidet, nullam infert vim, quę vi repelli poſſet, ut dixit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 4. *num.* 6. 55

Limitatur 3. Dummodò opinio ſit æquè, aut magis probabilis, quæ juri creditoris volentis compenſare favet, ut ex Cardinal. de Lugo docet Zamoran. *de Compenſat. dicta diſput.* 4. *cap.* 4. *num.* 1. Nam cum alter juſtè poſſideat, juxta aliquam opinionem 56

nem probabilem, nimis durum cernitur ipſum privatim ſpoliare ob jus minus probabile non poſſidentis. Sed hoc fundamentum ſolidum non eſſe fatetur idem Zamoran. loco citato; quoniam non obſtante poſſeſſione, non eſt inconveniens in rebus moralibus, quod jus minus probabile oriens ex opinione adversùs magis probabile, proficiſcens etiam ex opinione prævaleat, ſubnectens licere operari juxta quamlibet opinionem probabilem juris, quamvis ſit minus probabilis, & minus tuta; ſed hoc Zamorani dictum contemnendum eſt. Nam ſi juxta quamlibet opinionem liceret operari, quotidiè præberetur anſa peccandi, & Judices fierent arbitri, & domini omnium majoratuum, & bonorum, de quibus controverſia eſt, quoties lites excitantur; ſæpiſſimè Doctores diviſi ſunt, alii huic, alii alteri parti favent. Ergo ſi eſſet verum id, quod laxioribus habenis perperàm dixit Zamoranus, nempe poſſe quamcumque opinionem amplecti, ſequeretur Judicem poſſe in ferenda ſententia ſequi quamvis probabilem opinionem, poteritque rem, de qua litigatur, cui voluerit adjudicare perinde, ac ſi foret ſua, & compelleretur alteri è duobus donare, quia ubi Judici videretur dari auctores graves pro utraque parte, nihil amplius inquirendo ad libitum ſuū, poterit rem, cui maluerit aſſignare, quod abſurdiſſimū eſſe dixit Thyrſus Gonzalez in ſuo doctiſſimo *tractatu de Rect. uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4. §. 6. *num.* 31. Proſequitur Zamoranus concludens non obſtante dicta poſſeſſione jus minus probabile reſultans ex ejuſmodi opinione poſſe vincere jus aliud magis probabile ex probabiliori opinione reſultans, quod etiam tradidit Jo. Sancius. *diſput.* 33. *num.* 55. *ad med.* Et hujus rationem eſſe ait laxā Zamoran. hoc non eſſe aliud quàm poſſe operantem amplecti opinionem minus probabilem relicta probabiliore; quod iterum confutandum eſt, & rurſus impugnat, ac reprobat Thyrſ. Gonzalez. *de Rect. uſu opinion. probabil. diſſertat.* 4. §. 7. *num.* 45. Ubi refert quoddam memorabile exemplum cujuſdam Philippi Cancellarii Pariſienſis, quem damnatum ferunt, eó quod innitens ſententia, ſæculo illo probabili, de beneficiorum pluralitate, & ſententiæ contrariæ probabiliori renuens adhærere renunciando pluralitati beneficiorum, in articulo mortis dixerit ſe velle vim probabilitatis opinionum experiri, & videre an pluralitas beneficiorum ad damnationem ſufficeret; quod referunt Dionyſius Chartuſianus *Opuſcul. de Pluralitat. benefic.* Spondanus. *ad ann.* 1238. Cantipratanus *lib.* 1. *de Apib. cap.* 19. §. 5. 57

58 Limitatur 4. Ut non detur locus occultæ compenſationi, ſi res ad forum contentioſum ſit deducta, vel ſi Judex in eo foro ſententiam tulerit pro una parte probabili. Nam quamvis utraque pars habeat jus pro ſe ſufficiens ad inducendam occultam compenſationem authoritate privata, tamen re ad forum con-

contentioſum deducta, quælibet pars debet judicis ſententiam expectare, quia Judicis eſt controverſias dirimere Text. in *l.* 1. *§. Inde quæritur. ff. de Nov. oper. nunciat.* Quod tacitè dumtaxat litigantes pacti ſunt, quoniam per litis conteſtationem dicitur quaſi contrahere Text. in *l. Delegare* §. 1. Text. in *l.* 3. *§. Idem Scribit. ff. de Novat.* Quo in caſu ſi cōpenſatio locum ſibi vindicaret, fieret injuria Judici, & parti, nempè uni ex litigantibus; Judici, quia ejus judicium impediretur; parti quia ageretur adversùs initum pactum, per conteſtationem litis

59 concluſum. Et ſi Judex tulerit ſententiam pro unâ parte probabili, altera nequit uti occultâ compenſatione poſt ſententiam, cui in utroque foro eſt parendum ut dixit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 4. *num.* 3. *in fine.*

60 Huic limitationi refragatur Ludovicus à Conceptione *Examin. veritat. moral. tractat.* 2. *de Reſtit. caſu.* 18. Ubi aſſerit compenſationem locum habere quamquā ſententia à Judice feratur in favorem alterius ex colliriganti bus; quod verum eſſe ait Zamoran. dict. *diſputat.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. Dummodò certum ſit Judicis ſententiam fuiſſe injuſtam, vel in falſa præſumptione fundari.

61 His omnibus, quæ hactenus effudi pro principali quæſtione utraque exploſsâ ſententiâ, nempe affirmativa tenente ad faciendam occultam compenſationem ſufficere debitum dumtaxat eſſe probabile: & altera amplectente, ſi probabilitas ſit circa factum, non ſufficere, ad inducendam compenſationem; ſi verò probabilitas verſetur circa jus, tunc ſufficere, ad prædictam compenſationem faciendam. Negativa opinio abſolutè eſt tenenda videlicet ad inducendam compenſationem, non ſufficere debitum eſſe probabile, modo probabilitas verſetur circa jus, vel circa factum, quam opinionem tenent Diana *tractat.* 1. *tom.* 8. *reſolut.* 29. *§.* 4. *in fine.* Cardenas *Cris. Theologic. tractat.* 1. *de Probabil. artic.* 6. *diſputat.* 16. *cap.* 8. *num.* 298. Sanchez *lib.* 2. *Summ. cap.* 22. *num.* 18. Molina *de Juſtit. & jur. tractat.* 2. *diſputat.* 692. *num.* 1. Ubi expreſsè docet, quod in dubio probabili an alicui aliquid debeatur nefas 62 eſt ei occultam accipere compēſationem; & ſi aliquid in talis debiti compenſationem accipiat, peccat contra juſtitiam, & ad illius reſtitutionem tenetur, & damnorum, quæ indè ei fuerint ſequuta, à quo fuerit acceptum, quoniam in dubio melior eſt cōditio poſſidentis Text. in *l. Si debitor. ff. de Pignorib.* Text. in *l. Is qui deſtinavit. ff. de Rei vindicat.* Text. in *l. Qui accuſare. C. de edend.* Text. in *§. Retinendæ. Inſtitut. de Interdict.* Quamobrem idē 63 in pluribus locis ſuorum operum tradidit Thomas Sanchez, & præſertim *lib.* 4. *Conſilior. moral. cap.* 1. *dub.* 14. *num.* 12. Ubi ait, quod ſi hæres inſtitutus in minus ſolemni teſtamento, vel hæres ab inteſtato poſſideat, nequit alter eorum in compenſationem aliorum debitorum hæreditatem capere, quod ita verum credat, ut contrarium probabile non cenſeat, quamcumque ex dictis ſe-

64 ſequatur ſententiam; Nam ad juſtam compenſationem requiritur quod luce clarius conſtet de debito, in dubio verò melius jus habet poſſeſſor, ſed in hoc caſu ſive poſſideat hæres inſtitutus, ſive hæres ab inteſtato, non eſt luce clariùs alteri deberi, cum uterque habeat opinionem validè probabilem, quod poſſit retinere. Et in *Decalog. lib. 2. cap 22. nu. 18.* Expreſsè teſtatur ad compenſationem juſtam non ſatis eſſe probabile reum teneri reſtituere, ſed optatur, id lucè meridiana clariùs eſſe, ut tradunt omnes in materia *de furto lib. 6. cap. 3 num 7.* Dicit habentem opinionem probabilem, quod res aliqua, ab alio poſſeſſa ſit ſua, authoritate privata non poſſe poſſidentem ſpoliare, quoniam dum non adeſt certitudo, quod talis res ſit ſua, probabile non eſt poſſe fieri privatim hujuſmodi ſpolium. Et tandem *lib. 4. cap. 1 n 17.* Ait ad faciendam compenſationem occultam requiri certam injuſtitiam poſſidentis, unde infert, quod ſi quis reſtitutionem faciat credens eſſe uſurarium contractum, de quo ſunt opiniones minimè reſtituturus ſi ſciret uſurarium non eſſe juxta aliquam probabilem opinionem; & proinde poſſe tuta conſcientia non reſtituere, non poſſe poſtea facere occultam compenſationem, quoniam alter fretus contraria opinione probabili, juſtè retinet rem ſibi reſtitutam, quare cum poſſeſſio illius non ſit manifeſtè injuſta, ſed probabiliter juſta, injuſtè tunc ſpoliatur.

65 Huic veræ concluſioni noſtræ opitulatur id, quod in dubiis tutior via eſt eligenda Text. in *l. Si fuerit §. ultim. ff. de Reb. dub.* Text. in *cap. Juvenis, de ſponſalib.* Text in *cap. ad audientiam, de Homicid.* Igitur quærere an ad faciendam occultam compenſationem ſufficiat debitum probabile, cum contrarium ſit tutius; nil aliud eſt, quàm ſe periculo exponere; Quippe cum dixit 66
Eccleſiaſt. *Qui amat periculum peribit in illo*, & qui ad faciendam compenſationem nititur opinione probabili, ſatis exile fulcitur fundamento, cum opinio probabilis, juxta definitionem traditam à Ferillo *quæſt. 2. de Conſcient. num 41.* Sit judicium abſolutum, de aliquo objecto, ſed incertum innixum motivo, cui homo irreprehenſibiliter aſſenſum præbet. Ergo cum com 67
penſare volens incerto nitatur judicio quoad debitum, meritò compenſatio fieri non poteſt, quia ad hoc, ut compenſatio occulta locum habere poſſit, debitum debet eſſe certum, ac liquidum Caſtropal. *Oper. moral. tract. 32 diſput. 1. punct. 16. §. 3 num. 6.* Vazquez *de Reſtitut. cap. 5. §. 1. dub 8. num. 40.* Mendus *Epitom. opinion. moral. verbo Compenſatio. num. 1.* Trullench in *Decalog lib. 7. cap. 5. dub 6. num. 4.* Rodriguez *Summ. part. 2. cap. 49. num. 1.* Fagundez in *Decalog. cap. 30. num. 2.* Lugo *de Juſtit. diſput. 16. ſect. 5. num. 87.* Sed in noſtro caſu non 68
eſt nec certum, nec liquidum, Sanchez *lib. 4. Cõſilior. moral. cap. 1. dub. 14. num. 12.* Ergo &c. Quoties enim intendo facere compenſationem pro debito proba-

Digitized by Google

bile tantùm, ſum in dubio, ac perplexus an faciendo talem cōpenſationem peccet, vel nè, ſi verò compenſationem non facio ſum ſecurus; igitur amplectendo opinionem probabilem,
69 quæ ſtat pro compenſatione, relinquo probabiliorem, quæ propoſitio eſt damnata à Summo Pontifice Innocentio Undecimo. Unde Gonzalez in *tractat. de Rect. uſu opinion. probabil. diſſert.* 4. §. 5 *num.* 25. Dicit, quod quā-
70 do Medicus eſt dubius an medicamentum calidum, an frigidum ægroto ſit applicandum, licèt ſententia ſtans pro medicamento frigido ſit probabilis; ſi tamen oppoſitam probabiliorem videat, illam ſequi tenetur, & medicamenta calida applicare, quod comprobat ex Vazquez, Valentia, Sanchez, Azor. Layman. Becan. Filliuc. Reginald. Torres, Soto, Bañez, Diana, Henriquez, Caſtillo, & Lugo. Abſurdum mihi ſanè videtur ſe exponere periculo peccandi, amplectēdo opinionem minus probabilem; cum ſequendo proba-
71 biliorē à peccati periculo ſimus immunes, ideoque rectè dixit Eminentiſſimus Aguirre in celeberrimâ Salmaticenſi Academiâ, Sacræ Theologiæ Doctor, Sacrorum Bibliorum primarius interpres, hodiè Purpuratorum Eccleſiæ exemplum, ac decus antiquitatum ſolertiſſimus perſcrutator, & de Hiſpania noſtra optimè meritus in *Sinopſ. collect. maxim. Concilior. Hiſpan. num.* 36. Qui dū hæc typis traderētur omniū mœrore oppetivit, quod nemo prudēs ex Probabiliſtis, adeo corporis vitam ſpernit, ut audeat uti pharmaco dumtaxat probabiliter ſano; quod æquè, vel magis probabiliter noxium, ac exitiale futurum cenſeatur; unde, nè ſe probabili, vel probabiliori periculo mortis exponat, aliud profectò innoxium eligit. Cur ergo vita animæ, & ſalus æterna longè pretioſior paſſim exponatur probabili periculo opinionū liberiorum? nè judicia reflexa ad alienam authoritatem prodeſſe videntur ad formandum judicium moraliter certū de uſu licito opinionis benignæ quoad bona animi potius, quàm corporis, vel fortunæ, ubi opinio ſeverior æquè, aut magis urget.

Suffragatur quoque, quod ſi 72
opinio probabilis ſufficeret ad faciendam compenſationem occultam, ſequeretur dari poſſe bellum ex utraque parte juſtum. Sequela hujuſmodi poteſt probari. Adverſarius ſciens cōpenſationem à te factam fuiſſe, poſſe ſibi rurſum compenſare, & ſic deinceps. Facit etiam, quod 73
Princeps nequit authoritate propriâ bellum indicere, ductus ſolummodò opinione probabili; ſed cauſam debet remittere ad Judices ex utriuſque partis conſenſu deſignandæ Vazquez 1. 2. *tom.* 1. *diſputat.* 64. *cap.* 3. Suarez *de Charitat. diſput.* 13. *ſect.* 6. *num.* 4. Igitur multò minus poterit ſubditus authoritate privatâ facere occultam compenſationem, fretus dumtaxat opinione probabili, ſed ad Judices ad hoc munus à Republicâ conſtitutos debet recurrere. Aſpirat enim no- 74
ſtræ opinioni id, quod nequit fieri.

ri compenſatio de debito certo, cum debito incerto Text. in *l. Quod in diem.ff.de Compenſat.* Sed is, qui ſolummodò habet probabilitatem, quód ipſi Petrus aliquid debeat, cui ipſe tantundem certò debet, videtur debitum certum, cum incerto compenſare, ſed hoc dici nequit. Ergo &c.

75 Nunc videndum eſt an poſſit facere compenſationem occultam is, qui reſtituit credens eſſe uſurarium aliquem contractum, de quo ſunt opiniones, minimè reſtituturus, ſi tunc ſciret uſurarium non eſſe juxta aliquam opinionem probabilem. Cui difficultati affirmativè reſpondent Jo. Sancius *diſput.*44.*num.*60. *ad finem.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4. *cap.*5. *num.* 2. Ratio eſſe videtur. Nam is, qui reſtituit minimè reſtituturus ſi ſciret ad id non teneri juxta aliquam probabilem opinionem, haud animo donandi reſtitutionem fecit, ſed compulſus ex errore qui eſt præ-dictæ reſtitutionis actus finalis.

76 Is qui ſic reſtituit errore detecto in foro conſcientiæ poteſt id, quod dedit repetere, vel uti occulta compenſatione, ſi juxta aliquam opinionem compenſat, ſe ad reſtitutionem non teneri, quando facta fuit reſtitutio ex nullo alio motivo facta fuit, quàm ex errore, quod tunc obliget ſub mortale peccato, qui error, cùm ſit in causâ finali actus, ipſum defectus conſenſus vitiat; denique poſt factam ex illo errore reſtitutionem, non apparet in reſtituente animus donandi,

77 in caſu, quo reſtitutio non obliget ſub mortali peccato, nec ex fine reſtituendi colligitur voluiſſe, quod talis reſtitutio sẽper haberetur rata propter alios fines, quamvis ad illam non teneretur ſecundùm aliquam opinionem probabilem. Igitur ex tali errore ſic reſtituit fretus poſtea opinione probabili, quod contractus non ſit uſurarius, nec obligatio reſtituendi ex illo proficiſcatur, reſtitutionem factam involuntariè poterit revocare ex hujuſmodi errore, & facere occultam compenſationem, ut tradidit Zamoran. *de Compenſat. diſput.*4. *cap.*5. *num.*3. *in fin.*

Sed hoc non obſtante contraria opinio tenenda eſt, videlicet, quod non habeat locum compenſatio; quia ut ſupra dictum fuit, compenſatio expoſcit certam poſſidentis injuſtitiam. Is, cui in prædicto caſu facta fuit reſtitutio rem ſibi reſtitutam juſte poſſidet, innitens contrariæ opinioni probabili, quod uſurarius fuerit cõtractus, & prædicta opinione poteſt ſe tueri adverſùs volentem ipſum ſpoliare. Ergo cum ejus poſſeſſio non ſit manifeſtè injuſta, ſed ſaltem probabiliter juſta, juxta probabilem opinionem iniquũ, ac injuſtum erit illum privatim ſpoliare; cum nequeat tunc compenſationem pati, & hanc negativam opinionem amplexus fuit Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.*5. *num.*6. Si accidat, quod quis credens uſurarium eſſe contractum, de quo ſunt opiniones, nempe ſi reſtituens contrariæ ſententiæ aſſerentis contractum non eſſe uſurarium cõ- 78 79 80

lædit debitorem.

24 *Creditor, cùm adhuc ſit debitor ejuſdem, qui ſolvere nequit, niſi ſolvatur: de uſurpato Judicis officio equidem conqueri non poteſt.*

25 *Compenſatio non dicitur injuriam inferre, quoties ob carentiam alicui alterius remedii fit.*

26 *Compenſatio fieri debet in eadem ſpecie, ne fortaſsè debitor dicat ſe læſum fuiſſe.*

27 *Compenſatio in foro fori non admittitur, niſi in rebus uſu conſumptibilibus, & ſpeciè non differentibus.*

28 *Compenſatio à foro poli conceditur in quibuſcumque bonis, cum alia non adſint, dummodò autem ſervetur qualitas aritmetica.*

29 *Compenſationem faciendi quoties cauſa inſtat, & commodè fieri nequit in rebus uſu conſumptibilibus ejuſdem ſpeciei, an aliquis ordo ſervari debeat?*

30 *Debitor potius gravatur privatione rerum uſu non conſumptibilium, quàm uſu conſumptibilium; ideoque in iſtis compenſatio permittitur,* ſecundùm Medinam.

31 *Debitor quem ordinem ſervare debeat?*

32 *Compenſatio facienda eſt minori jactura debitoris quantum poſſibile eſt.*

33 *Compenſationis in factione ſiquidem ſervari debet ordo minoris ruinæ.*

34 *Compenſatio quoties majoris incommodi eſſet debitori in rebus uſu conſumptibilibus, quam in uſu non conſumptibilibus, fieri licitè poteſt, & debet in illis non uſu conſumptibilibus.*

ARGUMENTUM.

Utrùm ſit compenſandum damnum, quod alicui Tertio obvenit ex eo, quod per errorem illi imputetur crimen, quod ipſe delinquens tunc verè commiſit? Et de ordine ſervando in rebus, in quibus fit occulta compenſatio?

QUÆSTIO XXI.

UT hujus quæſiti diſputatio apertiùs eniteat, caſum rogitationis præponendum putavi, ut illius figuratione difficultas clarius aperiatur. Finge enim te occultè Petrum necaſſe. Hoc quidèm crimen aliqua ob indicia Paulo innocenti imputatur, propter quod Paulus plurima patitur nocumenta, & denique temporalia damna ex tali delicto ſequuta compellitur ſolvere, & quoque afficitur pœnâ. Nunc porrò ſubintrat dubium: an Paulo innocenti omnia damna, illi obvenientia ex tua injuſta actione reſtituere tenearis: quamquam illud quod tu commiſiſti delictum neutiquam ei impoſueris: nec ut illi imponeretur conſulueris? Et tamquam certum fir-

firmandum eſt, quod ſi impen-
4 ſas curationis, & damna ex mor-
te ſequutâ, innocens ille ſolvit
compulſus à Judice; homicida
omnia hæc ei refundere tenetur
in foro conſcientiæ ante ſenten-
tiam Judicis, ut tradidit San-
chez *lib.* 1. *Conſil. moral. cap.* 4. *dub.*
5. *num.* 1.

5 Hujus aſſertionis ratio eſt,
quoniam delinquens, ante Judi-
cis ſententiam, hæc omnia occi-
ſo, vel hæredibus ejus reſtituere
tenebatur, Judicis haud expecta-
tâ ſententiâ, & pro illo ea tunc
innocens ſolvit, à judice tamen
coactus. Ideoque in jure damni-
ficati ſuccedit, & ſic homicida
ante omnem judicis ſententiam
in foro conſcientiæ innocenti id
reſtituere tenetur, ut docuerunt
Cordub. *Summ. quæſt.* 174. Molin.
de Juſtit. & jur. tom. 4. *diſputat.* 86.
Pedraza in 5. *præcept.* §. 6. Navar-
ra *lib.* 2 *de Reſtitut. cap.* 1. *num.* 77.
& 78. Lopez *part.* 1. *Inſtruct. con-
ſcient. cap.* 63. Ratio eſt, quia oc-
ciſio Petri minimè directâ viâ
erat ad nocendum Paulo inno-
centi: ſed ſolummodò in tu-
am propriam vindictam reſpe-
ctu ipſius Petri. Damnum verò
6 Paulo directè, ac per ſe obvenit,
ex malitia accuſatoris, vel teſtiũ,
vel quoniam metu tormentorũ
cõfeſſus fuit crimen, quod haud-
7 quaquã commiſit (utinam id in
criminalibus judiciis nequaquã
contingeret) non verò ex tua
8 occiſione, ac delicto reſpectu
Petri. Igitur hujuſmodi damnum
Pauli, tibi imputari; nec adſtipu-
lari poteſt; ad hoc ut illud com-
penſare tenearis, ut dixit Zamo-
ran. *de Compenſat. diſputat.* 9. *cap.* 2.
nu. 4. Sin autem Paulo invito ſal-
tem præſumptivè gladio utatur
homicida, ſeu veſte Pauli inno- 9
centis, illorum omnium damno-
rum erit cauſa, quæ damna ob il-
lam cauſam Paulus paſſus fuit.
Idcirco ea damna compenſare
tenebitur, eò quia illa interfectio
Petri, Paulo injurioſa fuit, ut
vult idem Zamoran. *num.* 6. Sub-
nectit Molina, quod homicida
ille fuit juſta cauſa omnium dã-
norum, quæ innocens ſubiit. Qua
de cauſa reus tenetur compenſa-
re illa damna in foro conſcien-
tiæ, quem inſequitur Zamora-
nus loco citato. Siquidem ille, 10
qui injuſto illo uſu gladii alieni,
domino invito, indicium proba-
bile dedit, ut id delictum inno-
centi imputaretur, illudque lue-
ret. Dixit autem Zamoranus
ubi ſupra in prima conclnſione, 11
quod non cenſeris Paulo, vel
cuicumque alii tertio, cauſa mor-
tis, vel damni, nec illi ad reſtitu-
tionem teneris; ſi haud quaquam
ex tua actione id damnum illi
obventurum eum admonuiſti.
Non pauci committi tunc pec-
catum injuſtitiæ reſpectu illius 12
tertii ſuſpicantur, ac proindè
compenſandum eſſe illud dam-
num, ſi obveniat, ut amplecti-
tur Vazquez *de Reſtitut. cap.* 2. §.
2. *dub.* 4. *num.* 13. Zamoran. dicta
diſput. 9. *cap.* 1. *num.* 8. Quippe ani-
madvertens alteri damnum eſſe
ſequuturum ex ſua actione de-
bitam cautionem adhibere tene- 13
tur: nè ſequatur; & ſi eam non
adhibuit ſuâ omiſſione, cenſetur
cauſa illius damni, præſertim cũ
quis dat operam rei illicitæ: quip-
pe tunc tenetur ad omnia dam-

na

na, ſuâ occaſione inde ſequutâ, quia ſecundùm Gloſſam in *cap. Sicut.verſic.Dederunt.de Teſtibus*. Culpa illa omnia damna ſecum trahit. Aſt Zamoran.dict. *diſput.* 9.*cap.*2.*nu.* 9. Exiſtimat probabiliorem contrariam ſententiam: nimirum, quod quamquam ad-
14 vertas Paulo innocenti illi damnum obventurum; te haud peccare peccato injuſtitiæ in Paulum, ac proindèhoc damnum illi compenſare teneri, ut ex Molina, Leſſio, & Sanchez amplectuntur expreſsè Zamoranus ubi ſupra. Sotus *lib.*4.*de Juſtit. & jur. quæſt.*6.*artic* 3.*ad* 4.*argum.* Lopez. *part.* 1. *Inſtruct. conſcient. cap.* 63.
15 Nam homicida minimè per illud injuſtum crimen fuit cauſa, ut tale delictum Paulo imputaretur: nec quod illis afficeretur damnis: ſed tantùm illius imputationis opportunitas, & occaſio; & qui ſolummodò eſt occaſio alicui, ut illi ab aliis damna inferantur, ſive cum peccato, vel
16 ſine peccato inferentium, & non eſt cauſa, peccat adversùs illius charitatem, non evitando, ut tenetur, illam occaſionem, quantum in ſe commodè fuerit. Aſt neutiquam peccat contra juſtitiam: & ideo ad eorum damnorum reſtitutionem nequaquã tenetur, ut auguratur idem Zamoranus locis citatis *num.* 9. *in fine*.
17 His pro prima indagatione exaratis, nunc de ſecunda percunctatione ſciſcitandum eſt: ſcilicet an quoties aliqua adeſt cauſa faciendi compenſationem occultam, authoritate privatâ, & injuſſu judicis neceſsè ſit in ipſis rebus aliquem ordinem ſervare, vel in qualibet debitoris re indifferenter hujuſmodi compenſatio fieri poſſit, ſive ſit uſu conſumptibilis; ac ejuſdem ſpeciei, cum ea, quæ debebatur; ſive non. Et compenſationi locum haud eſſe arbitratur Abbas in *cap. Bonafides de Depoſit* Niſi res, quæ utrinque debetur ſit uſu conſumptibilis, ac ejuſdem ſpeciei, cum ea, quæ debetur. Quapropter concludit, quod quoties res ſunt ra- 18
tionis diverſæ ea compenſatio fieri non poteſt; veluti ſi tibi debeam bovem, & tu mihi pecuniam; & ratio eſt, quoniam fortaſſis alterius intereſt potiùs habere bovem, quàm pecuniam.
Nonnulli ut atteſtatur Me- 19
dina *de Reſtitut quæſt.* 3. *cauſ.* 12. Voluere, ut quoties debita ſunt diverſæ rationis, nimirum ſi unum debitum eſſet pecuniariũ, alterum verò rei in ſpecie exiſtentis, v.g. equi, liceat illi, qui pecuniam debet eam retinere. Secus verò illi, qui equum debet. Siquidem haud juſtum eſt, quẽquam in rebus ſuis diminutionem pati, & quia de ſpecie ad ſpeciem, nec de ſpecie ad quantitatem non datur compenſatio, ut fluxè firmavi in *quæſt.* 13. & *quæſt.* 16. *lib.* 1. *tom.* 1. At hoc ut optimè dicit Navarra. *de Reſtitut. lib* 3.*cap.*1.*num.*185. Id ſolummodò procedit in foro fori, de quo nobis hîc haud eſt hæſitandum; ſed vide dict *quæſt.*13. & 16. *per totam*. Et quatenus reſpicit ad forum internum idem Navarra, hocce modo diſtinguit. vel diſputatur quando ad debitum nanciſcendum aliquod ſupereſt re-

remediũ; vel quoties aliud remedium adhiberi nequit. In primo caſu, quando uterque eſt pecuniarum debitor liceat compenſatio abſque recurſu ad judicem; negativam videlicet ſi mihi non ſolvis, nec ego tibi æquale debitum ſolvo. Si unus dumtaxat ſit debitor non eſt licitum facere contra illum compenſationem abſque tali recurſu privata authoritate.

21 Hujus rei exemplum hujuſmodi figurandum eſt. Finge me tibi centum ex mutui cauſa debere: tu verò mihi totidem ex emptione, vel ex legato ejus, cujus es hæres: & quamvis judicialiter facilè à te meum debitum adipiſci valeam: attamen in conſcientia, poſſum facere negativam compenſationem non ſolvendo tibi illa centum; dum mihi aliud debitum non ſolvis. Si ad invicem neutiquam debitores ſumus, ſed tu tãtùm mihi debes, & reſolve re reluctaris: tunc ſi aliâ viâ
22 poſſum debitum meum nanciſci non licet mihi authoritate propriâ facere compenſationem per poſitivam ablationem rei æquivalentis, eam à te clam ſubripiendo. Cujus rei diſcrimen ſecundùm eundem Navarram eſt, quoniam hoc in caſu poſitivè à te rem tuam aufero, licet
23 mihi debitam. Et tunc judicis officium uſurpo, ac tu es rationabiliter læſus, quia cum poſſem viâ ordinariâ debitũ à te nãciſci, accipio privatè res tuas. Aliter enim in ſecundo caſu dicendum eſt, quoniam ibi nihil à te poſitivè capeſſo, ſed me negativè habeo, & non ſolvo tibi; ſicuti tu, nec quoque mihi ſolvis. Et tunc minimè potes conqueri: nec authoritate propriâ judicis officium uſurpo. Hæc enim ratio 24
maximam habet vim, magnumque eſt peccatum in illo caſu facere privatâ authoritate compenſationem occultam per ablationem poſitivam rei æquivalentis, ut oſtendit, atque expoſuit 25
Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 3.

Quoties ad recuperandam rem, nullum aliud poteſt adhiberi remedium, tunc juxta ipſum Navarram nemini injuriam infero, ſi faciam compenſationem occultam in quibuſcumque mei debitoris rebus; quamquam ſint in ſpecie, & in genere ſuo functionem nequaquam recipiant. At nuſquam aſſignat ordinem ſervandum in illis rebus: nec utrum in qualibet re debitoris, hujuſmodi compenſatio fieri poſſit. Molina *de Juſtit. & jur. tom 3. diſputat.* 691. Voluit ut fieri poſſit illa compenſatio in re uſu 26
conſumptibili, & ejuſdem ſpeciei cum ea, quæ debebatur. Videlicet ſi debebatur pecunia, compenſatio fiat in pecunia; ſi triticum in tritico &c. quoniam in aliis rebus nequit ſic æqualitas ſervari, cum debitor poſſit gravari ultra id, ad quod tenetur. Quo 27
circo in foro fori compenſatio non admittitur: niſi in rebus uſu conſumptibilibus ejuſdem ſpeciei cum rebus, quæ debentur. ſubnectens, quod quoties non adſunt alia bona, in quibus fiat hæc compenſatio occulta; in quibuſcumque aliis in foro conſcientiæ hujuſmodi compenſatio fieri poteſt: dummodò æqualitas

ob;

obſervetur quoad valorem, & compenſatio ipſa fiat cum quamminima jactura poſſibili ipſius debitoris, quæ opinio Molinæ mihi quidem ſummoperè arridet, ac placet, eamque inſequitur, ac prudentem appellavit Zamoran. *diſputat.* 10. *cap.* 1. *num.* 5. *in fine*.

29 Quidni dicendum, cum ſubeſt alia cauſa faciendi occultam compenſationem, quæ commodè fieri nequit in rebus uſu conſumptibilibus ejuſdem ſpeciei, cum ea, quæ debebatur: an tunc aliquis ordo ſervari debeat neceſſariò in illis rebus? Medin *de Reſtitut. quæſt.* 11. Hunc ordinem ſer-

30 vandum arbitratur, ſcilicet ut compenſatio prius fiat in rebus uſu conſumptibilibus, quæ in genere ſuo functionem recipiunt: ſecus verò in aliis, niſi in illarũ defectum, quoniam gravius eſt debitori his carere, quàm rebus uſu conſumptibilibus Vazquez. *de Reſtit. cap.* 5. §. 1. *dub.* 9. *num.* 53.

31 Debitorem ad hunc ordinem ſervandum haud obligatum eſſe ſuſpicatur; ſiquidem ſi pro pretio æquali rem alienam compenſans capeſſat, cum pecunia, vel tritico, quod tunc debebat, 'quit debitor ſibi aliam rem ſimilem compenſare, & ideo non dicetur gravatus. Cardinal. de Lugo. *de Juſtit. & jur. diſputat.* 16. *ſect.* 5. *nu.* 92. Utramque ſententiam ad concordiam redigit, nimirum ordinem illum non debere ſervari aſſeverans, quum ex acceptione rei uſu non conſumptibilis debitor haudquaquam gravaretur, eò quia rem aliam, ſimilem, pecuniâ debita comparare poteſt: ſecus verò quoties id facilè 32 facere nequit. Et cum occulta compenſatio cum minori debitoris diſpendio, ſeu jactura poſſibili, fieri debeat; Quum ordine 33 ſervato profectò minus diſpendium obtingit, ordo ille neceſſariò eſt ſervandus, quod diſpendium, niſi ex neceſſitate juſtificari nequit aliundè, & illa neceſſitas porrò ceſſat, quoties abſque illa jactura, ſeu diſpendio, in aliis rebus fieri poteſt compenſatio. Infert idem Lugo à contrario interdum accidere poſſe, ut in rebus uſu haud conſumptibilibus fieri debeat occulta compenſatio, quoniam aliquando fieri poteſt, ut debitori 34 majus ſequatur diſpendium, ſi compenſatio hæc fiat in rebus uſu conſumptibilibus, ſcilicet amiſſo tritico, aut oleo, quàm argenteo, vel aureo vaſe, in caſu quo debitor facilius quit, illo tritico vas aliud ſimile, quàm triticum, invenire teſte Zamoran. *diſput.* 10. *cap.* 1. *num.* 7. Quod cum ad oculum pateat, neutiquam majori probatione eget.

SUMMARIUM

1 *Quarta Falcidia in caſu noſtro quando repetenda ſit?*

2 *Inveſtigatio hæc in quatuor caſibus difficultatem habere poteſt. Primus eſt, quoties hæres hæreditatis quantitatem ſciens, integra legata aliquibus legatariis ab initio ſolvit.*

3 *Ignorantia juris non permittit hæredem quartam Falcidiam repetere poſſe ab illis, quibus ſolvit.*

4 *Hæredem, qui ſolvit, ad quartam falcidiam repetendam ignorantia facti admittit.*

5 *Hæredem an quartã Falcidiã ab illis, quibus ſolvit, repetere; quãdoque à legatis non ſolutis illam detrahere permiſſum ſit?*

6 *Hæredi quando falcidiam repetere; legatario verò illam in foro poli retinere concedatur, ob ignorantiam facti?*

7 *Legatarius capeſſens integrum legatum ab hærede inſcio Falcidiæ, in foro conſcientiæ Falcidiã ſibi ignorantia facti ſolutam, retinere non poteſt.*

8 *Teſtatoris voluntas potius, quàm leges civiles in foro interno aſpici debet.*

9 *Legatarius omninò tenetur reſtituere Falcidiã ſibi ſolutam hæredi, vel ob juris, vel ob facti ignorantiam, cùm conſtet voluntatem teſtatoris ſua bona ſcientis, voluiſſe hæredem quartam Falcidiam detrahere.*

10 *Legatarius Falcidiam in illis caſibus, quibus repeti poteſt ab hærede, reſtituere tenetur.*

11 *Hæres quando poſſit occulta compenſatione uti ad Falcidiã nanciſcendam, niſi aliud remedium habeat?*

12 *Leges civiles adhuc contra defuncti voluntatem, ob tranquillitatem Reipublicæ Falcidiam ſtatuere poſſunt.*

13 *Leges civiles, licèt appareat voluntatem defuncti contrariam eſſe, poſſunt in foro conſcientiæ locum habere.*

14 *Legatarius, licèt eũ poſſe deſumere totum legatum voluntas teſtatoris appareat, attamen in foro poli illam reſtituere tenetur hæredi ſtatim, ac iſti jus repetere concedat; quamquam facti ignorantia ſoluta fuit.*

15 *Hæres, integra ſolvens legata, à legatis reliquis Falcidiam detrahere prohibetur, & à ſolutis repetere, ita in foro poli illam detrahere, ac repetere non poteſt, licet juris ignorantia fecit.*

16 *Secundus caſus eſt: quando hæres intra tempus à jure præſcriptum, & ſolita forma inventarium nuſquam confecit, & hæreditatem adit.*

17 *Hæres quando ultra hæreditatis vires legata, ac debita in foro fori, abſque Falcidiæ detractione ſolvere teneatur?*

18 *Falcidia ob pœnam non confecti inventarii detrahi non poteſt.*

19 *Pœna non obligat ante ſententiam Judicis.*

20 *Hæres quouſque legatarius non opponatur, & dum ſententia fertur, Falcidiam detrahere poteſt.*

21 *Legatario reluctante, & pro eo ſententia adversùs hæredem lata, poteſt hæres Falcidiam retinere, quæ actu ipſi legatario debetur, qui ad eam conſequendam occulta compenſatione uti poteſt.*

22 *Culpa præcedens in hærede, qui tranſgreſſus eſt, ob ignorantiam invincibilem, legem de conficiendo inventario, quamquam in foro fori pœnam luere compellatur, in foro poli illam ſolvere non tenetur.*

23 *Hæres, quem præceſſit culpa, ſi abſque ſcandalo compenſationem occultam facere poſſit, non prohibetur.*

24 *Tertius caſus eſt: quoties hæres occultavit, negavit, ſeu ſubripuit aliquid ex bonis hæreditatis.*

25 Hæ-

25 *Hæres punitur pœna dupli, & ſecundùm alteram diſpoſitionem de rebus illis, quas occultavit, negavit, vel ſubripuit tantùm Falcidiam detrahere puniatur.*

26 *Legatarius occultam compenſationem in foro poli facere poteſt, ob detractam ab hærede Falcidiam, cum lata fuerit de ea re ſententia.*

27 *Quartus caſus eſt: quando hæres teſtatoris voluntatem, poſtquam fuit à Judice admonitus intra annum exequutioni demandare abnegavit, ac renuit.*

28 *Hæres, delapſo anno, jus Falcidiã detrahendi deperdit.*

29 *Hæres niſi neceſſarius ſit, poteſt tam univerſa hæreditate, quàm omnibus commodis illius ſpoliari.*

30 *Hæres an ſpoliari poſſit ob negligentiam non confecti inventarii.*

31 *Hæres, qui ob negligentiam non fecit inventarium, poteſt ante Judicis ſententiã ex legatis Falcidiam detrahere; & in hoc caſu legatarii compenſatione occulta uti non poſſunt.*

32 *Creditor remittens partem debiti, deſperans alitèr debitum poſſe conſequi, ut remiſſione hac ductus aliam debiti partem conſequatur, occulta compenſatione uti poteſt, & creditor partem remiſſam reſtituere tenetur.*

33 *Creditoris nulla culpa, vel fraude jacente, poteſt partem remiſſam retinere, ſecus è contra.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Legatarii, quandò hæredes Falcidiã detrahũt, poſſint facere occultam compenſationem.

QUÆSTIO XXII.

CAſus profectò diſputationis hujus debet intelligi in illis caſibus, in quibus prohibent leges hæredibus de legatis quartam Falcidiam, aut eam repetere ab iis, quibus legata integrè ſolverunt, fas ſit'nè tunc legatariis in foro cõſcientiæ occultâ compenſatione uti, ſi de facto hæredes falcidiam detraxerint. 1

Ejuſmodi inveſtigatio noſtra quatuor in caſibus difficultatem habere poteſt. Primus caſus eſt, quoties hæres hæreditatis quantitatem ſciens, integra legata aliquibus legatariis ab initio ſolvit. Quippe tunc de reliquis legatis falcidiam detrahere non poteſt, nec eam repetere ab illis, quibus ſolvit; quamvis juris ignorantia ſolviſſet; ſecus verò ſi facti ignorantiâ ſolveret, quoniam hæreditatem locupletiorẽ eſſe credebat, vel quia poſt legata ſoluta alia debita, ex quibus hæreditatem tenuiorem eſſe, incepit liquere. Quibus in caſibus ab iis, quibus integrè legata ſolvit, hæredem Falcidiam poteſt repetere, & quoque à legatis nondum ſolutis poteſt illam detrahere per Text. in *§. Non autem. Authentic. de Hæredib. & falcid.* Text. in *l. Error. in Authentic. Sed cum teſtator. C. de Leg. falcid.* Et Bartolus in dicto *§. Non autem.* Animadvertit, quod ſi quis aliquibus in ipſorum gratiam peculiarem Falcidiam condona- 2 3 5

viſſe hoc neutiquam impedit, ne à cæteris legatis Falcidiam detrahat.

6 Quapropter hinc aſſurrexit ambiguitas, an quoties facti ignorantiâ integrum ſolvit legatum, in quo caſu conceditur hæredi Falcidiam repetere, poſſit legatarius eam in foro conſcientiæ retinere. Cui dubio Butrius, quem adducit Panormitanus in *cap. Quia plerique. num. 15. de Immunitat. Eccleſiæ.* & ſectatur Medina *de Reſtitut. quæſt. 23.* Arbi-
7 rantur quoties veriſimile eſt, voluntatem teſtatoris, ut legatarius integrum legatum capeſſeret, quoniam erat ignarus Falcidiæ, in foro conſcientiæ legatarium haudquaquam Falcidiam ſibi, facti ignorantia ſolutam reſtituere teneri rentur, quoniam in foro conſcientiæ teſtatoris voluntatem inſpicere debemus; & non leges civiles, quæ ſolummo-
8 dò habent vim in foro exteriori, ut apertè depromitur ex Navarro *lib. 3. de Teſtament. conſil. 1. & 2.*
9 Quoties verò eſt veriſimile fuiſſe voluntatem teſtatoris, quod hæres falcidiam detrahat, quod debet præſumi, quando, teſtator ſui Patrimonii vires ſciebat; nam tunc ſive juris, ſive facti ignorantia ſolviſſet hæres integrum legatum, legatarius tenetur in foro conſcientiæ Falcidiam hæredi ſolutam reſtituere, cui opinioni aſſentiri videtur Innocentius; contrariam aleam tuetur Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſputat. 213.* Cum hæc omnia,
10 quæ in hoc primo caſu dicta ſunt, non ſolum in foro poli procedant, ſed quoque in foro fori locum habent. Ideoque caſibus in quibus hæres poteſt Falcidiam repetere, legatarius hæredi eam reſtituere tenetur, dummodò hæres eam neutiquam poſtulet, & legatarius intelligat contra hæredis voluntatem eam retinere, quo in caſu poteſt hæres facere occultam compenſationem ad 11
eam nanciſcendam, ſi ei aliud non ſuperſit remedium, ut refert Zamoranus *de Compenſat. diſput. 4. cap. 10. num. 13. ad medium.*

Hujus rei fundamen eſſe po- 12
teſt, quoniam leges civiles, in optimam Reipublicæ adminiſtrationem Falcidiam ſtatuere poſſunt, etiam adversùs voluntatem defuncti, ut hauritur ex Text. in *Authent. Hinc nobis. de Hæredibus, & falcid.* & conſonat de Jure canonico Text. in *cap. Raynaldus de Teſtament.* Idcircò ejuſmo- 13
di leges civiles, quoque in foro conſcientiæ locum, ac vim optimè habere poſſunt, etiamſi defuncti voluntatem contrariam fuiſſe appareret. Et ſicut Falcidia inducta eſt jure civili adversùs tacitam defuncti voluntatem: ita quoque eodem civili jure, aliqui caſus excipi potuere. Et quamquam in noſtra ſpecie teſtatoris voluntatem veriſimile 14
eſt, fuiſſe quod integrũ legatum legatarius deſumeret: attamen illico, quod Falcidiam repetere, jus hæredi permittat, licet facti ignorantiâ ſoluta fuerit, legatarius in foro poli eam hæredi reſtituere tenetur, ut tradidit Zamoranus loco citat. *num. 12. in fine.* Et ſicut extemplo, ac jus ju- 15
bet hæredem, juris ignorantia integra legata ſolventem, à reliquis

quisi legatis, falcidiam detrahere neutiquam poſſe, nec ſi ſolviſſet repetere ita in foro conſcientiæ, eam repetere, aut detrahere prohibetur.

16 Secundus caſus eſſe poteſt quando hæres intra tempus à jure præſcriptum, & ſolitâ formâ inventarium nuſquam confecit, & hæreditatem adit; nam tunc
17 tenetur ſolvere legata, & debita, in foro externo ultra vires hæreditatis; & tamen falcidiam detrahere non poteſt ſecundùm diſpoſitionem Text. in *§. Sancimus authentic. de Hæredib. & falcid. verſic. Si vero non fecerit.* Text. in *l. final. verſicul. Sin autem. C. de Jure deliberandi.* Text. in *Authentic. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcidiam.* Et
18 cum Falcidia detrahi prohibeatur ob pœnam non confecti inventarii, ut longè, ac fusè ſcripſit Zamoranus *de Compenſat. di-*
19 *ſputat. 4. cap. 9.* Pœnâ nemo tenetur ſubire priuſquam ſententia à judice feratur, unde hæres in hoc
20 caſu, quouſque legatarius non opponitur, & dum fertur ſententia, Falcidiam poteſt detrahere. Sin autem legatarius reluctetur, & pro eo adversùs hæredem ſententia feratur, illo caſu Falci-
21 diam hæres poterit retinere, quæ actu debetur ipſi legatario, qui ad eam adipiſcendam occulta compenſatione uti poterit ſi aliter eam ab hærede recuperare non poſſit, ut teſtatur Zamoranus *de Compenſat. diſputat. 4. cap. 10. num. 9.* Quod temperat, atque interpretatur, dummodo hæres fuerit in culpa non conficiendi inventarium: ſi verò culpa in eo
22 nequaquam præceſſit, quoniam legem de inventario conficiendo invincbili ignorãtia tranſgreſſus eſt; quamvis pœnam luere in foro fori compellatur, in foro conſcientiæ verò illam ſolvere non tenetur, at quod magis eſt poſt eam ſolutam ſi abſque ſcan- 23
dalo fieri poſſit, poteſt facere compenſationem occultam, ut ex Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. diſputat. 2 1 3. ad fin.* docet Zamoranus *de Compenſat. diſputat. 4. cap. 10. num. 9. in fin.*

Tertius eſt, quoties hæres oc- 24
cultavit, negavit, ſeu ſubripuit aliquid de hæreditatis bonis. Et licet juxta diſpoſitionem Text. in *l. final. §. Licentia. C. de Jure deliberandi.* Dupli pœnâ tantummodò puniatur hæres, & ſecundum alteram diſpoſitionem de 25
rebus illis, quas occultavit, negavit, vel ſubripuit tantum Falcidiam detrahere prohibeatur. Hodie tamen per *Authentic. de Hæredib. & falcid. §. Hinc novis verſic. Sancimus, & verſic. Si verò.* Non de omnibus legatis univerſim hæres falcidiam detrahere prohibeatur: attamen ea prohibitio pœnalis eſt, ut ex Molina *de Juſtit. & jur. diſputat. 213. ad fin.* refert. Zamoranus *de Compenſat. diſput. 4. cap. 10. num. 14.* Quapropter le- 26
gatarii in foro conſcientiæ compenſationem occultam facere poſſunt propter detractam ab ab hærede Falcidiam cum lata fuerit de ea re ſententia, ut ipſe Zamoranus *eodem num. 14. in fin.* Cum certum ſit neminem teneri ſubire pœnam priuſquam exigatur, atque à Judice feratur ſententia.

Quartus quando hæres teſta- 27
toris

toris voluntatem, poſtquam fuit à judice admonitus, intra annum exequutioni demandare abnega-
28 vit, ac renuit. Quippe ſi annus labatur, jus detrahendi falcidiam
29 deperdit. Quapropter univerſâ hæreditate poteſt privari, & omnibus illius commodis ſpoliari; niſi fortaſſis hæres neceſſarius ſit, quoniam tunc excipitur legitima, quæ ipſi in defuncti bonis debetur per Text. in §. *His igitur. authentic. de Hæredib. & falcid.* Quam diſpoſitionem pœnalem eſſe contendit Molina ubi ſupra dicta *diſputat.* 213. *ad fin.* Ideoque locum nanciſci nequire: niſi poſtquam feratur ſententia, qua propter ob negligentiam non confecti inventarii, hæres
30 equidem ſpolietur. Qua de cauſa priuſquam ſententia feratur, hæres iſte poteſt de legatis falci-
31 diam detrahere, quo in caſu legatarii ob hanc cauſam occultam compenſationem facere non poſſunt, ut docet Zamoran. *de Compenſat. diſputat.* 4. *cap.* 10. *num.* 10. *in fin.*

32 Hîc adjungendum venit, quod ſi creditor debiti partem remittens, deſperet fore, ut aliàs debitum nanciſcatur; ut hac remiſſione ductus, reliquam debiti partem debitor ſolvat, debitor tutus nequaquam eſt: ſed partem debiti ſibi remiſſam, vel condonatam reſtituere debet, & poteſt creditor occultam compenſationem facere, ut expreſsè docuit Sanchez. *de Matrimon. lib.* 4. *diſput.* 9 *num.* 17. Quoniam remiſſio illa mixtum involuntarium habet, ut referunt Divus Antoninus in *Summ. part.* 2. *tit.* 2. *cap.* 6. *verſ.* 7. Angel. in *Summ. verb. Reſtitutio num.* 2. Navarrus in *Manual. cap.* 17 *num.* 75. Sylveſter *Summ. verb. Reſtitutio* 7. *quæſt.* 2. Lopez. *de Contract. lib.* 2. *cap. ultim. ad fin.* §. *Accedit etiam.* Quod intelligen-
dum eſt, quoties culpa, vel fraus 33
debitoris non adſit, ut quia majorem, quam patiatur, effingit egeſtatem: ſecus veró quando nulla debitoris culpa intervenit; ſed ejus agnitâ inopia, creditor ſolutionis ſpe deſtitutus, totum ſeu partem dimiſit debiti, ut ſectatur eodem Sanchez loco relato.

SUMMARIUM

1 *Compenſari non poſſunt debita ex obligatione juſtitiæ cum gratuitis obſequiis.*

2 *Obſequia gratuita quando fiunt animo mercedis, vel ſatisfaciendi debito, rectè poſſunt cum debitis ex jure compenſari.*

3 *Compenſatio ad hoc ut licitè fiat inter debita ex juſtitia, & gratuita obſequia quid requiratur?*

4 *Creditor ſe gerere quomodo debeat, cui neutiquam conſtat de intentione debitoris conferentis obſequia, vel aliquod officium temporale ejuſdem valoris, in cujus compenſationem factum fuit.*

5 *Obſequia gratuita facta fuiſſe, ſi conſtet, & animo donandi per veriſimiles conjecturas, quid agendum ſit à creditore?*

6 *Obſequia, vel beneficia, ſi dubitetur, quo animo facta fuerint, quid judicandum eſt?*

7 *Debitor gerens negotia alicujus ex ejus commiſſione, ſi aliquas utiles im-*

impenſas illi fecit, poteſt eas in debiti ſolutionem ſibi compenſare.

8 *Debitor, qui gerit negotia alicujus, ſi pro aliquo officio, vel munere aſſequendo ſuo creditori, pecuniam quæ pro conſequutione impendi ſolet, non impendidit, adhuc poteſt illam ſibi cõpenſare, aſſequuto officio,* Laudantur Zamoranus, & Berſanus.

9 *Gerens negotia alicujus, cum non ſit ejus debitor pro expenſis utiliter factis, & pro rebus geſtis, occulta compenſatione uti poteſt, cum ob aliam viam ſatisfactionem ſibi debitam conſequi deſperet.*

10 *Cura, & labor hominis quidèm eſt pratio extimabilis.*

11 *Compenſatione occulta an uti poſſit is, pro quo alius privilegium, ſeu officium nactus fuit, negotium illud ſibi utiliter geſtum, cum æquivalentibus beneficiis compenſando.*

12 *Creditor tenetur ex vi promiſſionis, ac pacti ſolvere gratiam impetranti, quantùm in ea aſſequenda impendi ſolet.*

13 *Creditor, ſive impenſas fecerit, ſive non, ſive in æquivalentibus rebus antea ſimilia beneficia exbibuiſſet, ſive non, pollicitationem, ac pactum adimplere tenetur.*

14 *Obſequia gratis impetranti exbibita, obligationem ex juſtitia nequaquam producere poſſunt.*

15 *Debitor occultus, conferens, aut procurans aliquid beneficium ſuo creditori ejuſdem valoris, occulta compenſatione uti non poteſt.*

16 *Debitor conferens beneficium ſuo creditori in compenſationem ſui debiti, ſimoniam facit, cum beneficium ſit Eccleſiaſticum.*

17 *Debitor Epiſcopus, ſi conferat ſuo creditori aliquod beneficium Eccleſiaſticum, non per hoc ſolvitur à debito.*

18 *Creditor poteſt poſt aliquod Eccleſiaſticum beneficium, mera gratitudine debitum Epiſcopo remittere, abſque commiſſione ſimoniaca.*

19 *Debitor Epiſcopus, ſi conferat aliquod beneficium ſæculare ſuo creditori, quod accepit à Principe cum tacita, vel expreſſa facultate aliis conferendi, à debito ſolutus remanet.*

20 *Compenſari poteſt cum ſalariis famuli officium, quod ei ſuus dominus à Principe impetravit.*

21 Fagundez, & Zamoranus confutantur.

22 *Debitor ſi aliquod officium ſuo creditori dedit, & illud ei transferre in compenſationem debiti non explicuit, quomodò ſe gerere debeat?*

23 *Officia collata creditori à debitore non explicante ſuam intentionem, in dubio haud donata cenſentur.*

24 *Conferens officium ſemper in hac noſtra quæſtione quæritur, an ſit verus dominus illius, an illud à Rege obtinuit cum tacita, vel expreſſa licentia alienandi.*

25 *Conferens officium, ni verus dominus, vel facultatem à Rege vendendi obtinuit; ſed tantùm ſit merus diſtributor, & neceſſariò debeat illud alicui conferre; in compenſationẽ debiti tribuere non poteſt.*

26 *Compenſatio fieri debet de re compenſantis propria.*

AR-

olutionem compenſare ad tradita per Sayrum *Clav Reg. lib.* 10. *tract.*5.*cap.*7.*num.*12. Cordubam. *Summ.q.*99. Lopez. *part.* 1. *Inſtr. conſcient. cap.* 130. Rodriguez. *Summ.part.*2.*cap.*47. *concluſ.* 2. Si verò hujuſmodi gerens negotia nullas expenſas fecerit in aſſequendo officio, ſeu aliquo alio munere, ſuo creditori, pro cujus
8 conſequutione regulariter pecunia ſoleat impendi: tunc ſi debitor abſque pecunia ipſum adeptus ſit, favore amicorum, vel gratis, poteſt illud debitum compenſare, imputando in ejus ſolutionem quantum ordinariè pro ejus impetratione expendi ſolet, ut atteſtatur R. Pater Joannes Zamoranus Societatis Jeſu *de Compenſat. diſput.*5. *cap.*6. *n.*3. Vir equidem doctiſſimus, quem ad elucubrandum hunc de ſecretis, ſeu occultis compenſationibus, Tertium Tomũ. magnum mihi fuiſſe adjumentum, abſit, ut abnegem: ſicuti quoque maximum mihi auxilium perhibuit Bartholomæus Berſanus, Juriſconſultus Mediolanẽſis, ex Oppido Hortæ, Diæceſis Novariæ, ad Primum, & Secundum Tomum componendum, vir porro doctus, qui fuſiùs cæteris aliis Scriptoribus materiam cõpenſationis enucleavit. Quapropter ambobus gratias referre teneor, quoniam eorum doctrinæ, ac vigiliarum facibus, viam in invio, ac ſalebroſo itinere mihi certè commonſtrarunt; licet tractatum hunc potius tetigerint, quàm abſolverint, cum adeò fertiliori calamo, nec exaraverint, neque, ut poterant exornaverint.

Si aliquis, negotia gerat il- 9
lius, cujus debitor non ſit, & faciat expenſas, pro illo negotio utiliter geſto, poteſt eas exigere, vel facere occultam compenſationem, ſi aliâ viâ, ſibi debitam ſatisfactionem nanciſci, abſque magnis impenſis, atque amicitiæ jactura, non poſſet, quoniam quamquam debitor officium gratis nactus ſit, ſuo creditori, abſque pecuniæ effuſione, interceſſione, favore amicorum vel Principis tantùm gratiâ, iſtius ſollicitudinis gratiam gratis illi offere non debet, cum iis, quorum favore munus adeptus ſit, devinctus maneat ex gratitudine, quia hominis labor, & cura, pretio dicitur æſtimabilis. Sed id 10
ſecundùm Cordubam, Lopez, ac Rodriguez locis ſupra citatis compeſcendum, ac cohibendum eſt; niſi is, pro quo alius privilegium, ſeu offiicium nactus fuit, 11
negotium illud ſibi utiliter geſtum æquivalentibus beneficiis impetranti utilibus antea compenſaſſet. Siquidem illo caſu æquitas, ut ultra hoc exigat impetrans, vel de bonis ſui creditoris retineat aliquid pro tali impetratione, ac negotio utiliter geſto, quod jam compenſatum ſupponitur, neutiquam patitur.

Hæc limitatio nuſquam arri- 12
det Sayro loco relato, eò quia cum ex vi promiſſionis, ac pacti ſolvere impetranti gratiam, quãtum in ea aſſequenda ſolet impendi creditor profectò teneatur: pollicitationem, ac pactum adimplere tenetur, ſive creditor impenſas fecerit, vel non, ſive cre- 13

ditor in æquivalentibus rebus, antea ſimilia beneficia exhibuiſſet, ſive non. Cui ſanè coarctationi annectendum eſt, ac ad eam breviſſimè confutandam adversùs Sayrum, adnotandum eſt, quod ejuſmodi obſequia gratis impetranti exhibita, haudquaquam obligationem ex juſtitia
14 producunt'. Ideoque quit illo caſu impetrans debitam compenſationem petere, aut ſi eam commodè habere non poſſit, poterit authoritate propriâ eam facere, ut firmavit Zamoran. *diſputat.5.cap. 6. num. 4. in fin.* In caſu
15 quo quis eſt debitor occultus, & aliquod officium ſuo creditori procurat, ſeu confert ejuſdem tamen valoris, tunc compenſatio occulta fieri non poteſt, quoniam hujuſmodi debitum ſolvi nequit conferendo, ſeu dando creditori ſuo aliquod beneficium eccleſiaſticum in talis debiti compenſationem; & ratio eſt, quia per ſpirituale temporale ſolvi non poteſt; nam aliàs diceretur ſimonia juxta diſpoſitionem Textus in *cap. Quam pio.* 1. Text. in *cap. Cum ſecundùm. de Præbend.*

17 Quocirca ſi Prælatus ſit alicujus debitor, & creditori ſuo aliquod eccleſiaſticum beneficium largiatur, ac donet; neutiquam per hoc à talis debiti ſolutione liberatur. Aliter enim aſſeverandum eſſet ſi creditor poſtquam beneficium habuit, liberali modo, gratis, ac ex mera gratitudine debitum illud remiſerit, ut aſſeverarunt Doctor Navarrus in *Manual.cap.*17.*nu.* 81. Lopez. *part.*1 *Inſtruct. conſcient. cap.* 130. Quod etiam procedit in omnibus aliis officiis, quæ abſque ſimoniæ labe emi, aut vendi nequeunt, ut communiter ex Doctoribus ſubdidit Zamoran. *diſputat.*5.*cap.*6. *num.* 5. *in fin.* Si verò ſuo creditori donans aliquod 19
officium ſeculare, fit illius muneris verus dominus, quia illud à Principe dono, vel pretio accepit cum tacita, vel expreſſa facultate aliis conferendi: tunc ſi id creditori det, cum debito compenſandum eſſe ajunt Sayrus *lib.* 10. *Clav. Reg. tractat.*5.*cap.*7. *num.* 9. Navarrus *Manual.cap.*17. *num.* 81. Toletus *lib.*5. *Inſtruct. Sacerd. cap.*26. Lopez *part.*1. *Inſtruct. conſcient.cap.*130. Rodriguez. *Summ. part.*2.*cap.*47. Aragon. 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 8. *cauſ.* 4. *in fine.* Suffulti eâ ratione, quod horum officiorum procuratio facta debitoris impensâ, ſeu ſollicitudine, vel cura, eſt idonea debiti ſolutio cum pretio æſtimabilia dicantur. Ex quibus Zamoranus *diſputat.* 5.*cap.*6 *num.*8. ex Fagundez. *tom.* 2. *in* 7. *Præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 30. *num.*17. & Cabedo *part.* 1. *deciſ.* 167. Colligit, quod ſi domi- 20
nus aliquod munus, ſeu officium impetret à Principe ejus famulo; dominus poteſt facere, ut illud officium cum ſalariis famulo debitis compenſetur: dummodò honor, ſeu munus ſalario debito æquivaleat. Aſt tam Fagundez, 21
quàm Zamoranus uterque confutandus eſt, quoniam licet dominus munus famulo obtentum ſeu commendam aliquam militarem cum ſalario compenſare velit: attamen hoc in caſu compenſatio locum habere nequit, ut latè defendi *lib.* 3. *quæſt.*23. per totam,

tam, & præcipue à *num.*23.uſque ad *num.* 51.*tom.* 1. Et ſi rationes quare compenſatio repellatur ſcire concupias, plures ibi retuli, ſiquidem brevitatis causâ, eas hîc, nè rurſus, quod dictum eſt repetam, omittendum putavi.

22 Si enim debitor creditori ſuo det aliquod munus ſive ſeculare, ſive temporale in compenſationem ſui debiti, & creditor ipſum ſibi gratis donatum fuiſſe à debitore arbitretur, quoniam debitor quum ei officium dedit neutiquam dixit, neque explicuit, in debiti compenſationem conferre; quo in caſu ſi deſint conjecturæ ſufficientes ad inducendam donationem, & liberalitatem, creditor cenſetur dediſſe in debiti ſui compenſationem, quia in dubio nequaquam dona-
23 tio præſumitur, ſed alia conjectura, ſeu cauſa eſſe poteſt, quàm donationis cauſa, licet levis ſit conjectura, ut fuſiſſimè oſtendi in *quæſt.*24. *lib.* 4. *per totam tom.*2. Aliter enim eſſet aſſerendum quoties aliqua urgens adeſſet donationis conjectura, videlicet donans, ſeu conferens eſſet adeò liberalis, ut numquam recompenſationem peteret, & accipiens ſit nimis proximus, conjunctus, vel amicus, ut voluit Zamoranus dicta *diſputat.* 5. *cap.*6.*num.*10.*in fin.*

24 Totum profectò diſputationis noſtræ thema, quando conferens officium, ſeu munus in ſui debiti compenſationem, eſt talis perſona, ut tale officium conferre queat, & ſit verus illius dominus, quoniam fortaſſe illud habuit à Rege cum tacita, ſeu ſaltem interpretativa licentia, ac permiſſu illud vendendi: veluti ſi Princeps aliquod officium concedat aulico alicui, vel cuilibet aliæ perſonæ, quàm per ſeipſum ſcivit illud exercere non poſſe. Ideoque impetrans tale munus ad percipiendum pretium vendere debet: nam aliàs nihil tali, ac ſimili perſonæ videretur conceſſum, ut ex Garcia, Corduba, Salonio, & Lopez ſectatur Sanchez *lib.*2.*Conſil,moral.cap.*1. *dub.* 38.*num.*10. Si verò conferens tale 25
munus haud eſt verus dominus, nec illud à Rege obtinuit cum facultate vendendi; ſed tantummodò eſt merus diſtributor, ſeu diſpenſator, qui quamquam electionem habeat, & liberâ conferendi poteſtate potiatur, & poſſit dare cuivis voluerit; & ſi neceſſariò alicui conferre debeat; ſimile officium in debiti compenſationem, nec dare, nec conferre poteſt, quoniam nihil ſuum creditori dat, ut tradidit Zamoran. dicta *diſputat.* 5. *cap.* 6. *num.* 11. Et compenſatio de re 26
propria compenſantis fieri debeat argument. Text. in *l.*1. *ff. de Compenſat.* Text. in *l.Si conſtat.*4. *C. Eodem titul.* Secus verò de aliena.

SUMMARIUM

1 *Miniſter an poſſit aliquid accipere ob ſalarii tenuitatem uti juſtam compenſationem in bonis ejus, qui competens ſalarium conſtituere debebat?*

2 Aliqui Doctores hac de ma-

teria loquentes, referuntur.

3 *Princeps juſtum, ac competens ſalarium Miniſtris jus dicentibus à ſe ad dignitates promotis, aſſignare debet.*

4 *Miniſtris, aliiſque publico munere fungentibus ob utilitatem omnium, quam in juſtitia ſervant, tam ex naturali ratione, quàm civili, competens ſalarium adſignari debet.*

5 Apoſtoli verba.

6 *Miniſter adhuc de jure Divino ob tenuitatem ſalarii, occulta compenſatione uti poteſt.*

7 *Officiorum onera habentes ac munerum, naturali quoque jure æquivalentem compenſationem facere poſſunt.*

8 *Homines abſque debita mercede abhorrent officia oneroſa.*

9 Catonis locus valdè mirandus.

10 Gregorii Pontificis verba aliqua.

11 *Princeps quoties ſalarium evidenter incompetens non auget; poteſt Miniſter propria autboritate compenſationem facere.*

12 *Officia publica neceſſaria relinqui non debent.*

13 *Miniſter publicus cum ob ſalarii tenuitatem vivere nequeat, poteſt ab iis, in quorum commodum officium gerit, aliquod æquivalens ſumere.*

14 *Miniſter an poſſit aliquid in compenſationem à litigantibus ſumere?*

15 Doctores adſcribuntur.

16 *Compenſatio facienda ob ſalarii tenuitatem, licita eſſe debet.*

17 *Miniſter legem injuſtam ſervare non tenetur.*

18 *Argumentum optimum.*

19 *Salarium non dari, ac parum conſtitui, idem ſunt.*

20 *Principis culpæ parum ſalarium conſtituentis, ſi Miniſtri juſtitiam vendunt, adſcribendum eſt.*

21 *Judex excuſari poteſt, cum ab initio tenuitatem ſalarii non excogitavit.*

22 *Magiſtratus exercētes onera valde laborioſa, an poſſint compenſatione uti in bonis Principis, an in bonis litigantium?*

23 Bonifacii VIII. opinio quæ de Miniſtris?

24 *Miniſter licitè recipit, injuſtitiam non faciendo, cum aliunde vivere nequit.*

25 *Miniſter ob tenuitatem ſalarii poteſt res comeſtibiles recipere*, ſecundùm Ang. Peruſ.

26 Bobadillæ *hiſpanica verba referuntur.*

27 *Doctores aliqui ſententiam hanc neque negativam, neque affirmativam ſequuti fuerunt.*

28 *Caſus tres pro intelligentia hujus ſententiæ aſſignantur.*

29 *Princeps in tempore ſuſcepti, ac impetrati officii juſtum, & congruum ſalarium aſſignās; Eſt primus caſus.*

30 *Princeps augere tenetur ſalarium, quod priùs juſtum, & congruum, poſtea calamitate temporis parvum factum.*

31 *Principe reluctante augumentum ſalarii tempore debito, Miniſter poteſt ab eis, in quorum utilitate munere fungitur, tantum capeſſere, quanto ipſe indiget.*

32 *Miniſter æquivalentem compenſationem, vel ſupplementum accipere poteſt ab eis, in quorum utilitate officium gerit, cùm certò liqueat ſalarium eſſe tenue.*

33 Lex

33 *Lex injuſta de ſalario, quod fuit juſtum inde redactum, an in foro poli obliget.*

34 *Miniſter, qui quaſi ætatem ſuam in munere totam conſumpſit, ſi illud ob parvitatem ſalarii relinqueret, non omnibus eſſe non dedecus videretur.*

35 *Miniſter quoties tempore conſtituti officii cognoſcit ſalarium eſſe tenue, & ex eo vivere nequiret; Eſt ſecundus caſus.*

36 *Principis non ſemper eſt augere ſalarium.*

37 *Compenſationem faciendi occultam moralis honeſtas jus in foro poli non præſtat.*

38 *Miniſter an ſola morali honeſtate coactus poſſit augumentum ſalarii à Principe, vel ab aliis petere.*

39 *Salarii pactum qua lege ſervãdũ.*

40 *Miniſter ſpontè recipiens ſalariũ, quod ſcit eſſe parvum, an adjuvetur à* l. Si fidejuſſor. §. Si neceſſaria. ff. Qui ſatiſdare cogantur.

41 *Ratio quare Miniſter voluntariè ſumens parvum ſalarium, non poſſit aliquo modo adjuvari.*

42 *Miniſtros, poſt Deos, primas occupare ſedes,* fuit celeberrima Platonis ſententia.

43 Valerii Maximi perbella verba.

44 *Salarium quoties juſtum erat; ſed inde labore creſcente, deficit illud; Eſt tertius caſus.*

45 *Principe nolente ſalarium augumentare cauſa de novo ſuperadditi laboris, poteſt miniſter privata authoritate aliquid accipere ab eis, quorum cauſa labor crevit.*

46 *Famulo ſalarium tacitè, vel expreſsè conventum, augendum eſt; ſi labor augetur.*

47 *Miniſtro aliquid magis à Judice petenti, ultra quod taxatum fuit, quid reſpondendum?*

48 *Miniſter non tenetur ſtare ſtipendio à lege taxato; cum id, quod agat, æxtimabile ſit.*

49 *Miniſter cum aliquid capiat cum ſcandalo, vel cum ſit probibitum, facit peccatum: non ideò ad reſtitutionem teneri ſequitur.*

50 *Opinio contraria omnibus DD. attamen amplectẽda eſt, quæ jubet, Miniſtros aliquid ultra taxationem legis aſſumere non poſſe.*

51 Doctores recitantur.

52 *Judex ultra ſtipendium taxatum, nihil ſumere poteſt.*

53 *Miniſter accipiens qua pœna puniatur.*

54 *Miniſter nihil accipere debet ultra ſtipendium à nemine,* ſecundùm D. Lucam, cujus verba referuntur.

55 Amaya extollitur excomiis.

56 *Jura tam civilia, quàm canonica competens ſalarium conſtituunt.*

57 *Salarium congruum Miniſtris à Principis aſſignandum eſt.*

58 *Artes optimæ honore, ac præmio floreſcunt.*

59 *Labori præmium correſpondere æqualitèr, omnibus rationibus congruum eſſe videtur.*

60 *Lex non amat homines, qui abſque præmio publicis muneribus funguntur.*

61 *Salarium conſtitutum Miniſtris debet correſpondere laboribus.*

62 *Magiſtratibus competentia ſalaria dari, mos erat apud Ægyptios laudabilis.*

63 *Magiſtratibus competentia ſalaria dari per Leges,* Octavianus Cæſar decrevit.

64 Dio-

64 Dionis Caſſii verba.
65 Peſcennius Imperator aſſignavit ſalariumMagiſtratibus de publico.
66 *Stipendium Senatorium auxit Imperator Auguſtus, nè Senatores inopes eſſent.*
67 Ælii Lampridii verba referuntur.
68 *Salaria locupletiſſima Magiſtratibus Rex Sinarum conſtituit, nè Magiſtratus verterent officia ad eorum utilitatem.*
69 Joannis Baptiſtæ Larreæ Hiſpani celeberrimi Juriſconſulti laus.
70 *Salaria Miniſtris ordinariis congrua eſſe, & ex populorum bonis ſolvi debent.*
71 *Bona univerſitatis quoties deficiunt, debet inter vicinos imponi collecta, ob ſolvenda ſalaria Miniſtris.*
72 *Miniſtris ſalaria non ex bonis ſubditorum(cùm Princeps teneatur gratis jus, ac juſtitiam reddere) debere perſolvi, habetur ex* Maſtrillo.
73 *Salarium competens quale dicatur, dubitari ſolet.*
74 *Salarium, quod ſæculis tranſactis competens exiſtimabatur, nunc ob temporum calamitatem, haud tale peti debet.*
75 *Res temporum inſtar variantur, ac proinde pretia in duplo: ac fortaſſe triplo creverunt.*
76 *Salarium quoties per legem aliquam de novo à Principe latam, tenue conſtituatur, poteſt augeri ad arbitrium prudentis, inſpectis circumſtantiis.*
77 *Miniſtri aliquid indebitum ſumere non debent, & reiiciuntur* Molina, & Zamoranus.
78 *Princeps attentè temporum, officiorum, ac perſonarum qualitatem inſpicere debet, cum de augendo ſalario tractatur.*
79 *Salarium dignitati, officioque correſpondere debet.*
80 *Salarium inæquale in Regno Neapolitano Regentibus datur; cum idem omnes inferiores habeant Miniſtri.*
81 *Salarium Regentibus Neapolis qua ratione eſſet augendum?*
82 *Salarium, quod ſæculo tranſacto conſtitutum fuit Regentibus Neapolis, idem hodie præſtari, non conſonum eſt, ratione annonæ, quæ noſtris temporibus valdè crevit.*
83 *Princeps dum ſalarium Miniſtris conſtituit, debet reſpicere, ut ex eo vivere poſſint.*
84 *Mercenarius tam vilis nemo eſt, qui ultra alimenta, nolit aliquod conſervare locando ſuas operas.*
85 Authores referuntur.
86 *Salarium Miniſtris conſtitui expedit utilitati Reipublicæ, nè juſtitia vendatur.*
87 *Princeps cauſa coercendi corruptos mores, & abuſus, debet ſalarium competens tradere Miniſtris.*
88 Babadillæ Hiſpanica verba.
89 *Salarium ſeu ſtipendium quare Judicibus ſemper pinguior conſtituendum ſit?*
90 *Salarium congruum magnas parere utilitates negari non poteſt.*
91 *Salarium incompetens, & tenue officit Populis; nam ſæpe ſæpius homines non idonei aſſumunt onera abſque debita mercede.*
92 *Miniſtrorum inopia eſt ſubditorum gravamen.*
93 *Miniſtri quum poſſint ſe excuſare* ob

ob non congruum ſalarium?

94 *Princeps non poteſt cogere homines ad accipienda ea munera, quæ ſine debita mercede ſunt: & è contra.*

95 *Judices à juſtitia deviare facilius eſt, cùm egeſtate premuntur.*

96 *Pauperes, olim licet magna doctrina repletos, à Magiſtratibus veteres Populi expellebant.*

97 *Pauperes in Magiſtratibus ſunt inſtar militum in bello debilium, qui potius officiunt.*

98 Ariſtotelis verba.

99 *Pauperibus hinc Divites præferendos eſſe addiſcimus.*

100 *Pauperes, & Divites hodiè in Magiſtratibus admittere, æquum viſum eſt.*

101 *Magiſtratum ad gerendum non auri, nec argenti cumulus, ſed ſapientiæ expoſcitur opus.*

102 Tholoſani opinio.

103 *Rerum amplitudo, & laxitas poſteris Mundi an damno fuit?*

104 *Magiſtratus apud Gentiles non denegabatur viris probis, ac dignis, & ſi pauperibus, præcipuè cum eruditionis tantæ radio nitebant.*

105 *Pauperibus perniciores ſunt divites ad Rempublicam moderandam.*

106 *Divites equidem homines ad dignitates provehuntur ſordidis nundinationibus, & vi ſacra auri.*

107 *Lege Hiſpanica quid caveatur de Miniſtris?*

108 *Pauperes ſemper divitibus meliores cenſentur ad officia gerenda* ſecundùm Bobadillam.

109 *Divitiæ nil operantur ad integritatem Magiſtratuum.*

110 *Pauperes complures, ac omnes conſtituti in præcipuis Reipublicæ muneribus, ſe optimos in adminiſtratione geſſerunt.*

111 *Paupertate preſſi homines olim non merebant; dum ſolam Reipublicæ gloriam cupiebant.*

112 *Salarium quadrupliciter dictum.*

113 *Salarium competens quale ſit?*

114 *Salarium juſtum eſt illud, quæ ex utraque parte, accipientis ſcilicet, & promittentis, conſtituitur.*

115 *Salarium adhuc competens eſt, cùm à conſuetudine taxatum ſit.*

116 *Salarium Judicis arbitrio taxari oportet, cùm neque per legem, neque per Principem, neque per Partium conventionem taxatum reperiatur.*

117 *Salarium condignum laboribus laborantem capeſſere, ratio naturalis ſuadet.*

118 *Miniſtri, quoties egeſtate laborant ob non congruum ſalarium, poſſunt eorum ad utilitatem officia vertere.*

119 *Miniſtri aliquid in compenſationem accipere poſſunt ab illis, in quorum utilitatem munera gerunt,* ſecundùm Molinam.

120 *Miniſtris ſalarium ſolvere an ſubditi teneantur?*

121 *Stipendia Miniſtris à Principe ſolvi debent; qua ratione tributa à ſubditis exigunt Principes.*

122 Divi Hieronymi verba ad Damaſum Pontificem.

123 *Miniſtris ſalaria ſubditi ſolvere non tenentur; nam gratis judicandi, & jus ſuum habere debent.*

124 *Salaria ſolvi eſt paſſivæ obligationis Principum.*

125 *Miniſtris ſalaria in Regno Siciliæ*

pœna digniores ſunt.

154 *Judices avaritia poſitos cremãdos eſſe*, Imperatores Valentinianus, & Valens juſſerunt.

155 *Judices rapaces ultimo ſupplicio puniendi.*

156 *Furtum aliqui boneſtiori voce arbitrium appellant.*

157 Don Petrus Calderon noſter Poëta ſummis, ampliſque laudibus extollitur.

158 *Iuſtitiæ pro adminiſtratione pecuniam recipere, turpiſſimum eſt.*

159 *Miniſtri avari quomodò plectant fures, & quo animo, ſi ejuſdem labis ſunt, neſcio!*

160 *Judices plecti, tormentiſque ſubjici, cum in levibus furtis deprebendantur, abſurdum eſt.*

161 *Fures Reipublicæ magis officiũt publici, quàm privati.*

162 *Miniſtri fures non merentur infandum nomen furum, ſcilicet peſſimum genus bominum.*

163 Sententia Catonis lata ab Aulo Gellio lib. 11. Noct. attic. cap. 18. quomodo intelligatur?

164 *Miniſtri, qui accepto ſtipendio, malè agunt, pœna digni ſiquidem ſunt.*

165 *Miniſtri, omneſque illi, qui Reipublicę præſunt, ob juſtitiam ſervandam, cupidinem auri fugere debent.*

166 *Lucri cupido viliſſima eſt.*

167 *Injuſtitia ibi, ubi avaritia.*

168 *Miniſtri an poſſint aliquid à litigantibus recipere?*

169 Textus quomodo intelligendus in cap. Statutum, §. Inſuper. de Reſcript. in 6.

170 Verba Authenticorũ de mandat. Princip. §. Oportet. collat. 3. referuntur.

171 *Judex cùm teneatur gratis juſtitiam facere, ideo ob illam faciendam, nec munera, nec aliquid ſumere poteſt.*

172 *Judici non licet juſtitiam vendere juxta Advocati patrocinium Juriſconſulti conſilium vendentis.*

173 *Miniſtri an recipere dona, & à quibus poſſint?*

174 *Miniſtris tutius eſt munera non accipere.*

175 *Juſtitia nec inter edulia quieſcit.*

176 *Judicis oculos excęcant munera.* ſecundùm Eccleſiaſt: cap. 20. verſic. 31.

177 *Miniſtri licèt tenue ſalarium habeant, nibil accipere poſſunt.*

178 *Miniſtri, quibus ſtipendium olim taxatum erat, licet bodie integrum non ſolvatur, an aliquid ſumere poſſint?*

179 *Judices M.C.V. hujus Regni an poſſint aliquid accipere ultra ſalarium?*

180 *Judices an poſſint aliquid in compenſationem accipere propria autboritate?*

181 *Judicibus M.C.V. tum eſſet licita compenſatio facienda propria auctoritate, cùm eſſet carentia, & non copia Judicum.*

182 *Judices M. C. V. nullam excuſationem admittere poſſunt, aſſerendo non babere totum ſalarium, quoniam benè ſciebant omni tempore, quo officium receperunt.*

183 *Judices M.C.V. ni contenti ſint eorum ſalario, non tenentur compenſationem facere: ſed relinquere officium, ſi volunt.*

184 *Salarium incompetens Judicibus*

bus conſtitui, nec Reipublicæ, nec Principibus expedit.

185 *Principes debent cavere nè aliquid detrahatur à ſalario Judicum.*

186 *Princeps abſque erubeſcentia Miniſtros, quibus non integrum ſolvit ſalarium, objurgare poteſt.*

187 *Regi, quæ ad illius attinent alimonia deficere nequeunt.*

188 *Salarium neutiquam minui debet Miniſtris adhuc quovis prætextu neceſſitatis.*

189 *Stipendium officialibus detrahi iniquum eſt.*

190 *Militibus, ac officialibus conquerentibus de non integro accepto ſalario, Theodoricus Gothorum Rex quomodò reſpondit?*

191 *Salarii imminutio vitanda eſt.*

192 *Salarium dicitur quaſi ſal vitæ.*

193 *Salario ex neceſſario nihil deferri poteſt.*

194 *Judices M.C.V. licèt ad eos aliqua res debitoris Regis perveniat, compenſationem occultam facere non poſſunt.*

195 *Judicibus tutiùs eſt officia relinquere, quàm compenſationem facere: unde* optimum eis eſt ſemper præ oculis habere verba Lucæ cap. 3.

196 *Milites, qui in juſto bello competens ſalarium habent, non poſſunt quid magis à Rege petere ob ea, quæ patiuntur; cùm verò ſint non ſubditi.*

197 *Militibus ſubditis ſolita ſtipendia Rex ſolvere tenetur, nec poſſunt queri de damnis; nam eorum eſt obedire.*

198 *Militibus ſubditis, cum ſpontè motuque proprio ſerviant Regi, tunc Rex eis non tenetur de juſtitia aliquid dare; ſed ex grato animo poteſt aliquid tribuere.*

199 *Duces non poſſunt præſentare plures milites, quàm habent.*

200 *Duces, cum tempore, quo ſuſcipiunt officium, rectè ſciunt, quodnam ſit ſalarium; ideò de illo contenti, non poſſunt inde compenſationem facere.*

201 *Miniſtri, & omnes officiales non inſcii, ac contenti de ſtipendio, ſi faciant compenſationem, mortalitèr peccant.*

202 *Duces, ſi non contenti ſint de ſalario, relinquant Præfecturam militiæ.*

203 *Milites ad quos conceditur compenſatio?*

204 *Milites ſi in compenſationem accipiant plus, quàm eis deberetur ratione* del Sueldo, *furtum committunt.*

205 *Militibus, ac officialibus quare non facere compenſationem liceat, & quænam differentia ſit inter eos?*

206 *Milites, qui inviti detinentur in bello, poſſunt compenſatione uti.*

207 *Militibus invitis denegari compenſationem iniquum eſſet.*

208 *Milites inviti prætextu* del Sueldo, *poſſunt facere occultam compenſationem, uſque ad integram quantitatem.*

209 *Milites ſi excedant integritatem ejus, quod ſibi Rex deberet, furtum faciunt.*

ARGUMENTUM.

Utrùm Miniſter, qui ob Salarii tenuitatē, juxta dignitatis ſplendo-

rem

Digitized by Google

rem vivere nequit, aliquid in congrui, ac competentis ſalarii compenſationem accipere queat? Et quid de Judicibus Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis? Et Milites an ultra ſtipẽdiũ eis aſsignatũ in cõpẽſationẽ aliquid aliud ſubripere poſsint?

QUÆSTIO XXIV.

PRioris, aſſuetâ methodo, ambiguitatis nodo ſoluto, ac explicato; reliquis percunctationibus gradatim iri ſatis conabor: & ut jactæ theſis ſcopum extemplò aggrediar, affirmativè reſpondendum aliquibus inferius referendis Doctoribus cernitur, nimirum poſſe Miniſtrum ob ſa-
1 larii tenuitatem, accipere juſtam compenſationem ex bonis illius, qui juſtum, ac competens ſalarium conſtituere debebat, quam opinionem ſequuntur Sylva. *de Salar. quæſt.* 73. *num.* 4. Maſtrill. *de Magiſtratib. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 66.
2 ex Text. in *cap. Cum ab omni. de Vita, & honeſt. Clericor. cap. Statutum. §. Inſuper. de Reſcript. in 6.* Pariſ. de Puteo ex Text. in *authent. de Man. Princ. §. Illud. &* in *Authent. de Judic. §. Ne autem laborem. l. Jubemus, C. ad Leg. Juliam repetund. cap. Statutum. de Reſcript. in 6.* Menoch. *de Arbitrar. judic. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 517. *n.* 13.

Cujus quidem aſſertionis fundamina hæc ſunt. Primum quia 3
Princeps Miniſtris, ac Magiſtratibus jus dicentibus, à ſe promotis ad dignitates, congruum, ac competens ſalarium aſſignare tenetur, ut atteſtantur Larrea. *deciſ.* 85. *num.* 10. Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 514. *num.* 1. Sylva *de Salar. quæſt.* 73. *num.* 1. Rebuff. & Platea in *l. unic. C. de Præbend. ſalar. lib.* 10. Ponte *de Poteſtat. Proreg. tit. de Abundant. Civitat. §.* 6. *num.* 16. Maſtrill. *lib.* 1. *de Magiſtratib. cap.* 21. *num.* 1. Zamoran. *de Cõpenſ. diſp.* 4. *cap.* 14. *n.* 1.
Nam ſalaria Miniſtris, aliiſque 4
publica obeuntibus munera, competentia conſtitui deberi ob labores, curaſque, quas in juſtitia adminiſtranda pro omnium utilitate, communique bono ſuſcipiunt: Divini, ac naturalis juris ratio nimiopere exoptat, ac ſuadet; ſiquidem, ut habetur Luc. *cap.* 10. ex Chriſti teſtimonio dicentis: *Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua*. Apoſtolus *ad* 5
Corinth. cap. 3. ibi: *Mercedem ſuam unuſquiſque accipiat, & ſecũdùm laborem ſuum*. Igitur juxta divi- 6
num præceptum Miniſter habens tenue ſalarium, compenſationem æquivalentem occultè privatâ authoritate accipere poterit.

Secundùm fulcimen hauritur 7
ex eo, quod ratio naturalis quoque poſtulat, ut officiorum, ac munerum onera ſuſtinentes,

commodè æquivalentia capeſſant, argument. Text. in *l. Secundum naturam, ff. de Regul. jur.* Quoniam hæc munera valdè ſalebroſa ſunt, & ob ea Miniſtri magnis curis involvuntur, ac pluribus ſunt obnoxii calamita-
8 tibus. Quamobrem leges homines his laborioſis officiis abſque debita mercede abhorrẽt proponi Text. in *§. Autem labor. Authentic. de Judic. collat. 6.* Quippe ſi competentia neutiquam haberent ſalaria, incaſſum fere laborarent, & eorum officia ipſis eſſent porrò damnoſa, ut latè comprobant Maſtrill. *de Magiſtrat. cap. 21. num. 3. & 4.* Matienzus in *Dialog. Relator. part. 1. cap. 32. num. 9.* Berart. *de Viſitat. Magiſtrat. cap. 16. num. 74.*
9 Et ſecundùm Catonem, quum labor eſt in damno, mortalis augetur egeſtas: nec leges neminẽ in paupertate, nec anxietate mori permittunt Text. in *Authent. de Hæred. & falcid. in fine.*
10 Quò alludens, ac reſpiciens Divus Gregorius relatus in *cap. Charitatem. in fin. 12. quæſt. 2.* ibi: *Juſtum namque eſt, ut illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare repeiuntur obſequium,* juxta illud Sapient. 10. Mercedem laboris reddet Deus.

Tertium ſanè elicitur ex opinione Molinæ *tom. 1. de Juſtit. & jur. tractat. 2. diſputat. 83. num. 15.*
11 Ubi exiſtimat, quod quoties ſalarium non eſſe competens conſtat, nec juſtum: & Princeps illud non auget: tunc Miniſtrum publicum, authoritate propriâ, compenſationem, ſeu incrementum capere poſſe ab illis, in quorum commodum, & ad quorum petitionem munus ſuum exercet, arbitratur. Quam opinio- 12
nem fulcit in eo, quod Miniſtri officia publica Reipublicæ neceſſaria deſerere non tenentur, ut docuit Zamoranus *de Compenſat. diſput. 5. cap. 14. n. 6. ad fin.* Cui Molinæ opinamento aſpirare, ac aſſentiri Div. Antonin. *Summ. part. 2. tit. 2. cap. 5. §. 1. & 3. part. tit. 3. cap. final. §. 11.* Sylveſt. in *Summ. verbo Reſtitutio 3. q. 5. num. 1.* Ipſe Molina fatetur. Idcirco Miniſter publicus ſi ob ſalarii tenuitatem vivere nequeat, pote- 13
rit ab iis, in quorum commodum officium gerit, ſumere æquivalentem compenſationem.

Quartum, quia Miniſtri poſ- 14
ſunt in ſui ſtipendii minus competentis compenſationem, ſportulas recipere à Partibus litigantibus, quoties minus competens ſalarium eis à Principe perſolvitur, ut ex Fenzon. *ad Statut. Urb. lib. 1. cap. 86. num. 2.* Corſet *Singular. verbo Sportulæ.* Jaſone in *§. Tripli. num. 48. & 49. Inſtit. de Act.* Barboſa in *cap. Statutum. §. Aſſeſſorum num. 85. de Reſcript. in 6.* Covarruv in *cap. Peccatum. part. 2. §. 3. num. 2. verſic. Sicut & Judex. de Regul. jur. in 6.* Rebuff. *ad Conſuetud. Gallic. tom. 3. tit. de Salar. taxat. pro viſitat. proceſſ. artic. 1. gloſſ. unic. num. 13.* Summa Angelica *verbo Concuſſio, in fine.* Honded. *lib. 2. conſil. 84. num. 64.* Decian. *conſil. 41. num. 74. lib. 2.* Gratian. *Diſceptat. foren. cap. 55. num. 33.* Retulit Zacchia *de Salar. quæſt. 72. n. 15.* Menochius *de Arbitrar. judic. cent. 2. cap. 342. n. 39.*
Ideoque licita debet eſſe ejuſ- 15
mo-

Digitized by Google

modi compenſatio Miniſtris,qui
modicum habent ſalarium à pu-
blico conſtitutum,quod apparet
ex Text. in *Authent. de Judici-*
16 *bus*. §.*Nec autem. collat.*6. Ubi
Judices ultra ſalarium ſibi taxa-
tum, poſſunt habere ſportulas.

Quintum depromitur ex Me-
nochio *lib.*2. *de Arbitrar.* Judic.
cent. 6. *cap.* 514. *num.* 12. Ubi
pro hac firmanda opinione,
quatuor rationes affert, quarum
prima eſt, quod Officialis, ſeu
Miniſter haudquaquam legem
17 injuſtam tenetur ſervare, quam
ex Molina *tom.*1.*de Juſtit.& jur.*
*tract.*2.*diſput.*83.*verſ.Illud.& verſ.*
Ad rem. Deſumpſiſſe reor. Et
congruit *cap.Erit autem lex. di-*
*ſtinct.*4.Divus Thomas 1.2.*q.*96.
*artic.*4. Layman. *Theolog. moral.*
*tractat.*4. *cap.*1. *num.*4. Sylveſter
*Summa.verbo Lex.quæſt.*5. Suarez
*de Legibus lib.*1.*cap.*9.*num.*14. Bo-
nacin.*de Legib.diſputat.*1. *punct.*1.
num. 4. & *punct.* 7. §. 3. Sed
lex, quæ injuſtum conſtituit
ſalarium, dicitur injuſta. Ergo
18 ſervari non debet:ergo Miniſter
ſpretâ illius legis taxatio-
ne, aliquid in compenſatio-
nem,præter tenue ſalarium acci-
pere poteſt. Secunda ratio, quo-
niam abſurdum eſſet, ut qui to-
19 tam ferè ætatem in alicujus of-
ficii adminiſtratione conſump-
ſerunt, officium cogantur deſe-
rere, & quodammodo mendi-
care, quod Princeps permittere
non debebit,cum par ſit ſalarium
non habere, vel eſſe minus ſuffi-
ciens, ut exiſtimat Penna in *l.In*
ſacris in fin.C.de Proxim.ſacr.ſcrin.
*lib.*12. Matienzus in *Dialog. Re-*
*lator.& Advocat.p.*3.*cap.*32.*num.*8.
Unde ſi Princeps cõgruum haud 20
Miniſtro cõſtituat ſalariũ, & hic
ob hujuſmodi ſtipendii parvita-
tem juſtitiam vendat, Principis
culpæ aſcribendum eſt, & hæc
eſt tertia Menochii ratio. Quarta 21
demum,ac ultima ratio eſt,quod
Judex debet excuſari, quando
ſalarii tenuitatem ab initio non
potuit cogitare; nec prævidere
ſuperveniendum fore caſum,
propter quem conſtitutum ſala-
rium minus congruum evaſu-
rum eſſet, veluti ſi tempore ac-
ceptationis officii viliori prætio
res vendebantur, quàm deinde
temporis curſu factum eſt.

Sextum eruitur ex opinione 22
quorundam aſſerentium, quod
ſi Magiſtratus, quorũ onera la-
borioſius præponderant, ex bonis
ejus,qui ſalarium conſtituere de-
bebat,licebit eis facere occultam
compenſationem; aut aliter ſibi
conſulere accipiendo à ſubditis,
& litigantibus eſculenta, & po-
culenta, & alia dona, & munera
æquivalentia ſalario,ut ex Penna
in *l. In ſacris. C. de Proxim. Sacr.*
*ſcrin lib.*12. Amadeo *de Syndicat.*
num. 164. *verſic. Adverte tamen.*
Parid. de Puteo *eodem tractat. ver-*
*bo Corruptio. cap.*3. *num.*3. *& in*
verb. Poculenta. Boerio *deciſ.*153.
*num.*28. Nevizan. in *Sylv. lib.*5.
*num.*99. Menochio *de Arbitrar.*
*lib.*2. *cap.*327. *num.*21. Tradidit
Sylva *de Salar.quæſt.*73. *num.*49.
Quod enim Judex poſſit accipe- 23
re etiam à litigantibus eſculen-
ta, & poculenta traditur expreſ-
sè à Summo Pontifice Bonifa-
cio Octavo in *cap. Statutum.* §.
Inſuper. de Reſcript.in 6. ibi: *Inſu-*
per ut gratis, & cum omni puritate
ju-

Digitized by Google

judicium coram ipſo procedat nullus munus, vel quicquid aliud, niſi forſan eſculentum, vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis conſumi poſſit diebus; vel niſi cum ipſum propter cauſam ſibi commiſſam contigerit extra ſuum domicilium proficiſci moderatas expenſas recipere ab eiſdem Partibus qualitercumque proſumat. Idem quoque voluere Vivius *deciſ.* 113. *n.* 7 Decian. *lib.* 8. *criminal. cap.* 40. *n.* 7.

24 Ubi dicit, quod Miniſter non habens ſalarium, vel aliud unde poſſit nutrire licitè recipit: dummodò injuſtitiam non faciat, & tradunt Maſcard *de Probat. concluſ.* 164. *num.* 11. *&* 12. Berart. *de Viſit. Magiſtr. cap.* 15. *n.* 91. Farinac. *de delict. tom.* 3. *q.* 111. *art.* 10. *n.* 141.

25 Et quum Miniſter nõ habet ſalarium competens: tunc poteſt in compenſationem recipere res comeſtibiles, ut ex Angelo, & aliis refert, licet non ſequatur Bobadilla *lib.* 2. *Politic. cap.* 11. *num.* 45. hiſce verbis: *Ver-*

26 *dad es, que en eſto huvo varias opiniones de Doctores, porque Angelo de Peruſia, y otros indiſtintamente dizen, que el Oficial, ò Miniſtro de juſticia, que no tiene competente ſalario, paraque ſe ſuſtente del oficio, puede tomar ſin pena, ni calumnia, lo que le dieren libremente, ſiendo coſas de comer en poca cantidad, porque digno es el travajador de ſu jornal, ſegun el Apoſtol S. Pablo. Y ſi el jornal no baſta para los alimentos, aquellos, que ſon ſervidos con el trabajo de la adminiſtracion, deven proveer de lo que convenga al Miniſtro, aunque no de por fuerza. No atareys el buey, que ara, dize Dios en la ley de Eſcritura, y refierelo S. Pablo cerca de los Miniſtros de la palabra Divina, porque de ſoccorrer ſe halla neceſſidad natural por los que reciben el beneficio. Baldo de Peruſia, hermano del ſobredicho Angelo dize, que podria el Juez recebir ſin pena algunas coſas de comer de poco valor, como un queſo, ò una garrafa de vino, porque en la verdad la ley no ſe ofēde, ni la Republica ſe damnifica, ni el Juez ſe corrompe por tan pequeño don, en eſpecial recibo de perſona que no trae pleytos, ni los eſpera traer de proximo.*

Nonnulli Doctores, nec affirmativam, nec negativam opinionem indiſtinctè ſequi ſunt auſi; ſed diſtinguēdum exiſtimarunt, ut ſunt Menoch. *de Arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 514. *à num.* 15. *uſque ad num.* 20. Zamoran. *de Compenſationibus. diſputat.* 5. *cap.* 14. *à num.* 6. *uſque ad num.* 9. Zacchia *de Salar. quæſt.* 9. *num.* 12. 27

Et tres caſus, pro hacce illuſtranda, ac componenda indagatione aſſignarunt. Primum, quoties tempore ſuſcepti, ac impetrati officii ſalarium à Principe conſtitutum, pro onere, ac opere injuncto erat juſtum, ac congruum; itaut commodè Miniſtri ſe poſſent nutrire, ac alere: Aſt poſtea ob temporis, rerum, circumſtantiarumque varietatem, valore decreſcente nummorom, rerumque creſcente valore, illud ſalarium jam adeo infra juſtum, & congruum redactum eſt, ut Miniſtri ex eo congruè vivere non poſſint; quo in caſu juxta Menochium Princeps ſalarium augere tenetur: & ad eum adeundum eſt ad hoc, ut illud augeſcat, 28 29 30

cum

cum ſalarium augere ad Principem ſolummodò ſpectet, ut ex pluribus refert Maſtrill. *lib.* 1. *de Magiſtratib. cap.* 21. *num.* 1.
31 Et ſi Princeps tunc ipſum augere reluctetur, tunc Miniſter publicus poterit augmentum capeſſere ab illis, in quorum beneficium illius munus exercet, quantum neceſſe videbitur, ut ſalarium ſit juſtum arbitrio prudentis, inſpectâ conditione, ac qualitate, & quantitate operis præſtiti, ut tradidit Menoch. *lib.* 2. *de Arbitrar. judic. cent.* 3. *caſu* 223 *num.* 12. Ex authoritate Bartoli in *l. Seio. in fin ff. de Ann. legat.* Rebuff. *de Privileg. ſcholar. privileg.* 12 *num.* 11. Capyc. *deciſ.* 17 *num.* 10.
32 Quippe cum tunc certò liqueat à juſto ſalarium deficere, cum par oneri, ac labori dici non poſſit, recta ratio ſuadere videtur, ut Miniſter quoad æquivalens, compenſationem, ſeu ſalarii ſupplementum accipiat, ab iis in quorum utilitate officium illud gerit, ſi Princeps illud augere
33 negligat. Lex injuſta, prout eſſet illa de ſalario, quod hoc tempore eſſet infra juſtum, minimè obligat in foro conſcientiæ, cum Miniſtri publici officia publica deferere non debeant, ut docet Molin. *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſput.* 83. *n.* 15. Nam alias ſequeretur ab-
34 ſurdū, ſcilicet ut Miniſter publicus, qui totā, vel ſaltem majorem ætatis partē in illius muneris adminiſtratione inſumpſit, cum adoleſcentiam, ac virilitatem in alio officio exercuiſſet: tunc ipſum relinquere, ac deſerere, & quodammodò mendicare compellatur, quod porrò juſtiſſimè omnibus videretur iniquum.

Secundum cum tempore ob- 35 tenti muneris Miniſter ſciebat, ſalarium eſſe adeò tenue, ut ex eo juxta officii, ac dignitatis ſplendorem vivere nequit: vel facilè omnia in dies fieri cariora, majoriſve pretii augurari poterat. Vel munus ſponte abſque remunerationis ſpe ſuſcepit in futurum, quamvis id factum ſit ſine aliquo pacto expreſſo, ſeu tacito illius, ſive ob aliqua privilegia, vel commoda, quo in caſu, tam Molina *tom.* 1. *tractat* 2. *diſputat.* 83. *num.* 18. quàm Menoch. *de Arbitrar. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu* 514. *num.* 16. Aſſeverant, Principem ſalarium augere 36 haudquam teneri, niſi ex quadam morali honeſtate, quæ in foro conſcientiæ neutiquam 37 obligat, nec præſtat jus ad faciendam occultam compenſationem, ad tradita per Zamoranum *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 1. & expreſſiùs *diſput.* 5. *cap.* 14. *nu.* 7. Nec integrum eſt Miniſtro, 38 tunc augere ſalarium authoritate propria ſumendo à Principe, ſeu ab aliis aliquam compenſationem: Sed ſtandum eſt conventioni, ac pacto de ſalario jam conſtituto. Siquidem tale pa- 39 ctum, ut lex ſervari debet ſecundùm diſpoſitionem Text. in *l.* 1. *§. Si convincat. ff. de Depoſit.* Text. in *l. Cōtractus. ff. de Reg. jur.* Et hujuſce rei ratio eſt, quia cum 40 Miniſter iſte ſponte, ac voluntariè in hanc neceſſitatem ſe conjecerit per muneris acceptationem, haud eſt adjuvandus juxta tradita à Juriſconſulto in *l. Si fidejuſſor. §. Si neceſſaria.* *ff. Qui*

ff. Qui ſatiſdar. cogant.

41 Ratio deſumitur ex eo, quod Miniſtri, qui hoc modo in hujuſmodi officiis Reipublicæ inſerviunt, non tam id ſalarii causâ faciunt, quàm alio intuitu, videlicet ut illius dignitatis infulis ſe, & Poſteros cohoneſtentur; vel ut hac viâ illis ad majora miniſteria aditus pateat, ad quæ munera adſolent promoveri in præmium ii, qui rectè ſuo munere funguntur; maximè quia hujuſmodi officia ſolent habere adjuncta privilegia, & honorem ſupra alios: ita ut Magiſtratus, Miniſtroſve Plato. *lib. 6. de Legib.*

42 Poſt Deos immortales, primas honoris, ac gloriæ ſedes habere ſtripſerit, quia qui publici muneris Magiſtratus gerunt, & ſuâ virtute aliorum vitam moderantur, proximas à Deo partes, & Magiſtratus, & Principes obti-

43 nent. Quò inſpiciens, ac alludens Valerius Maximus dixit, quod percunctatus Apollo de juſtis Magiſtratibus: ſe neſcire utrùm Deorum, an hominum numero annecti deberent? reſpondit. Hujuſmodi profectò honor dicitur non minima pars præmii, aut ſalarii, & ſpes ad majora, ac utiliora miniſteria eſt pretio æſtimabilis.

44 Tertium, quando prò injuncto munere ſalarium juſtum erat; ſed poſtea labor eſt auctus, quo in caſu ſecundùm Menoch. *lib. 2. de Arbitr. jud. cent. 6. caſ. 514. n. 20*

45 Ubi dixit, quod Princeps tunc tenetur augmentare ſalarium pro ratione laboris denovo ſuperadditi: & ſi Princeps nolit; tunc poteſt magiſtratus, privatâ authoritate, ſibi compenſare accipiendo aliquid ab eis, quorum causâ majorem laborem ſuum impendit. Eodem modo juxta Zamoranum *de Compenſationib. diſputat 5. cap. 14. num. 8.* Fa-
mulo debet augeri ſalarium ſi 46
ultra quam tacitè, vel expreſsè conventum fuit, labor augeatur. Et Molina *de Juſtit. & jur. tom. 1. tractat. 2. diſput. 83. verſ. Deinde.*
Quod ſi quis à Judice, vel ab ali- 47
quo publico Miniſtro petat, ut aliquid efficiat ultra id, ad quod ex officio facere tenetur juxta taxatum pretium; ſcilicet quod plus laboris, vel ſtudii, quàm debet ſuo impendat negotio, vel quò haud accedere debeat, accedat, poteſt is, à quo id peteretur pro iis, ad quæ ex munere ſuo non tenetur, moderatum pretium acipere, docuit etiã Navarr.
opuſc. de dat. & accept. pro juſt. n. 48
Quippe Miniſter id, quod facit, 48
extra officium eſt pretio æſtimabile; nec id facere tenetur pro ſolo ſtipendio à lege taxato. Hìc ſanè Molina citatis locis ſuperaddit, quod ſi aliquo in caſu timeretur ſcandalum, vel eſſet prohi-
bitum, ne viâ illâ introduceretur 49
abuſus: tunc ſecundùm eum aliquid accipere, eſſet peccatum; licet non reſultaret inde reſtituendi obligatio: niſi in caſu, quò rei acceptæ dominium, lex redderet incapacem accipientem comparandi.

Sed his omnibus, quæ hacte- 50
nus, dicta ſunt, neutiquam obluctantibus, contraria opinio indiſtinctè amplectenda eſt. Videlicet non eſſe licitum Miniſtris publicis accipere ultrà ſalarium

à

à lege taxatum, quamvis tenue, pro exercitio ſuorum munerum in pretium, faciendo compenſationem, ſeu ſupplendo prætextu compenſationis ſalarii juſti tenuitatem, itaut ſi hi Miniſtri aliquid ultra ſalarium viâ compenſationis accipiant, mortaliter peccant, & ad reſtitutionem tenentur, ut tradidit *Ma-*
51 ſtrillus *lib.* 1. *de Magiſtr. cap.* 21. *nu.* 11. ex Divo Thoma 2. 2. *quæſt.* 33. *artic.* 1. Navarra. *lib.* 3. *de Reſtitut. cap.* 2. Abb. in *cap. Quia plerique num.* 33. *de Immunit Eccleſiaſtic.* Medina. *de Reſtitut. quæſt.* 25. Hanc eandem noſtram ſententiam amplectuntur Zacch. *de Salar. quæſt.* 9. *num.* 6. *verſ. Quibus tamen rationibus.* Chriſtinæus. *deciſ. Belg.* 137. *num.* 29. *volumin.* 5. *Lopez gloſ.* 4. in *l.* 7. *tit.* 9. *partid.* 2. & *gloſ.* 1. *l. Pen. tit.* 19. *partid.* 3. Molina. *tom.* 1. *de Juſtit.* & *jur. tractat.* 2. *diſputat.* 83. *num.* 18. Oterus. *de Official. Reipubl. cap.* 16. *num.* 7. Bobadill. *lib.* 1. *politic cap.* 14. *num.* 5.

52 Hujus veræ noſtræ concluſionis primum fundamentum eruitur ex Textu expreſſo juxta Maſtrillum ubi ſupra in §. *Nulla quoque Authent. de Judic.* Ubi Juſtinianus præſtituit, quod Judex nullo modo accipiat aliquid ultra conſtitutum ſalarium; aliàs ſi plus quàm ſalarium capeſſat, punitur in quadruplum pœnæ nomine ſecundum Gloſſam in *verbo Diſpoſita.* Textus verba ſunt hæc. *Nullo quoque præſumente tranſcendere, quæ in ſportulis, aut in litis expēſis à Nobis diſpoſita ſunt, ſed omnibus his contentis, & formidantibus pœnam, quam in talibus ſacra noſtra Conſtitutio terminavit.* Idcirco ſi Miniſter pluſquam ſalarium accipiat in compenſationem, puniendus eſt pœnâ hujus Juſtiniani conſtitutionis. 53

Secundùm ex Text. in *Authent jus jurand. quod præſt. ab iis in princip.* ibi: *Contentus iis, quæ ſtatuta ſunt mihi de fiſco annonis.*

Tertium apertè elicitur ex 54
præcepto Evangeliſtæ Lucæ *cap.* 3. Ubi jubet præter ſtipēdiū nihil à nemine accipiēdum eſſe per hæc verba. *Nemini concutiatis, nec calūniam faciatis, ſed eſtote contenti ſtipendiis veſtris.* Nam ſi talis Miniſter eo ſtipendio contentus non ſit, renunciet, ac deferat officium, quoniam non deerunt, qui non ſolum eo ſtipendio; verum & gratis ob ſolū honorē, ipſū appeterent, ut tradunt Molin. *de Juſtit. et jur. tract.* 2. *diſput.* 83. *n.* 18. Zamoranus. *de Compenſat diſp.* 5. *cap.* 14.

Nec fundamenta, quæ pro adverſæ opinionis tuitione, retulimus, nobis obſiſtunt. Non opponitur primum, in quo dicebatur, Principem teneri Miniſtris congruum conſtituere ſalarium; Nam hoc etiam noſtram fovet concluſionem, cum certum ſit 55
Principem ad hoc alligari, prout etiam aſſignari debet omnibus aliis Profeſſoribus, Philoſophis, Præceptoribus, Rhetoribus, Medicis, ac doctis viris, honoris, remunerationiſque causâ, ut latè, ac venuſtè exornat eruditiſſimus Antiquarienſis Don Franciſcus de Amaya in *l. Unic. num.* 11. *C. de Præbend. ſalar. lib.* 10. Vir omnigenâ imbutus eruditione, divinarum, humanarumque literarum periciſſimus, & inter omnes decimi libri Codicis Interpretes abſ-

que dubio celebrior,ac Princeps, itaut cæteros profectò Cõmentatores amplius inſpicere dedignemur, cum ille ſolus univerſum literatorum plauſum meritus ſit. Et oſtendit quoque Rævardus
56 *lib.* 1. *Conjectant. cap.* 10. Hinc tam canonica, quàm civilia jura competens ſalarium Miniſtris conſtituenda decrevere, ut luceſcit ex *Auth.de Prætor.Populi. cap.* 3.§.*Oportet ergo.Auth.Ut judic. ſine quoq.ſuffrag.*§.*cogitatio igitur col.* 2.*auth.Jusjurandum quod præſtatur ab iis* §.*Jure quoque col.*2.*Auth. de Mandat.princip.*§.*Feſtinabis*& §. *Illud collat.*3.*cap. Cum ab omni de Vita*, & *boneſt. cleric.* Et de jure noſtro Hiſpano habemus *l.*5. & 10.*tit.*5.*lib.*3.*recopilat.* Et docuerunt Divus Thom.2.2.*quæſt.*171. *artic.*4. Velaſc.*de Privileg. pauper. part.*1.*quæſt.*6.*num.*84. Avedaños *de Exequend. mandat. lib.* 1.*cap.*2. *num.* 7. Borellus *de Magiſtratib. cap.*13. *num.* 23. Aviles in *cap.* 1. *Prat.verb.Salario.*Quia,ut ſcribit Doctiſſimus Fragoſus *de Regimin Chriſtian.Reipublic.lib.*4.*part.* 1.*diſputat.*9.§.4.*num.*1 *tom.*1. Expedit Reipublicæ Magiſtratibus
57 conſtitui ſalaria, quæ labori reſpondeant.Congruum enim ſalarium debet Miniſtris aſſignari à Principe,ne illi aliquatenus ab alio, quàm à Principe ipſo aliquid neceſſitate compulſi capeſſere compellantur, ut ſuademur ex Divo Paulo *Epiſtol.*1. *ad Corinth.num.* 9. & *Epiſtol.* 2. *ad Corinth.* Genes. *cap.* 47. Deuteronom.*cap.*18.*verſ.*25.Liber Sapientiæ *cap.*10.
58 Hoc enim naturali,ac Divinæ rationi conſonum eſt, ut ſupra vidimus, & magnâ fulcitur ratione,ſiquidem optimæ artes honore,ac premio floreſcunt, cum ſit florentis Reipublicæ evidens indicium, Profeſſoribus præmia opulenta largiri; quo virtus alis condignæ remunerationis evehitur; ingenia vireſcunt: Dum docti viri ad dignitatis faſtigia pergunt.Quod eſt inPrincipibus valdè laudabile, ut refert Beroald.ad Veſpaſian.*cap.*17. Quippe ut exornant erudito calamo Oterus.*de Officialib.Reipublic.cap.*16.*n.* 1.& Amaya.*de Præbend.ſalar.lib.* 10.*C. num.* 11. Cum omni con- 59
gruat rationi, ut præmium labori reſpondeat, ac æquet, quia lex abhorret homines laborio- 60
ſos abſque præmio præfici publicis muneribus. Ideoque ſala- 61
rium, quod Miniſtris conſtituitur, laboribus debet correſpondere, ut atteſtantur Avendaños *de Exequend.mand.cap.*2. *num.*13. *verſic.Contra.* Felician.in *cap.*4.*de Simonia*. Larrea *Allegat. fiſcal.* 104.*num.*7. Menochius *lib.*2. *de Arbitrar. judic. cent.* 6. *caſu* 514. *num.*1. Bobadill. *lib.*2.*Politic.cap.* 11.*num.*73. Sylva *de Salar.quæſt.* 73. Zacchia *de Salar. in proemio. num.*5. Chriſtinæus *deciſ.*137. *nu.* 27.*vol.*5. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.*1.*cap.*21.Quod ſummam Principum laudem eſſe, cõfitendum eſt.

Quamobrem apud Ægyp- 62
tios optimus vigebat mos, quo Magiſtratibus competentia ſalaria rependi cavebatur, ut fatetur Bobadilla *lib.*2.*Politic.cap.*11 *num.*73.& *lib.*5.*cap.*4.*num.*9.Quo circa mirum quidèm eſt, quantum in Octavianum Cæſarem

ex

ex communi fere mortalium conſenſu laudis effluxerit, qui
63 ſuadente Mecœnate omnium primus ſalaria Magiſtratibus per quamdam legem conſtituit, ex qua primus decrevit lege, mercedes, & præmia tum laborum, tum dignitatis nomine Magiſtratibus, qui antea propriis expenſis Reipublicæ munera ſuſcipiebant, præſtituitque ſpe ali, nutririque præmiorum, & eorũdem poſſeſſione coronari labores eruditorum hominum, ac Senatorum, quibus publici moderaminis incumberet pondus, ut
64 refert Dion. Caſſius *lib.*13. *Hiſtor. Roman. Certum etiam ſtipendium iſtis curatoribus, ut etiam pro conſulibus, edicto conſtituitur: quia tum etiam Cæſar, ut merces ei ſua daretur, cenſuerat. Antiquitus quidem qui aliquod à Republica munus ſuſcepiſſent, omnia ſuis ipſi impendiis agebant, ſub Cæſare primum accipere ſtipendia cæperunt; non idem omnes, ſed quemadmodum muneris eorum rationi congruebat; ſanè curatoribus iſtis ipſum nomen ſui officii à numero pecuniæ, quam ejus nomine acciperent, inditum eſt.*
65 Quam ob cauſam ſummis afficitur laudibus Imperator Peſcennius Niger, qui de publico Magiſtratibus ſalaria aſſignavit, ut tradidit Ælius Spartianus in *Vit. Imperator. Peſcenn. Nigr.* ibi: *Hujus etiam illud fuit, ut nemo aſſideret in ſua Provincia, nemo adminiſtraret Romæ, niſi Romanus, boc eſt oriundus Urbe. Addidit propterea Conſiliariis ſalaria, ne eos gravarent, quibus aſſidebant, dicens, Iudicem nec dare debere, nec accipere.* Quem equidèm cæteri imitati fuere Imperatores, ut niteſcit ex Spartiano, Cicerone, Lampridio, Alexand. ab Alexand. *lib.*4. *Dier. genial. cap.* 11. Quò refert, Auguſtum cenſum 66
Senatorium auxiſſe, nè quis eorum inops, & egenus foret. Et de Nerone aſſeverat idem Alexand. dicto *lib.*4. *cap.*11. de Senatoribus Romanis, quod cum tenui re familiari eſſent, annua ſalaria ſtatuit. Et de Imperatore 67
Alexandro Severo hoc modo ſcribit Ælius Lampridius in ejus vita: *Judices cum promoveret exemplo veterum, ut & Cicero docet, & argento, & neceſſariis inſtruebat: itaut Præſides Provinciarum acciperent argenti pondo vicena, phialas ſenas, mulos binos, equos binos, veſtes forenſes binas, domeſticas ſingulas, balneares ſingulas, aureos centenos, cocos ſingulos; & ſi uxores non haberent, ſingulas concubinas (quod ſine bis eſſe non poſſent) reddituri depoſita adminiſtratione, mulas, mulos, equos, muliones, & cocos; cætera ſibi habituri, ſi benè egiſſent, in quadruplum reddituri, ſi malè.* Laudatur ob id à Mendoza *lib.*3. *Hiſtor. Sinar. cap.*2. Sinarum Rex, eò quia tam Magiſtratibus, quàm Provinciarum Rectoribus, Du- 68
cibuſque militaribus, locupletiſſima ſalaria aſſignarit. Hoc fecit, nè poſſint unquam egere, vel officia in ſuam utilitatem convertere, & plura ad hoc propoſitum congerunt, atque comptè cumularunt celebris Hiſpanus noſter Don Joannes Bapti- 69
ſta Larrea, ex Equeſtri Ordine Divi Jacobi quondam apud inſignem Salmaticenſem Acade-

miam, Conchenſis majoris Collegii Alumnus, Veſpertinæ legum Cathedræ proprietarius interpres, Regalis Patrimonii Fiſci Patronus,& poſtea in Supremo Caſtellæ Senatu Conſiliarius: Vir procul dubio egregius, & omnium deciſionantium,allegationeſque ſcribentium doctiſſimus in *Allegat.fiſcal.*104.*num.*7 *& deciſ.*85. *à num.* 10. *uſque ad num.*16. Ex Cuſpiniano, Pontano, Matienzo, Segura, Flores de Mena, Avendaño, Platea, Navarro, Covarruvia, & Molina. Patritius *lib.*3.*de Republic.tit.* 6. Bobadill.*lib.*2.*Politic. cap.*11. *num.*73. *& cap.*12. *num.*15. Maſtrill. *lib.*1. *de Magiſtratib. cap.*21. Chriſtinæus *deciſ.*137. *num.* 27. *vol.*5. Amaya in *l.unic.C.de Præbend.ſalar.* Sylva *de Salar.qu.*73. Menoch. *lib.*2. *de Arbitrar. judic. cent.*6.*caſu* 514. *num.*1. Zamoran. *de Compenſation. diſputat.*1. *cap.*14. Gregor. Tholoſan. *lib.*27. *cap.*3. *nu.*7.*part.*3.*Syntagmat.jur.* Dion. Caſſius *lib.*52.*Hiſtor.Roman.* Oterus *de Official.Reipubl. cap.*16.

70 Quæ porrò ſalaria ordinariis Miniſtris aſſignata debent eſſe congrua, ac competentia, debentque eis ex populorum bonis perſolvi, ut obtinet in noſtra Hiſpania per *leg.*7.*tit.*16.*lib.* 2.*Ordinam.* & per *l.*5.*tit.*5.*lib.*3. *Recopilat.* ibi: *Se paguen de los proprios.* Azevedus in dicta *l.*5. *num.*1. Avendañus 2.*part. Prætor.cap.*1.*num.*3. Covarruv.*Pract. cap.*4.*num.*5. Si bona Univerſita-
71 tis, aut populi deficiãt,pro juſta quantitate Salarii debet inter vicinos imponi collecta, ut ex Maſtrillo, & Bobadilla,Orozio, & Menochio teſtatur Oterus *de Official. Reipublic. cap.*16. *num.*4.
Contrarium tenet Maſtrill.*de* 72
*Magiſtrat. lib.*1. *cap.*21. *num.*20. Ubi ex pluribus aſſerit ſubditos non teneri aliquid præſtare Magiſtratui, quia juſtitia eis à Principe miniſtrari debet, non ſumptibus ſubditorum.

Cum enim ex ſupra relatis clareſcat, Miniſtros congruum ſalarium habere debere: ambigi,ac dubitari adſolet, quale dicatur 73
competens? Siquidem poteſt contingere, ut ſalarium, quod trãſactis ſæculis dicebatur,ac exiſtimabatur competens:nunc tale haud judicandum ſit ob tempo- 74
rum, rerumque variationem, ac mutabilitatem, quæ efficit, ut taxatio olim facta inſpectis circunſtantiis tunc concurrentibus, hodie ſit manifeſtè infra in infimum ſalarium juſtum; quoniam creſcẽte pecunia, valor decreſcit illius, ad aliquas alias res pecunia comparandas: & ideo cæterarum rerum comparatione pecuniæ, valor creſcit. Quocirca ſi lex lata fuit olim in Hiſpania, quum rara in ea pecunia inveniebatur;pretium,quod tunc ob 75
pecuniæ parvitatem erat juſtum: modò poterjt eſſe infra infimum juſtum ob pecuniæ ubertatem, quæ ad præſens mirum excrevit in modum, propter magnam auri,& argenti vim, quæ quotannis à novoOrbe in Hiſpaniam aſportatur.Hinc eſt, ut à quinquaginta annis pretia rerum in duplò, imo & triplo evaſiſſe majora, atteſtantur Molina.*de Juſtit.& jur. tom.*1.*tract.*2.*diſput.*83.*num.*13.Zamoran.*de Compenſat.diſput.*5. *cap.* 14.*num.*4. Quan-

76 Quando enim ſalarium hoc tenue per aliquam legẽ de novo latam à Principe non adaugetur Molina, & Zamoranus locis citatis perperam voluerunt, arbitrio prudentis eſſe taxandum, ſedulò inſpectis circumſtantiis: ita ut Miniſter tunc accipiat in pretium pro unoquoque ſui muneris actu, quod arbitrio prudentis judicatum fuerit non excedere juſtum pretium rigoroſum, ſecundùm temporum, ac rerum circunſtantias: nam hæc Molinæ, ac Zamorani opinio prout
77 parum tuta reiicienda eſt, nè detur occaſio Miniſtris, accipiendi indebitum, ut latè inferius exponam. Unde juxta Menochium *lib. 2. de Arbitrar. judic. cent.*
78 *6. caſu.* 514. *num.* 10. Subnectit, quod quoties de augendo Miniſtrorum ſalario agitur, Princeps attentè inſpicere debet, officiorum, temporum, ac perſonarum qualitatem, quia dedecet tantum ſalarii præſtare Præſidi, Conſiliario, Judici, ac Advocato Sylva *de Salar. quæſt.* 73. *num.* 5. ut tradidit Chriſtinæus *Deciſ. Belg.* 137. *num.* 30. *vol.* 5. Siquidèm ſalarium debet dignitati correſpondere, & qui majori viget digni-
79 tate, majus habere debet ſalarium. Qua in re quandam inæqualitatẽ obſervo in hoc Regno Neapolitano, ubi Regentes Supremi Collateralis Conſilii habent idem ſalarium ducatorum mille, prout Conſiliarii Sacri
80 Regii Conſilii, ac Præſidentes Regiæ Cameræ Summariæ, qui ſunt inferioris dignitatis. Hoc enim ſalarium, ſi verum fatendum eſt, ad congruè, ac commodè ſe alendum non ſufficit, cum decori muneris illius non correſpondeat ſalarium. Ideòque ſummâ ratione augeri deberet, præſertim Miniſtris Hiſpanis, qui cum ſint exteri, nec aliud habeant in Regno, quo vivere poſſint, neceſſariò de ſalario tantùm debent ſe alere: maximè quia, quum ab Hiſpania proficiſcuntur ad obeundas dignitates Neapolim, Mediolanum, Siciliam, Belgium, Novumque Indiarum Orbem, magnas in itinere faciũt impenſas, quæ ratio neutiquam militat in Miniſtris Italis, qui in propria patria Magiſtratum gerunt, ubi habent domus, ac bona, cum quibus, præter ſalarium commodè degunt; Quod Hiſpani habere nequeunt, tum ob longitudinem Patriæ, vel quia neutiquam habeant, tum quia non convenit; nec eſt rationi conſonum, ut ſuis facultatibus in alienis locis inſerviant. Confert ad hoc propoſitum mirabilis locus Dion. Caſſii *lib.* 52. *Hi-* 81
ſtor. Cujus quoque meminit Bobadilla *lib. 2. politic. cap.* 11. *num.* 73. Dionis verba ſunt hæc. *Omnes illi, quibus aliquod extra urbem imperium committitur, ſinguli rationi ſui officii congruentem accipiant mercedem: nam neque ſuis facultatibus, in alienis locis vivere eos conſentaneum eſt.*

Quapropter ut ad id, quod de 82
ſalario competenti dicebam, redeam, mihi videtur haudquaquam conſentaneum eſſe æquitati, ut noſtra hac parum fælici ætate conſtituatur his idem ſalarium, quod olim ſexaginta, aut octuaginta plus annis antea eis

præ-

preſtabatur. Ratio eſt quia annona viliori pretio, quàm nunc, emebatur: domus longè minori conducebantur pretio, & ſalaria ſervorum, ac ancillarum quoque erant multò minora, & denique valdè tenues erant veſtiũ impenſæ (quas hodie adeò creſcere obtuemur, ut hominum, licèt locupletum, facultates nequaquam ſufficiant) Et Princeps dum ſa-
83 larium Miniſtris aſſignat, debet proſpicere, ut ſit tale, quod ex eo, expenſis domeſticis neceſſariis erogatis, poſſint aliquã ſummam quotannis in arca reponere, ut ſenectuti, ſeu poſteritati, vel infirmitati ſuæ, ſuorumve, alicui alii rei conſulere queant. Hujus rei ratio eſſe poteſt, quoniam nullus eſt tam vilis merce-
84 narius ſuas dietim operas locans, qui præter id, quod in ſe expendit alendo, nolit quoque partem mercedis ſupereſſe, ut tradunt Chriſtinæus *Deciſ. Belg.* 137. *n.* 30. *vol.* 5. Maſtrill. *lib.* 1. *de Magiſtr. cap.* 21. *num.* 14. Menoch. *de Arbitr. judic. lib.* 2. *cent.* 6. *caſu.* 514. *num.* 11. Zamoran. *de Compenſat. diſput.* 5. *cap.* 14. *num.* 5. Bimius. *conſil.* 103.
85 *vol.* 2. Et hoc ipſum depromitur ex Text. in *l. Per hanc.* §. *Sexcenti auri. C. de Offic. advocat. diverſ. offic.* ibi: *Sexcenti autem aurei, quibus pro tempore fiſci patronis fori tuæ celſitudinis, ad exemplum priorum temporum ex arca tui judicii conſulatur: ne poſt decurſum celerem advocationis, & labores glorioſos, egeni exeant.* Cui rei adaptatur celebris locus Scribanii *lib.* 1. *de Politic. Chriſtian. cap.* 27. ibi: *Regia ergo ſtipendia ſuis præbeat, quibus univerſam familiam pro concrediti ſibi muneris dignitate tueantur, & viros inveniet; ea verò velim ſtipendia, quæ ſatis ſint familiæ ampliter alendæ. Nam & amplitudo venerationem auget, & animos addit, & verò grave eſt Regi, aut Reipublicæ de ſuo impendere: libera proinde optem patrimonia, nec ea attingi familiæ ſuſtentandæ ſeponat hæc in liberos quiſquis à conſiliis Principis eſt; quin eo etiam creſcant ſtipendia, ut ſeponi aliquid poſſit in poſteritatem, ac nepotes & optimè ſperare jubeor Principem de ſuorum integritate.* Miniſtros habere congruum
ſalarium convenit Regi, ac ex- 86
pedit Reipublicæ, ac optimo moderamini Populorum, quia dignitatis decor ſuſtinetur, & Principis perſonam melius repræſentare poſſunt: nec ob egeſtatem juſtitiam vendere cogũtur, quod ſufficiens deberet eſſe motivum augendi Miniſtris ſalarium: ne propter ejus tenuitatem, ac paupertatem officiis abuti compellantur, quod in ipſorum vitæ æternæ interitum vergere dixit Molina *de Juſtit. & jur. tractat* 2. *diſputat.* 83. *num.* 18. *in fine*. Ideo-
que ad hos abuſus vitandos, 87
Princeps teneretur competens ſalarium aſſignare, ut perpendit, ac hortatur Bobadilla *lib.* 2. *Politic. cap.* 11. *num.* 72. hiſce verbis:
Y cierto, que para remedio de los 88
males, que ſuceden de cohecharſe los Juezes, ſeria cauſa muy relevante ſi los ſalarios de los Corregidores, y Miniſtros fueſſen bien baſtantes, y competentes para repreſentar la autoridad de los oficios, y quedar con buen aprovechamiento, que no ſolamente les deſobligaſſe de cometer los males, y miſerias, que

cau-

cauſa la pobreza, como en otro capitulo diximos, pero aun huvieſſe para poder uſar de liberalidad con templanza por ſer virtud tan digna del hombre libre, y noble, y ſoccorrer algunas vezes à los miſeros, y affligidos.

89 Hujuſmodi ſtipendia Judicibus pinguiora, quàm aliis conſtitui debent, non tantùm ratione laboris, qui porrò ingens, ac periculoſus eſt; quàm ob ſcientiæ, ac intellectus probitatem (ad quam judicandi munus reſpicit) eis debetur. Neguſantius, Sylva *Reſponſ. quæſt.*419. *num.*1. Bartol.in *l.*1.*§.Divus .ff.de Var. & extraordin.cognit.*Britus in *Rubric.de Locat part.*1.*§.*4. *num.*10. Cephalus *conſil.*70. *num.*7. Gratian.*deciſ.Marcb.*201. *num.*9. Coſta *de Rat. rat. quæſt.* 93. *num.*3. Surd. *conſil.* 92. *num.*2. Ex con-

90 grua ſtipendii conſtitutione, magnæ utilitates inſurgũt.Quippe tunc haud deerunt viri literis ac probitate morum conſpicui, ac longa rerum experientiâ verſati, qui ad hæc munera, in maximam publici utilitatem, appetenda alliciantur, ex quorum recto regimine Reipublicæ ſalus

91 pẽdet.Ex adverſò ex ſalarii modicitate, Populis imminet pernicies, quia nũc minus probis,ac doctis viris munera, nullo experimento, hominibus verſatis cõferuntur, ut agnovit Imperator Juſtinianus in *Authentic.de Judic. §.Quia verò cap.*11.*collat.*6. Quo in

92 caſu cum inopia Miniſtri laborent, victum indecorè quærere cum magno ſubditorum gravamine coguntur, quia ut habetur in SacrisLiteris apud Eccleſiaſt. *Vita pauperes eſt in cogitatione victus*; cum eis ad aviditatem eadem rapiat egeſtas, quoniam, ut ait Legislator noſter in *l.*2. *tit.*9.*partid.*2. *La pobredad trahe los homes à gran cobidicia.* Et tũc ſi à Superioribus corripiantur, 93
ac increpentur, quodammodo ſe excuſare poſſunt, quòd ſtipendium eis exhibitum ad congruã familiæ ſubſtentationem nuſquã ſufficiat. Nec Princeps ob hujuſmodi eceſſus eos poteſt punire: niſi Miniſtros, quibus cõ- 94
grua laboribus præmia elargitur: alios verò, quos ipſe ob tenuitatem ſalarii, ad illicita quaſi compellit plectere durum eſſet, ut venuſtè refert Scribanius *lib.*1. *de Politic. Chriſtian. cap.*27. ibi: *Liberali deinde ſtipendio ſingulos donet, punire poteſt, qui digna laboribus præmia largitur; durum verò eſt punire, quem neceſſitate ad illicita impellis. Vis incorrupta judicia? egeſtatem amove, ad quid non cogit paupertas? Vis integra, adſint integritati ſua præmia, ut nec aliũde mendicare, nec ſperare debeat, qui juri dicundo præeſt.* Nam dum Judicem pauperem prolixè præmit egeſtas, à juſtitia deviat, ut 95
habemus apud Gloſſam Apoſtoli ad Theſſalonicenſes *cap.* 1. Hoc idem apertiùs poteſt colligi ex Iſaia Propheta *cap.*3. ibi: *In domo mea non eſt panis, neque veſtimentum, noli me conſtituere Principem.*

Hinc eſt, ut olim hanc ob 96
cauſam, pauperes, quamvis ſummâ doctrinâ, rerumque experimentis pollerent, Veteres à Magiſtratibus arcebant, ut refert Boëtius *de Scholaſtic. diſciplin.* Quia

97 Quia dicebat in his officiis pauperes eſſe ; ſicut in malitia debiles, qui magis officiunt, quàm
98 proſunt. Quò reſpiciens Peripateticorum Princeps *lib.2. Politic.* dixit : *Impoſſibile eſt egentem benè principari. & lib.3.* Id in Solonis legibus traditum fuiſſe aſſeverat, quibus cavebatur : *Magiſtratus nimirum omnes conſtitui oportere ex locupletibus ex cenſu quingentorum modiorum*. Qua de
99 cauſa divites, pauperibus præferendos eſſe docemur ex Text. in *Authentic. de Judic. §. His qui cauſas. collat. 6. & in l. Honor. §. De honoribus. ff. de Munerib. & honorib.*

100 Aſt hoc obtinuit olim, quum adhuc de publico ſalarium Magiſtratibus cōſtitutum non erat, poſteà verò tam divites, quàm pauperes admittendos æquum viſum fuit. Nam quoties competēs ex dignitate ſtipendiū adipiſcūtur, paupertas ſuppleri poteſt ne habeantur ludibrio, & ne ob egeſtatem vænales fiant. Quippe
101 ad optimè Magiſtratus munus fungendum, nōn auro, nec divitiis; ſed ſapientiâ, ac pietatis muneris opus eſt, ut dixit Plato. *lib. 7. de Republic.* ibi: *Operam eſſe dandam, ut qui utiliter, ac decenter Magiſtratu fungi debent, ſint divites bonis animi juſtitiæ, ſapientiæ, ac pietatis auro abundent*
102 Hunc Priſcorū morē, licet iniquū perlaudat Tholoſanus *lib. 47. Syntagm. jur. cap 10. n. 17.* Qui ſordidos ex plebe ab Imperio, & Magiſtratu repellebat, prætextu paupertatis, ut de Proletariis ſcribit Aulus Gellius *lib. 16. Noct. Attic. cap. 10.* Id inſpiciens Plinius *lib. 14. Hiſtor. moral.* Nimioperè quæritur, quoniam poſteris laxitas mundi, & rerum amplitudo damno fuit: poſtquam Senator 103
cenſu legi cæptus, Judex fieri cenſu, Magiſtratum ducemque nihil magis exornare, quàm cenſus.

Hic enim mos Gentilibus 104
tantùm, prout iniquus conveniebat. Nam probi, dignique viri, licet pauperes à Reipublicæ adminiſtratione repelli nō debent, præcipuè ſi probatæ, ac ſpectatæ ſint eruditionis. Siquidèm juxta Tholoſanum longè laudabiliores ſunt, qui cum communibus artibus locupletari poſſint, exiguo, ac tenui victu, & patrimonio contenti ſunt, ut quoque affirmat Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 1. cap. 21. n. 27.* Idcircò pernicioſiores ad 105
Rempublicam, Magiſtratumque moderandum mihi cernuntur divites, quàm pauperes. Nam ut ait Tholoſan. dict. *lib. 47. cap. 10. num. 17.* Qui propter pecuniam 106
præferuntur, ſæpè nundinationibus ſordidis ad dignitates provehuntur, & perniciem conſervati ſtatus optimi ſecum adferent. Confert magnoperè de jure noſtro Hiſpano *l. 22. tit. 5. lib. 3. recopil.* Promulgata à Don Henri- 107
co Secundo Rege Caſtellæ, qua cavebatur, ne ad adminiſtranda officia publica divites, nec potentes opibus, admitterentur, & ejus mentionem faciunt Burgos de Pax. in *l. 2. num. 79. & 81.* Avendañus in *cap. 19. Prætn. 18. verſ. Nobilitas igitur.* Et fuſius Bobadilla *lib. 1. politic. cap. 11.* Per totum, ubi aſſuetâ eruditione legem illam exponit, ac interpreta-

tur

tur, & poſtquam plurima antiquitatis arcana detegit, tandem *num.*25. concludit, meliorem eſſe
108 pauperem, quàm divitem ad officia regenda, ibi: *Porque ſi la avaricia echa rayzes en el animo, peor ſera el rico, que el pobre, porque el uno querra enriquecerſe, y el otro querra paſſar mas adelante: y ſi la neceſſidad lleva al pobre à algun inconveniente, à muchos mayores daños llevara la avaricia al rico*. Nam innumeri ferè ſunt pauperes, qui optimè publica munera geſſe-
109 runt; quippe divitiæ ad Magiſtratuum eſſentiam non magis attinent, quàm ad eſſentiam boni Tibicinis, aut Medici id, quod res ipſa ſatis evidenter evincit, ſed eſt quædam accidentalis res, & docuit Ariſtoteles *lib.*3. *Politic. cap.*8. Erat nè alius Conſul Marius, quum advena, & vago exilio in Urbem, inops rerum omnium reduceretur, & ſeptimum auſpicaretur conſulatum pauperrimus, quàm cum priores ditiſſimus iniret, & ſpoliis Jugurthinis, Palliiſque onuſtiſſimus? ut oſtendere angitur Arniſæus *de Diviſion. Rerumpublicar. cap.*1 *ſect.*4. *num.* 9.
110 Plures, ut iterum repetam, egeni in præcipuis Reipublicæ muneribus conſtituti, eis laudabiliter functi fuere, ut apud Romanos fuit Valerius Publicola, qui in Conſulatu defunctus, publicâ nummorum collatione, ſuâ non inventâ ſepultus fuit, ut refert Divus Auguſtin. *lib.*5. *de Civitat. Dei cap.*8. Ammian. Marcellin. *lib.* 14. Apud Thebanos Epaminondas, qui adeò paupertatem perpeſſus fuit, ut de Republicâ nihil præter gloriam ceperit teſte Cornelio Nepote *de Vit. excellent. Imperat. in Epaminond* Omiſſis Ariſtide, Lyſan- 111
dro, & Lyſimaco, de quibus Æmilius Prob. in *Ariſtid. & Lyſand. & in Vit. Niciæ*. Quibus ſi Reſpublica commiſſa neutiquã fuiſſet, pluribus fuiſſet affecta cladibus, ut animadvertit Tholoſan. *lib.*47. *Syntagmat. jur. cap.*10. *num.*17.

Salarium enim competens 112
quadrupliciter dici poteſt. Primo modo dicitur competens, quando fuit à Principe, ſeu à 113
lege, vel ſtatuto taxatum, juxta Text. in *l.*1. *C. de Præbend. ſalar. lib.*10 *& in Authentic. Ut Jud. ſin. quoq. ſuffrag. §. Hæc autem omnia*. Text. in *cap. Statutum. §. Notarium. de Reſcript. in* 6. & aſſeverant Cavatius in *Ocul. Reipub. tit. de Remed. contr. impedim. juſtit. cap.*3. *num.*16. Molina *de Juſtit. & jur. tractat.*2. *diſput.*83. *in princip.* Menoch. *de Arbitr. judic. lib.*2. *cent.*6. *caſu* 514. *num.*5. Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.*1. *cap.*21. *num.* 9. Zamoran. *de Compenſationib. diſputat* 5. *cap.*14. *num* 2. Oterus *de Officialib. Reipublic. cap.*16. *num.*7. Secundò vocatur ſalarium juſtum, quod fuit inter Partes cõ- 114
ventum, quæ conventio ex parte tam promittentis, quàm acceptantis, ſervari debet, ad Text. in *l. Primum. §. Si convenerit. ff. de Depoſit.* Text. in *l. Contractus. ff. de Regul. jur. cap. Contractus. de Reg. jur. in* 6. Et docuerunt Baldus *conſil.*434. *num.*1. *lib.*1. Decius *conſil.* 265. *num.*4. Angel. *conſil.* 199. *num.*2. Tertiò cenſetur cõ- 115
petens ſalarium, quum à conſuetudine eſt in certa ſumma conſti-

ſtitutum, ſecundùm Text. in *l. Licet*, ubi Cagnol. *C. Locati*. *l. Quodſi nolit*. *§. Qui aſſidua. ff. de Ædilit. edict.* Bart. in *l. Si certis annis n. 9. C. de Pact.* Barbat. in *cap. Quod translationem de Offic. legati* Alex. *conſil.* 101. *n.* 1. *& 2. verſ. Vel illa lib.* 1. *conſ.* 3. *col fin. & conſil.* 26. *vol.* 2. Mantic. *de Tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *nu.* 5. *verſic. Item locatio*. Menoch. *de Arbitrar. judic. caſu* 514. *num.* 5. Surd. *conſil.* 42. *num.* 13. Addent. ad Buratt. *deciſ.* 508. *num.* 4. Rota *deciſ.* 10. *num.* 15. *part.* 6. *Recent.*

116 Quartò, quoties neque à Principe, neque à lege, nec per Partium conventionem, neque ab uſu, ſeu conſuetudine certa ſumma ſalarii conſtituta, & determinata reperitur, in tali caſu ſalarium taxatur arbitrio Judicis, ut docet Zacchia *de Salar. quæſt.* 9. *num.* 39. ex Bart. in *l. Sejo in fin. ff. de Annu. legat.* Corn. *conſil.* 106. *num.* 4. Capyc. *deciſ.* 27. *num* 20. Magon. *deciſ. Florent.* 12. *num.* 18. Menoch. *de Arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 6. *caſ.* 514. *num.* 9. *& caſ.* 223. *in fin.* Coccin. *deciſ.* 256. *nu.* 3. Rot. *deciſ.* 128. *num.* 3. *part.* 4. *Diverſ. & deciſ.* 454. *num.* 2. *p.* 1. *Recent.*

117 Nec nobis reluctatur ſecundum contrariæ opinionis fundamen, in quo dictum fuit, rationem naturalem poſcere, ut laborans condignam ſui laboris mercedem capeſſat. Siquidèm reſpõdetur hoc concluſioni noſtræ haudquaquam obſiſtere; imò eam quoque fovere, quia nihil majori cura invigilandum eſt, quàm ut Miniſtris ſtipendia cõgrua aſſignentur, atque ſolvantur, ut ſtatum ſuum decorè ſuſtinere valeant. Quippe ſi rerum privatarum egeſtate laborent, 118 in ipſorum utilitatem convertere poterunt officium, ut ſibi neceſſaria conſequantur, ut ex Folerio, Matienzo, Segura, Flores de Mena, Penna, Felino, Avēdaño, Gomez, Navarro, Covarruvia, Medina, Molina, Menochio, Rebuffo, Platea, Ponte, Aviles, & Maſtrillo, tradidit Larrea *deciſ.* 85. *num.* 11.

Non opponitur tertium ex 119 Molina dicente Miniſtros poſſe aliquid in compenſationem capere ab illis, in quorum commodum officium exercent. Quoniã idem Molina poſteà in Miniſtris publicis id aſſerere neutiquam auſus fuit, dum dicta *diſputat.* 83. *num.* 18. hæc eadem verba ſubjunxit: *De Miniſtris autem Regiis, quibus tenuia ſtipendia pro temporum conditione: quæ tamen quondam, quando minor erat copia pecuniæ, proportionata judicabantur, non auderem idem dicere. Quin potius arbitror, eos authoritate propria nullam poſſe capere compenſationem.*

Nec eſt verum ſubditos te- 120 neri ſolvere ſalaria Magiſtratibus, in quorum commodum munus exercent. Nam ſtipendia Miniſtrorum ex pecunia Fiſci ſolvi debent eis juxta Text. in *l.* 2. *§. Hoc etiam. verſic. Ad hoc jubemus. C. de Offic. Præfect. Afric.* Oterus *de Officialib. Reipublic. cap.* 16. *num.* 3. Siquidèm Prin- 121 cipes in ſuis Regnis, ſuis expenſis juſtitiam adminiſtrare debēt; ſecus verò vaſſallorum impenſis, cum hanc ob cauſam Regibus tributa ſolvant, ut tradidit Penna in *l. Annonas*. *col* 1. *verſic.* Nam

Nam tenentur Reges. C. de Erogat. militar. annon. Nam hoc ip-
122 ſum fuit pręceptum Divi Hieronymi in *Epiſtol.* 11. *ad Damaſum Pontificem Maxim.* ibi: *Omnes Græcorum Doctores prædicant, proteſtantur, & exclamant, decimas, & oblationes deberi ſolis Epiſcopis propter executionem Pontificii officii, ſicut terrena ſtipendia, vectigalia, & tributa debentur ſolis poteſtatibus ſæculi propter adminiſtrationem publicæ functionis, ſicut enim illi habentes vaſa interfectionis, in eo ſubſerviunt ſubditis, quod malos à malo reprimunt, & bonos in bonos nutriunt, & omnibus æquitatis jura proponunt, ac per hoc omnium ſubiectorum ſtipendium conſequentur, ſic Chriſtianæ Reipublicæ curam gerentes, & Eccleſiaſtica Sacramenta ſingulari privilegio miniſtrantes, oblationes, & decimas ſingulariter, & ſpecialiter ſortiuntur in ſuos uſus, & familiam, etiam de-*
123 *putandas.* Quippe Vaſſalli nequaquam tenentur aliquod ſalarium Magiſtratui præſtare; quoniam Princeps gratis illis juſtitiam facere tenetur, ut elicitur ex Text. in *cap. Vendentes. & cap. Non ſolum* 1. *quæſt.* 3. Text. in *l.* 1. *§. Item. ff. ad Leg. Jul. de Ambit.* Text. in *Authentic. de Mandat. princip. §. Oportet.* Text. in *l.* 2. *§. Hoc etiam decernimus. C. de Præfect. Prætor. Afric.* Et aſſeverant Roland. *conſil.* 1. *num.* 54. *vol.* 2. Bimius *conſil.* 103. *num.* 10. *vol.* I.
124 Nam cum hæc ſit obligatio Principis, is debet ferre ſolutionis onus, cum eâ ſit affectus paſſivæ obligationis, ut referunt Alciat. *conſil.* 94. *num.* 6. *lib.* 8. Foller. *de Cenſib. ver. Nicolaus. num.* 223. *Et in Conſtitut. Regn. incipien. Pervenit. num.* 23. *& in Conſtitut. Ad hoc volentes. num.* 3. Rugin. *Pract. quæſt. cap.* 46. *num.* 71. Segura in *Director. judic. part.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. Avendañ. *de Exequend. mand. Reg. Hiſpan. cap.* 2. *num.* 8. Vazquez *Controverſ. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 1. 2. *&* 52. Molina *de Juſtit. & jur. tom.* 1. *diſputat.* 25. Sic in Regno Siciliæ de Fiſci pecu- 125
nia Officialibus ſalaria ſolvuntur, ut refert Maſtrill. *lib.* 1. *de Magiſtr. cap.* 21. *num.* 24. Quod in aliis Regnis idem eſſe atteſtatur Borellus *de Præſtant. Reg. Catholic. quæſt.* 63. *num.* 53.

Non obſiſtit quartum, ubi 126
diximus, Miniſtros in tenuis ſalarii ſupplementum, ſportulas recipere poſſe. Nam reſpondetur diſtinguendo, ſcilicet vel ſtipendium eis eſt conſtitutum, vel non. Quando non eſt conſtitutum, tunc Miniſtri poſſunt ſportulas capeſſere, quia in ſalarii locum ſubrogatæ ſunt, ut depromitur ex Text in *§. Tripli,* 24. *Inſtitut. de Act.* & ibi Jaſo, ac eruditiùs noſter doctiſſimus Don Antonius Pichardus, olim apud Salmanticenſes Cæſarei juris Interpres primarius, poſtea in Valliſoletano Senatu Aulæ Præſes, in dicto *§. Tripli. num.* 11. *Inſtitut. de Act.* Alciat. *lib.* 3. *Diſpunct. cap.* 17. *in princip.* Coſta *de Ratirat. quæſt.* 86. Cavalcan. *de Brach. Reg. part.* 6. *num.* 607. Muta *ad Conſuetud. Panorm. cap.* 7. *num.* 2. Fragoſ. *de Regimin. Chriſtian. Reipublic. lib.* 4. *part.* 1. *diſput.* 9. *§.* 5. *num.* 79. *tom.* I. *& num.* 86. Ut in Regno Siciliæ, ubi ſportulæ in trigeſi- 127
mæ locum ſucceſſerunt, quæ anti-

tiquitùs pro ſtipendiis Miniſtrorum de facto exigebantur, teſte Maſtrill. *de Magiſtr.lib.1.cap.21.n.2*

128 In ſecundo verò caſu quando Miniſtri habent ſalarium aſſignatum, tunc ſportulas habere nequeunt, ſecundùm diſpoſitionem Text.in *cap.Cum ab omni* 10. *de Vita, & honeſtat. Cleric.* Per quem Textum à Iure Canonico reprobatas eſſe aſſerit idem Maſtrillus loco citato *num.3.* ex Gloſa ſingulari in *Clementin. Statutum. de Elect.* Innocent. in *cap. unic.de Plus petit.* Ideoque ſportulas non poſſe exigi, nec à ſponte dantibus recipi per Eccleſiaſticos Judices, ſive ordinarios; ſi-

129 ve delegatos; dummodò habeant beneficium, ac redditus ſufficientes: niſi adſit conſuetudo in contrarium; aſſeverat Sabellius. *Summ. diverſ. tract. §. Sportulæ num.3.* ex Gratiano *Diſceptat forenſ.cap.561.num.1.* Thuſco. *Practic.conclus. liter. S. concluſ* 13. Vivio *Comm.opinion.*740.& tradidit Fragoſus loco ſupra relato *num.*80. ex authoritate Surdi, Seguræ, Speculatoris, & Garciæ, & *num.* 82. aſſeverat non obſtante Text.in dict. *Authent. de Judicib. §. Nec autem collat.* 6. Cujus di-

130 ſpoſitio recipiendi ſportulas Judices ſalariati, non de jure; ſed de conſuetudine procedere, ut quoque dixit Matienzus. *lib.* 3. *Dialog.cap.*24.*num.*4.

131 Minus nobis obeſt quintum fundamen; nec illæ quatuor rationes in eo poſitę. Non prima, in qua dicebamus, Miniſtrum non teneri legẽ injuſtam ſervare; corruit enim hæc ratio, ſi dicatur, aliquem legem injuſtam ſervare teneri, quotieſcumque per pactum ad illius obſervantiam ſe alligavit Paulus de Caſtro *conſil.* 471.*num.*1.*lib.*1.*&* *conſil.*219.*nu.*2. *lib.*2. Rota.*deciſ.*415.*num.*4. *part.*1. *recent.* Cagnol.in *l.Contractus. nu.* 70.*de Reg.jur.* Ad cujus rei roborationem Zacchia *de Salar.quæſt.* 9.*num.*7. Affert illud Matthæi *cap.* 20. Ubi paterfamilias tantum 132 præſtitit operariis, qui totum diem laborarunt; quàm illis, qui ad laborandum horâ decimâ iverunt. Qua ex re nimiopere 133 quærebantur; quoniam eis patrẽfamilias injuſtitiã facere exiſtimabant, exhibendo eandem mercedem iis, qui totam laboraverunt diem, quàm illis, qui unâ hora operas præſtarunt. Aſt paterfamilias nuſquã injuſtè egit, quia convenerat cum primis tantam elargiri mercedem, quantam ſecundis mercenariis dedit; ut apparet ex illis verbis. *Amice non facio tibi injuriam, nonne ex denario convenisti mecum? tolle, quod tuum eſt, & vade, volo autem & huic noviſſimo dare ſicut, & tibi.* Quia 134 contractus ex conventione Partium legem accipiunt per Text. in *cap.Contractus de Reg.jur. in* 6. Text.in *l.Contractus.ff. Eod.* Nec facit ſecunda ratio Menochii, nec abſurdum ab eo conſideratum. Quippe abſurdiùs eſſet fi- 135 dem fallere, ut contingeret ſi Officialis, qui pro certa ſumma ſervire pollicitus fuit; ſi poſtea prætextu compẽnſationis aliquid ultrã id, quod fuit conventum ſubriperet, quod potius vitandum venit, quia tolerari debet abſurdum ad hoc, ut aliud majus abſurdum vitetur, ſecundùm diſpoſitio-

ſitionem Text. in *l. Si ita vulne-*
ratus.§.Quod ſi quis abſurdè.ff.ad
136 *Leg.Aquil.*Nec adverſatur Ter-
tia ubi aſſeruimus ex eodem Me-
nochio, quod ſi Princeps non
conſtituat ſalarium Miniſtris, &
hanc ob cauſam hi juſtitiam ven-
dant, tunc Principis culpæ aſci-
ſcendum eſt. Nam reſpondetur,
hanc rationem neutiquam eſſe
bonam, ut dixit Zacchia, ſiqui-
dem ſequeretur, quod unus pec-
caret,& alter puniretur,quod lex
maximopere abhorret, juxta
Text.in *cap. Non debet aliquis,&*
cap.Seq.de Reg.jur.in 6.& in *l.Non*
debet alteri,& l. Factum ſuum. ff.
Eodem tit.l.Si unus §. Ante omnia.
ff.de Pact.l.Coheredibus.ff. Famil.
berciſc. Caſtren. in *conſil.* 336. *in*
*princip.vol.*1.Clar. in *Praxi crimi-*
*nali. §.fin.quæſt.*86.*in princip.*Surd.
*deciſ.*102. *in princip.* Quarta qui-
137 dèm,ac ultima ratio, ſcilicet,
quod Miniſter debet excuſari,
quando non potuit ſtipendii te-
nuitatem cogitare:nec prævidere
ſuperveniendum fore caſum,
propter quem conſtitutum ſala-
rium, minus congruum conſti-
tutum eſſet evaſurum. Quippe
hæc ratio juxta Zacchiam dict.
*quæſt.*9.*num.*11.Nequaquam con-
cludit. Nam non ex eo, quod
Miniſter ſalarii tenuitatem cogi-
tare non potuit, debet ei licitum
eſſe, propriâ authoritate de ſala-
rio ultra ſummam, pro qua ab
initio officium exercere ſe exhi-
buit; ſed potius tunc debebit pro
illo ſalario ſervire; vel deferere
138 officium; quoniam melius eſt
damnum pati; quàm aliquid in-
debitè extorquere juxta *cap. Duo*
*mala diſtinct.*13.*cap.Nervi.& cap.*
Si aliquid 22.*quæſt.*4.Divus Tho-
mas *part.*2.*quæſt.*19. *artic.*6. *ad* 3.
Sanchez *lib.*2.*de Matrim. diſputat.*
39.*num.*12.*verſic. Ad quartum.*Mo-
lina *de Juſtit.& jur.diſput.* 335. 139
num. 10. Covarruvias *de Sponſa-*
*lib.p.*2.*cap.*7.§.2.*n.*9.Rodriguez.in
*Summ.tom.*2.*cap.*51. *nu.*6.Suarez.
tom 4.*de Pœnit.diſput.*4.*ſect.*10.*n.*4.

Denique non oppugnat ſex- 140
tum,ac ultimum fulcimentũ,ubi
diximus,poſſe Miniſtros haben-
tes tenue ſtipendium, accipere
in compenſationem à ſubditis,ac
litigantibus eſculenta, & pocu-
lenta, & alia dona, ac munera
æquivalẽtia ſalario; ut benè quo-
que tetigit Maradei *ſuper Prag-*
*mat.tit.de Munerib.offic.ſing.*239.*et*
240. Hîc enim antequã ad hoc
fundamẽtũ ſatis eamus; tamquã
certum aſſerẽdum eſt Judices à
litigantibus,nec dona,nec mu- 141
nera recipere poſſe,cum tantâ vi
polleant, ut non hominum, ve-
rum & Deorum corda flectere
Gentiles ſenſerint, ut paſſim
Ethnici tradunt.Quò reſpiciens
ajebat Plato *lib.*3 *de Republic.*

Cum Divis flectunt venerandos
munera Reges.

Et Ovidius *lib.*3.*de Art. amand.*

Munera crede mihi placant ho-
mineſque, Deoſque.

Quapropter priſci Romani 142
plures adversùs Magiſtratus,Ju-
diceſque munera recipientes,le-
ges tulerunt: priuſquam Julius
Cæſar legem Juliam ediderit. Si-
quidèm ante erat lex duodecim
Tabularum, de qua agit Aulus
Gellius *lib.*20. *Noct. Attic. cap.*1.
Qua dona accipientes plectebã-
tur;licèt donantibus ad dona- 143
tum recipiẽdum actionem neu-
tiquam daret. Hoc viguit quo-
uſ-

Digitized by Google

uſque LuciusCalphurnius anno ſexcenteſimo quarto ab Urbe condita hac de re legem tulit, teſte Ciceron. *lib. 5. in Verrem. &*
144 *in Brut.* Poſtea Cæcilius Tribunus alteram promulgavit juxta Valerium Maximum *lib. 6. cap.* 11. Et Marcus Attilius, Cajus Servilius, Cajus Gracchus, Marcus Livius, Cornelius Sylla, Pompejus, ac Quinctus Vatinius, & Cajus Memmius Conſules Tribuni, ac Dictatores alias ſanciverunt; donec Lex Julia, quæ poſtrema fuit, aſsurrexit. Et etiam per legem Cinciam plura adversùs hunc corrumpendi juſtitiam, teterrimum, uſuque frequentem morem, ſtatuta fuerè mandata. Unde ad Miniſtro-
145 rum cupidinem compeſcendam, Antoninus Pius Imperator, priuſquam Magiſtratum iniret, bonorum inventarium facere eis præcepit, ut functo officio augmen patrimonii inde noſceretur, teſte Bobadilla *lib. 2. Politic. cap.* 11. *n. 5. in fine.* Quod hodie hoc in Regno ſervatur: aſt magna quidèm differentia eſt in Miniſtrorum bonis, quum munus aſſumunt: ac tempore obitus (ſalvis rectis, qui non obſtante hujus cadentis ſeculi peſſimo tempore profectò reperiuntur.) Siquidèm dignitates ad cumulandas divitias, haud ad publici utilitatem tantùm videntur appetere. Nam plures pauperes ad munera evectos inſpeximus, ac vitâ functos locupletiſſimos vidimus, quod indignum eſt, ac ſummoperè miniſteriū dedeceat. Quò alludit Vulcat. Gallican. in Avid. Caſſ. ibi: *An ego Proconſules, an ego Præſides putem, qui hoc ſibi Provincias datas credūt, ut luxurietur? ut divites fiant, aut iſti Præfecto prætorii noſtri ante triduum, quàm fieret mendicum, & pauperem, ſed ſubitò divitem factum. Unde quæſo, niſi de viſceribus Reipublicæ, Provincialiumque fortunæ.* Et in *cap. Placuit* 12. *quæſt.* 3. 146
Eccleſiaſtici, qui primùm nihil habentes tempore adminiſtrationis acquirentes, invaſionis crimine tenentur. Et è conversò valdè laudandi, qui non auro, ſed Reipublicæ utilitati intenti ſunt. Idcircò Cajus Grac- 148
cus rediens ex Sardinia, functo officio ſe meritò gloriabatur, qui locuples munus ſuſcepit, & ipſum pauper reliquit, teſte Aulo Gellio *lib.* 15. *Noct. Attic. cap.* 12. dicendo ad Quirites: *Itaque* 148
cum Roma profectus ſum, Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex Provincia inanes retuli. Hic vini amphoras, quas vini plenas tulerunt, eas argento plenas domum reportaverunt.

Nil deteſtabiliùs unquam 149
eſſe poteſt, quàm in Miniſtris, omnibuſque qui præſunt, pecuniæ ſtudium, ut meditatur Kokier. *lib. 3. Theſaur. aphoriſm. cap.* 19. Quippe Miniſtri, qui juſtitiæ Sacerdotes, legumque cu- 150
ſtodes ſunt, quomodò rectè juſtitiam facere poterunt: dum pecuniæ, ac avaritiæ operam navant? quod fœdium eſſe apparet, quia ejus pudor, ac reverentia aliàs debita non exhibetur, ut exprobrat Juvenal. *Satyr.* 14.

. . . . *Sed quæ re-* 151
verentia legum?

Quis

Quis metus, aut pudor eſt unquam properantis
Avari?

152 Ideoque rectè Valer. Maxim. *lib.4.cap.3.* Duobus maximè collabi Rempublicam dixit, venere, ac cupiditate eorum, qui præſunt. Abſurdum enim eſt Mini-
153 ſtros, qui legum debent eſſe cuſtodes, ut eas intemeratè aſpernari audeant. Nam hi cæteris omnibus ſunt pœnâ digni, ut habetur in *l.1.C. de Conductorib. lib.* 11. Quapropter Imperatores Valentinianus, & Valēs Judicis avaritiâ potitos vivos concremādos, juſſere in *l. Unic. C. Ubi cauſæ fiſcal.* ibi: *Publicè cōcrëmetur.* Cele-
154 bris eſt vulgata animadverſio Cambyſis Aſſyriorum Regis, qui teſte Herodoto in Therſicon. *lib.5.* Et Valerio Maximo *lib. 6.cap.4.* Siſami avari Judicis ex corpore pellem detractam, ſellæ intendi in eaque Otanem filium ejus judicaturum conſidere juſſit. Cæterum Rex barbarus pœnâ atroci in Judices, nè quis poſtea corrūpi Judex poſſet, providit Rubil. *de Juſt. & injuſtit. lib.3. cap.3.* Hos verſus referens.

Sede ſedens iſta Judex, inflexibilis iſta.
Sit tibi lucerna lux lex, pelliſque paterna.

155 Hiſque rapacibus Judicibus ultimi ſupplicii pœnam minitatur Conſtantius in *lib.1. tit. 6. C. Theodoſ.* Excandeſcens in eos hoc modo. *Ceſſent jam tunc rapaces officialium manus, ceſſent inquā; nam ſi moniti non ceſſaverint, gla-*
156 *diis præcidentur.* Non deſunt, qui id quod optimè furtum dici poterat, arbitrii honeſtiori voce baptizent: tamquam ſi furtum ſpeciem mutaret, mutata phraſi,
Ut dixit celeberrimus Poëta 157
Don Petrus Calderon de la Barea Equeſtris Ordinis Divi Jacobi inſignitus trabeâ, vir excelſi ingenii, Theatrorum Princeps, Muſarum decor, & gloria, Comædiarum inimitabilis author, is enim cæteros, licet celebres, antecellit Poëtas, & quamvis Noſtrates erudito, ac lepido calamo comædias ſcriptitarent; poſtquam hoc miraculum poeſis ſuas exhibere incæpit, omnium animis ad eas converſis, reliquas deſeruerunt; ita ut ei aſciſcendū ſit, quod Menandro comico adſcribit Aulus Gellius. *lib.2. Noct. Attic. cap. 23.* ibi: *Sed enim poſtquam in manus Menander venit, à principio ſtatim (Dii boni) quantū ſtupere, ac frigere, quantumque mutare à Menandro Cæcilius viſus eſt!* Adeò Hiſpaniâ eminuit Poëſi, ut audeam fateri alios, quod ipſe venuſtè ſcripſit, non ſolum imitari: verum nec enarrare potuiſſe, ut utar verbis ejuſdem Gellii ubi ſupra. *quod quæ Menander præclarè & appoſitè, & facetè ſcripſit, ea Cæcilius nequaquam potuit, & quidem conatus, enarrare.* Illius ſplendoris Parnaſii fama, Phænicis immortalitatem æmulabitur; & peremnibus encomiis, licet tanti viri merito imparibus, afficietur. Ad propoſitum noſtrum reſpexit, dum modulatur hocce modo de Magni Alexandri militibus loquens *tom. 7. Comædiar. in comed. 8. tit. Darlo todo, y no dar nada. Jornada 1. fol. mihi 347. col. 2.*

Califican lo que es hurto

Con nombre de que eſpillaxe;
Como ſi mudara eſpecie
La ruindad por mudar fraſe.

Et in fine ejuſdem Comœdiæ.

Quien vive oy, que haziẽdo robos
No diga, que ſon arbitrios?

158 Turpiſſimum ſanè, ac nefan-
dum eſt pro juſtitiæ adminiſtra-
tione pecuniam ſumere, ut affa-
tur Cicer. *lib. 4. in Verrem. Maxi-
mè nefarium, & omnium turpiſſi-
mum videri ob rem judicandam, pe-
cuniam accipere.* Quomodo au-
159 tem hi avari Miniſtri fures
plectere poſſunt: dum ipſi ava-
ritiæ, ac cupiditatis habenas
nequaquam compeſcunt? quo-
160 niam aut ait Juſtinianus in
Conſtitut. 8. Abſurdum quidem
fuerit ſi in levibus furtis depre-
henſos judices ipſi coërceant; tor-
mentiſque ſubiiciant, nec prius
veniam dent; quam res ablatas
reſtituerint: ipſi verò maximo-
rum furtorum rei abſque cauſæ
dictione noxa ſolvantur, neque
exempli eos pudeat, quod ſub-
jectis in hoc exhibent. Hi porro
161 fures publici magis pernicio-
ſiores ſunt Reipublicæ, quàm
privati: nam iſti, ſummis cum
vitæ periculis furantur, ac cæte-
ra perpretantur facinora; ad quæ-
rendum victum magno juſtitiæ
timore degunt. Illi verò impune
furantur, quia eis nuſquam infli-
gitur pœna. De his quidem Mi-
niſtris furibus (honeſtius voca-
bulum hoc peſſimum hominum
162 genus nequaquam meretur)
debet intelligi illa celebris Mar-
ci Catonis ſententia, quam af-
fert Avulus Gellius *lib. 11. Noct.
attic. cap. 18. in fin.* his verbis. *Fures
163 privatorum furtorum, in nervo at-
que in compedibus ætatem agunt: fu-
res publici in auro atque in purpura.*

Et porró hujuſmodi dome- 164
ſtici, ac impunes fures, longè ſeve-
rioribus pœnis plecti deberent,
quoniam hi Miniſtri, qui accep-
to ſtipendio malè agunt indigni
ſunt venia, uti apparet ex Euri-
pid. in *Bellerophont.* ibi: *Ingenita
quidem eſt malitia cunctis morta-
lium, is verò maximè qui accepta
mercede malus fuerit, venia quidem
indignus erit.* Curent ergo Mini-
ſtri, ac cæteri qui Reipublicæ præ-
ſunt, & juſtitiæ adminiſtrationi- 165
præpoſiti ſunt, pecuniæ cupidi-
nem fugere; quia ille eſt affe-
ctus viliſſimus, & qui lucri cupi-
dus ſe mancipavit auro æquita- 166
tem religionem, & nomen ſuum
abjicere neutiquam ambigit, ut
refert Larrea *Allegat. fiſcal.* 104.
num. 8. in fine. Quippe ubi avaritia
regnat, juſtitiæ veſtigium, nec 167
eſſe poteſt teſte Divo Leone
Papa in *Sermon. 9. de Paſſion. Do-
min.* Et ſummopere confert illud
Exod. *cap.* 18. ibi: *Provide autem
de omni plebe viros ſapientes, & ti-
mentes Deum, in quibus ſit veritas,
& qui oderint avaritiam.* Hinc pa-
tet reſponſum ad ſextum funda-
mentum exculenta, & poculen-
ta à litigantibus recipere, quod
licet apud varios hæſitetur Au-
thores, ut videre eſt apud Me-
nochium *lib. 2. de Arbitr. judic.
cent. 6. caſu.* 517. *num.* 13. Voſſ. *tit. de
Offic. corrup.* Decian. *tract. Crimin.
lib. 8. cap.* 40. Matienz. *Dialog. rela-
tor. part. 3. cap.* 24. Morla. *Empor.
jur. part. 1. tit. 2. queſt.* 10. Narbona.
ad Leg. Reg. lib. 1. tit. 1. part. 1. l. 31. *gloſ.*
6. Berart. *Specul. viſitat. cap.* 25. *nu.*
91. Fillucium. *tom. 2. tract.* 31. *cap.*
9. *num.*

9.*num.*213.Dian.*part.*3.*tract.*5.*Miſcell.reſolut.*45. Xamar. *de Offic. Judic.part.*1.*quæſt.* 20. Tamen tutior ſententia eſt Miniſtros exculen-
168 ta, & poculenta non poſſe capeſſere à litigantibus, ut expreſsè docet Bobadill.*lib.*2. *Politic. cap.*20.*num.*65. Nec officit Tex-
169 tus expreſſus de jure Canonico in *cap.Statutum.§.Inſuper.de Reſcript.in 6.* Qui ſecundùm interpretationem Fragoſii *lib.*4.*de Regimin. Chriſtian. Reipublic. part.*2. *diſput.*9.§.5.*num.*86. Debet intelligi de Judicibus delegatis, vel de ordinariis non habentibus taxatum ſalarium. Nec etiã ob parvitatem materiæ eis licitum eſſe debet, quoniam de jure noſtro civili quoque interdicitur à Juſtiniano accipere mune-
170 ra majora, vel minora, ut *Authentic.de Mandat.Princip.§.Oportet, collat* 3. ibi: *Oportet igitur te purè ſumentem adminiſtrationem, & ſine omni ſuffragio præ omnibus aliis mundas ſervare Deo, nobiſque, & legi manus, & nullum contingere lucrum, neque majus, neque minus, neque captioſum quiddam cõtra ſubiectos facere negotiatione, ſed contentum eſſe ſolis à Fiſco tibi miniſtratis.* Nec ſatisfacit ex adverſo perpendere, homines ob res parvi momenti corrumpendos non eſſe, quoniam ut dixit Salomon *Proverb.cap.*22.*Victoriam, & honorem acquirit, qui dat munera.* Huc ſuſpicor reſpexiſſe Div.Iſidor.*lib.*3.*de Summo bon.cap.*58.*relat.in cap.Pauper* 72.*cauſ.*11.*qu.*3. Ubi dicitur, quod pauper dum non habet quod offerat, non ſolùm audiri contemnitur: ſed etiã contra veritatem opprimitur. Et

cum Judex juſtitiam gratis 171
omnibus miniſtrare teneatur: eam ob pecuniam, vel alia dona facere non debet *cap. Qui rectè* 11.*quæſt.*3. Siquidèm injuſtiſſimum eſt juſtitiâ mercedem quęrere ſecundùm Ciceron. *lib.*1. *de Legib.* Et Judici non licet ven- 172
dere juſtum judiciũ, prout licet Advocato patrocinium, & Juriſconſulto conſilium vendere, ut ait Div.Auguſtin. *ad Macedonian.epiſtol.*54.

Quæ Miniſtri dona poſſint 173
recipere, ſub certa regula definiri nequit, nec à quibus perſonis, cum hac de re valdè confusè Doctores ſe habeant, ut benè Xamar inferius citandus, de quo plura ſcripta ſunt, ac omnia longum eſſet attexere: At præ cæteris inſpiciendi Fragoſ. *lib.*4. *de Regimin.Chriſtian.Reipublic.diſputat.*9.§.3.*num.*30.*part.*1. Molina *de Juſtit.& jur.tom.*1.*tractat* 2.*diſputat.*86. Xamar. *de Offic. Judic. part.*1.*quæſt.*20. Menoch *lib.*2. *de Arbitr.judic. cent.*6. *caſu* 517. Bobadill. *lib.*2.*Politic. cap.*11. Sylva *de Salar. quæſt.*73. & omnibus prolixius Velaſc.*Judic.perfect. rubric.*9.*annotat.*1. *uſque ad annotat.*
13. Quod verum Mihi videtur, 174
eſt, Miniſtris tutius eſſe non re- 175
cipere dona, ac ſe abſtinere ab eſculentis, & poculentis ob inconveniens conſideratum à Bobadilla *lib.*2.*Politic. cap.*12. *nu.*15. Quoniam ut adnotat Gratianus *cap.*56 *num.*48. ex Rebuffo in *l. Munus tribus modis* 18. *col.*3. *in princip.verſic. Item mineralis. ff.de Verbor. ſignific.* Interdùm inter eſculenta juſtitia comeditur, & inter oſſa edulium injuſtitia ip-

ſa quieſcit, & quoque meminit Sabellius *Summ.diverſ.tractat.§. Judex.num.22.verſic.Plura.* Quia ut habetur Eccleſiaſtic. *cap.*20. *verſic.*31. *Xenia,& dona excæcant oculos Judicum.*Et in ſacris Lite-
176 ris vitam æternam, ac cæleſtē habitationem pollicetur Propheta Iſaia *cap.*33.*verſicul.*15.Judicibus, qui ſe ab omnibus muneribus abſtinent,ibi: *Qui ambulat in juſtitia, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, Iſte in excelſis habitabit.*

177 Extende noſtram principalem concluſionem, ſcilicet ut Miniſtri habentes ſalarium taxatum, licèt tenue; non poſſint nihil amplius in compenſationē accipere; ut quoque procedat in
178 Miniſtris, quibus ſtipendium, quod olim taxatum erat, hodie integrum non ſolvatur, ut accidit Judicibus Magnæ Curiæ Vi-
179 cariæ hujus Regni Neapolitani, quibus aſſignatum erat ſalarium quinquaginta ducatorum quolibet menſe: & nunc ferè dimidium nec eis ſolvitur.Quocirca quamvis verè reliqui ſalarii medietas debeatur; tamen authoritate propria non poſſunt aliquid amplius in compenſa-
180 tionem accipere. Nec ex bonis Regis; nec ſubditorum, quoniam quamvis creditum quod erga Fiſcum habent ad ſalarii ſupplementum ſit certum, & liquidum: attamen hoc ſufficiens non eſt ad faciendam occultam compenſationem. Siquidem quoties adeſt copia Judicis, tunc nemini licitum eſt ſe propriâ,ac privatâ authoritate compenſare. Quippe ad hoc ut hæc compenſatio à Judicibus Magnæ Curiæ poſſet fieri: non deberet eſſe copia Judicis. Aſt quoties 181
adeſt Judicis copia,ſibi debitum, judicialitèr petere debent. Nec eis ſuffragatur aſſerere, tale munus ab initio habere à Rege taxatum ſalarium ſexcentorum ducatorum annuatim: nam tempore, quo ipſi munus aſſumpſerunt ſciebant, nec medietatem ſalarii ſolvi: igitur quæreri neque- 182
unt. Quia Rex poteſt dicere, *pacto convenisti mecum*, &c. Denique ſi illo tenui ſtipendio contenti non ſunt,officium deſerant, quia plurimos Rex mediocriter divites inveniet, qui eo ſalario, 183
tali miniſterio libenter deſerviant, quamquam eis non aſſignetur ſufficiens ad competentem ſuſtentationem, ut de publicis Miniſtris genericè aſſeverant Molina.*de Juſtit.& jur to.*1. *diſputat.*83. *num.* 18. Zamoranus *de Compenſat. diſputat.* 5. *cap.* 14 *num.*7.*ad finem.*

Hæc enim pro repellenda 184
occultâ compenſatione, adverſùs hujuſmodi Miniſtros breviter adnotavimus: Aſt nunc eorum favore haud omittendum eſt oſtendere, nec Principi, nec Reipublicę expedire minuere ſalaria Judicum in adminiſtranda juſtitia ſubditis laborantium, quod perperam factum eſt ab iis qui effectus, ex quibus integra ſalaria Judicibus ſolvebantur, in alios uſus minus neceſſarios converterunt. Quamobrem Larrea *deciſ.*85.*num.* 12. Principes hor- 185
tatur, ut curent, nè ſalariis conſtitutis aliquid Judicibus de-

tra-

trahatur. Et ideo Principes nulla ratione admittere debẽt, ut ſalaria diminuantur; quia tunc Magiſtratus decenter geri non
186 poteſt. Nec Princeps tunc abſque erubeſcentia Miniſtros quibus integrum non ſolvit ſalarium objurgare poteſt, quamvis in aliquo deficiant, ut eruditè oſtendit Ruginellus *de Senatorib.* §. 1, *gloſ.* 3 *cap.* 12. Subjungens, quod licet magna ærarii indigentia fuerit, quod Miniſtris exhibetur, cum ipſi Principi datum videatur, quoniam illius nomine Reipublicæ adminiſtrationem ſuſti-
187 nent: & ſicuti Regi, quæ ad illius attinent alimoniam deficere nequeunt; quamvis ſubditi tributis, ac vectigalibus graventur: Eodem verò modo idem aſſeverandum in Magiſtratibus, in quibus ipſiſſima urget ratio; ut cujuſcumque neceſſitatis prætextu ſalariis Magiſtratuũ neutiquam
188 detrahatur. Quapropter nimioperè execratur Nicephorus Phocam Conſtantinopolitanum Imperatorẽ, ut ex Zonara, refert Pineda *lib.* 19. *Monarc. Eccleſiaſt. cap.* 10. §. 2. Qui eo prætextu, quod ærarium exhauſtum erat, duplicavit tributa, ac Miniſtris quaſdam ſportulas, quæ ab aliis Imperatoribus dabantur, ademit.
189 Quocirca detrahere ſtipendium officiali iniquum eſt, ac Principum avaritiæ aſciſcitur, ut dixit Menoch. *lib.* 2. *de Arbitrar. cent.* 6 *caſu*. 517. Idcirco cum olim conquererentur Milites domeſtici, equites, ac pedites excubiæ, quod ab Arcario, ſeu Theſaurario Præfectorum non integros; ſed imminutos acciperent, curans,

ut emendarentur Theodoricus Gothorum Rex hoc modo 190
reſpondit teſte ejus à ſecretis intimo Caſſiodoro *lib.* 1. *Variar. epiſtol.* 10. his verbis: *Providete itaque, ut quod benemeritis impendimus, incorrupto munere conſequantur, & à quibus fidelis actus exigitur compenſatio imminuta præſtetur.* & plura ad propoſitum afferunt Solorzanus. *Derech. de las plaças bonorar. in fine num.* 489. Tholoſan. *lib.* 27. *cap.* 3. Imminutio ſalarii vitan- 191
da eſt, quia munus!, quum Miniſter egeſtate, ac integritate laborat, debita miniſterio majeſtate, ac integritate, geri non poteſt abſque ſalario, quoniam quando ſalarium conſtitutum non eſt congruum, idem eſt, ac ſi nullum ſalarium daretur, cum quaſi ſal vitæ neceſſarium dicatur, ut interpretatur Turnebus *lib.* 18. *Adverſar. cap.* 20. Et ideo nihil ex 192
ſalario neceſſario detrahendum eſſe; ſed ſufficiens elargiendum hortatur Larrea *deciſ.* 85. *num.* 14. Et ante eum pulchrè id ſuadet 193
Scribanius *lib.* 1. *de Inſtitut. politic. Chriſtian. cap.* 27. ibi: *Imitetur in hac re Alexandrum Severum, Princeps, quum narrant ampla ſtipendia omnibus, quos in Concilium adlegiſſet, numeraſſe, vetuiſſeque ne dona acceperent, &c.* Interim Judices Magnæ Curiæ, quamvis 194
ad eos aliqua Regis debitoris res perveniat, nullo modo faciant occultam compenſationem in ejus bonis: & ſi eo ſalario ſe ſuſtentare nequeunt, officium deſerant, quod tutius eſt, quàm aliquid ſibi indebitum ſumere, & eo tenui contenti ſint ſtipendio, ac præ oculis ſemper habeant 196

Digitized by Google

illud Evangeliſtæ Lucæ *cap.3.* præcipientis: *Neminem concutiatis: nec calumniam faciatis; ſed eſtote contenti ſtipendiis veſtris.*

196 Amplia ſecundò noſtram principalem concluſionem, ut procedat in Militibus recipientibus competens ſtipendium eis pollicitum: ſive ſint ſubditi, ſive non, qui dum bellum eſt juſtum, nihil amplius in compenſationẽ à Principe petere poſſunt ratione damnorum, quæ patiuntur in bello. Siquidèm cum pepigerint cum Principe liberè ſervire cum illo ſtipendio, ſpontè ad illa patienda damna ſe obtulerunt, quę eis poterant in bello evenire. Si verò ſunt ſubditi, & coacti bellum adierint, Princeps eis ſatiſfacit ſolvens ſtipendia ſolita, ac

197 conſueta; nec ad dicta damna tenetur, quia jus, quod obligat eis ad obediendum Principi ſuo, eos quoque tunc obligat ad patienda incommoda, ac infortunia belli, ut atteſtatur Rodriguez *Summ. part.* 1. *cap.* 127. *nu.* 2. *concluſ.* 2. Quando ſubditi pergũt

198 ad bellum ſpontè non compulſi, nec rogati, nec ſtipendiati, ſed ſolùm ad ſpolia, honoremque belli reſpiciẽtes, habentes intentionem ſerviendi Principi; tunc hic Princeps non debet eis de juſtitia aliquam compenſationẽ; ſed de gratia, & gratitudine, prout refert idem Rodriguez in *Summ. dict. cap.* 127. *tit. de Bell. nu.* 3. *concluſ.* 3.

199 Hinc eſt, quod Duces, nec alii Milites non poſſunt præſentare plures Milites, quàm habent in ſervitio, ad hoc ut retineant illorum ſtipendia in compenſationem ſtipendii eis debiti, vulgò *ſueldo vencido.* Quippe Duces tempore quo officium obeũt haudquaquam ignorant integrum ſtipendium non ſolvi: 200 ideòque quaſi pacto convenerũt cum Rege, ſervire pro illo ſolito ſtipendio, quod adſolet ſolvi. Igitur eo debent eſſe contenti: nec poſſunt uſurpare ſtipendia militum, quos haud in ſervitio non habent. Unde ſi faciant, 201 mortaliter peccant, & quod perperam ſic acceperunt, in conſcientia ſub pœna peccati tenentur reſtituere, teſte eodem Rodriguez *Summ. part.* 1. *cap.* 127. *num.* 1. *concluſ.* 1. Et ſi hujuſmodi Duces contenti non ſunt, mi- 202 litiæ Præfecturam relinquant; quoniam plurimi veterani erunt illum appetentes honorem cum illo tenui ſtipendio. Pro cujus corroboratione facit omne id, quod ſupra attulimns ad repellendam compenſationem favore Miniſtrorum habentium parvum ſalarium.

Hoc enim nequaquam pro- 203 cedit in ſimplicibus militibus. Nam illi poterunt facere occultam compenſationem pro ſtipendio eis debito, vulgò *Sueldo vencido*, ſi ad eorum manus aliqua res Regis, non verò ſubditorum perveniat: dummodò non accipiant in compenſationem pluſquam eis Rex debet ratione *del ſueldo vencido.* Siquidèm quoad exceſſum, furtum com- 204 mitterent, ut ex generali, ac ex quarta licitæ compenſationis cõditione firmavi ex Sayro, Azorio, Bonacina, Guzman, Diana, Sylveſtro, & Navarro in *qu.* 1. *num.*

num.37. lib.1. tom.3. Et ratio diſparitatis, ſeu differentiæ, quare Officialibus nè liceat facere occultam compēſationem prætextu, quod eis Rex debeat ſtipendium dictum *ſueldo vencido*. Et Militibus ordinariis eam compenſationem facere licitum ſit?

205 Eſt, quoniam Duces, cæterique Officiales militares, ſi illo ſtipendio, quod habent, contenti non ſunt, deſerant eorum officia, quia non deerunt, qui ea ſummis inſtantiis poſtulent, ut in generali dixerunt Molina *de Juſtit. & jur. tom.1 tractat.2. diſput.83. num.18.* Zamoran. *de Compenſat. diſput.5. cap.14.* Cum illi minimè coacti, nec inviti talibus fungantur muneribus; ſed benè voluntariè. Quod non pro-

206 cedit in Militibus ordinariis, qui ferè inviti, ac coacti detinentur, ut ad oculum patet. Et certum mihi videtur eos libentèr omne eis ſtipendium debitum relicturos, ſi miſſio à militia daretur illis, cum indefeſſi belli truces labores à nemine appetendi, nec concupiendi ſint. Maximè hodie, dum minimè exhibetur præmium militibus poſt tot, tātoſque ſubactos labores, & exēplò Duces illos inſpicimus, qui quicquid ſit bellū, prorſus ignorant, ſpretis omnibus militaris artis expertis, in graviſſimam Monarchiæ perniciem, ac dedecorem. Ideòque evenit, ut omnia nobis adverſa experiamur, cujus detrimenti rationem reddent Regi Regum, qui præmiant indignos, omiſſis dignis.

207 Aſt cum ipſis talis venia denegetur, iniquum quoque eſſet hanc compenſationem abnegare, quæ raró forſan attinget; quæ ſi contingat opportunitas, hujuſmodi milites, prætextu *del* 208 *ſueldo vencido*, poſſunt de bonis Regis, abſque aliorum ſcandalo, ac præjudicio, facere occultam compenſationem uſque ad integram quantitatem, quàm illis Princeps debebit. Non verò 209 plus, quia ut affatus ſum, quoad exceſſum, furtum committerēt.

SUMMARIUM

1 *Laborare cum ſpe præmii jucundum eſt.*

2 *Præmium mitigat aſperitatem laboris.*

3 *Labor ſi ſperat condignū præmiū, dulcis eſt.* Et extollitur laudibus D. Franciſcus Quevedus.

4 *Præmium humana ſollicitudo quærit.*

5 *Præmium meta eſt omnium laborum: omneſque mortales laborantes ad condignam tendunt mercedem.*

6 *Labor, cum mercede quandam adfinitarem nominis habere videtur.*

7 *Præmium laborantibus dari Reipublicæ utile eſt.*

8 *Præmium ſi pro non incerto haberet de laboribus homo, quis tot, tantoſque labores variis modis, ageret?*

9 *Terra quidem non coleretur, ni fructus pro mercede redderet colonis.*

10 Carmina Manilii adducuntur.

11 *Merces ſi denegaretur Fabris, hercule nemo laboraret.*

12 *Præmium ni daret Virtus, ipſa*

&

& ſperneretur in Orbe.
13 Juvenalis locus refertur.
14 *Præmiis, & ſuppliciis demptis, quidem nec Reſpublica, nec domus ſuſtineri poſſet*, ſecundùm Ciceronem.
15 *Romana Reſpublica multas invenit præmiorum ſpecies.*
16 *Merces adhuc jure Divino convenit laborantibus.*
17 *Laborantes non tantum gloriam appetunt, verum etiam commodum.*
18 *Præmium, & honos ſunt alimentum laboris.*
19 *Laborantes ſine præmio, torquet decus initum*, juxta Senecam.
20 *Præmium, & gloria compellunt homines ad laborandum.*
21 *Præmia ſi tollantur, deficit, frigeſcitque mortalium induſtria.*
22 Ciceronis locus notabilis.
23 *Laboribus, rebuſque geſtis præmium dari Reipublicæ convenit.*
24 *Spes credula tantum hominum vitam nutrit.*
25 Laudatur Tholoſanus.
26 *Spes condigni meriti alit literarum cultores.*
27 *Compenſatio eſt debiti, & crediti inter ſe contributio.*
28 *Compenſatio ad hoc ut in utraque parte recipiatur compenſantium; debent eſſe ad invicem rei debendi, & ſolvendi.*
29 *Reſpublica non poteſt, neque debet gubernari à minoribus vigintiquinque annis.*
30 *Judex debet eſſe major viginti annis, quò poſſit cuique ſuum jus reddere.*
31 *Juſtitiæ munera conſtitutione Regis Ferdinandi Catholici, minoribus viginti ſex annorum denegabantur.*
32 *Princeps an teneatur meritorum compenſationem facere?*
33 *Princeps cuinam ex duobus, uno ſcilicet minori annis, ſed doctiori; altero verò ſeniori meritorum compenſationem facere teneatur?*
34 *Juvenes Reipublicæ pernicioſiores ſunt in moderatione.*
35 Ciceronis verba referuntur.
36 *Juvenes adminiſtrantes offecerunt Romæ*, ſecundùm Ciceronem.
37 Verba Divi Auguſtini *attolluntur.*
38 *Leges Lycurgi Principibus Lacedemonibus octo, & viginti ſenes ad conſulendum præponebant.*
39 *Senatus à quibus legibus dictus, ſcilicet à Lycurgi, an à Romuli?*
40 *Senatus à Romulo hortum habuit*, ſecundùm Titum Livium.
41 *Reſpublica optimè regi non poteſt cum ejus habenas Juventus habeat.*
42 *Reſpublica debet regi à ſenioribus, cum iſti ultrà ſcientiam, experimentum longi temporis habeant.*
43 *Lex erat inter Calcidenſes, nè quis annos natus infrà quinquaginta magiſtratum gereret.*
44 *Intellectus maximè viget circa quinquageſimum annum*; ſecundùm Ariſtotilem.
45 *Juvenibus conſilium interdixit, & valdè optimè Romulus.*
46 *Senatus à ſenectute dictus.*
47 *Legislatores veteres neoterici, Rempublicam regendam ſenibus dederunt.*
48 *Juvenes ne caperent Magiſtratum, Lege Pompeja cautum erat*, ut refert Plinius.
49 *Senium conſiliis, exemplis, experimen-*

mentiſque regitur Orbis.

50 *Juvenum ab aliquibus rebus geſtis regula ſumi, non benè eſt.*

51 *Sapientiam puerorum olim non ſolum parvipendebant Veteres; veram etiam odio habebant.*

52 *Juvenem bonum Judicem eſſe in perdifficili habetur.*

53 *Senes, atque maturi ætate magis ſapere cenſentur.*

54 *Seniores Viri quare in adminiſtratione præferendi?*

55 *Senes quare deiiciebant in Tyberim Romani? Sed hoc fabuloſum oſtendit* Varro.

56 Verba Varronis *traduntur.*

57 *Senes ſexagenarii otio reddebantur.*

58 *Milites majores quinquageſimo anno, Senatores verò ſexageſimo lex non cogit.*

59 *Senes ſexagenarii nullo munere onerabantur.*

60 Verba Macrobii citantur.

61 *Senes ſexagenarios multæ Nationes olim necabant.*

62 *Senes ſexagenarios quare Romani ejiciebant?*

63 Thales *Milenus, quare gratias Diis referebat.*

64 *Compenſatio ſolutio eſt.*

65 *Vir an in literis, an in armis benemeritus nullo potitur jure ad compenſationẽ de Principe petendam.*

66 *Principibus imperium; ſubditis obedientiam Dii dederunt.*

67 *Compenſatio quare aliquando à Principe fieri interdicta.*

68 Ovidii locus memoratur.

69 *Paupertas tolerabilis, ſi ignominia ei abſit.*

70 *Princeps an teneatur præſtare compenſationem pauperibus, & ſi de Republica litteraria ſint benemeriti?*

71 *Pauperes probibentur magiſtratus munus ſubire.*

72 *Divites in magiſtratu tradendo pauperibus præferri debent.*

73 *Pauperes quare probibebantur magiſtratum adire?*

74 *Divites ad magiſtratum Chartaginenſes eligebant.*

75 *Juſtitiæ venditionis ſæpeſæpius egeſtas cauſa finalis eſt. Unde quod nunquam facerent homines, fieri facit.*

76 Proverb. cap. 30. Verba adducuntur.

77 *Paupertas nullum decus præſtat dignitati.*

78 Proverbium ex Eccleſiaſtic. cap. 9.

79 *Magiſtratus cùm egenus ſit procul dubio magis ad procurandum victum, quàm ad publica negotia incumbit.*

80 *Principem teneri ad compenſationem, non obſtantibus dictis aſſeritur.*

81 *Principem teneri ad compenſationem vindicat* D. Hieronymus Altamiranus, qui laudatur.

82 *Princeps non compenſans merita Literatorum, lædit juſtitiam diſtributivam.*

83. *Compenſatio iniquæ diſtributionis fieri non poteſt.*

84 *Juſtitia commutativa, cum non obſervetur ligat, vel ſolvit.*

85 *Obligatio antidotalis ligat Principem ad compenſandum.*

86 Philippus II. ob meritorum compenſationem in Hiſpania factam laudatur.

87 *Præmia an poſſint vi juris expeti?*

88 *Principi glorioſum eſt compenſare merita.*

89 *Princeps quo modo ſe gerere debeat in eligendis Senatoribus*, traduntur

Digitized by Google

tur verba Sineſii.

90 *Sentores potius juſti, & pauperes, quàm divites, & indocti: nam ſi ex iſtis erunt, haud cuique ſuum jus reddere ſcient.*

92 *Magiſtratum ementes, equidèm prætio, non jure jus dabunt.*

93 *Sapientiæ æternitas, non autem munerum pondus amplectendum.*

94 *Compenſatio præſupponit obligationem.*

95 *Princeps tenetur de jure naturali benemerito compenſare.*

96 Extollitur Marchio Don Lælius Boſcolus.

97 Verba Favorini Philoſophi recitantur.

98 *Laudari à laudato viro ſummum eſt.*

99 *Princeps compenſando benemeritos non gratis agit, ſed à jure ſe ſolvit; & ſi nulla actio ſit contra eum.*

100 *Jure exigi poſſunt, quæ ex æquitate, & decentia oriuntur.*

101 Verba Divi Thomæ referuntur.

102 *Principi, Reipublicæve obnoxiũ eſt compenſationem non fieri.*

103 *Princeps compenſans benemeritos, non donare videtur, ſed ſolvere obligationem.*

104 *Princeps laborantium merita nõ compenſans, injuſtitiam facit.*

105 *Compenſatio ſpreta à Principe, duplex malum gignere ſolet.*

106 *Princeps non compenſando nequaquam ſe ob ignorantiam excuſare poteſt.*

107 *Curioſi Principum, ſeu Imperatorum juſſu erant in Provinciis, qui referebant bonum, vel malum.*

108 *Principi olim merita quocumque modo geſta memorabantur, quo benemeriti compenſarentur dignitatibus, & è contra.*

109 *Major ann. 25. jure vetuſtiori ad Rempublicam gubernandam requirebatur.*

110 *Juvenes poſſunt eſſe Senatores, atque cum ſapientia prædìti.*

111 *Sapientia compenſandus eſt defectus ætatis in juvenibus ad Magiſtratum eligendis.*

112 *Principi ingenia ſublimia juvenum in Reipublicæ munera exercere, fas eſt.*

113 *Juvenibus, qui tanto ſtudio, tantiſque vigiliis ad ſapientiam pervenerunt; dignitates denegari, iniquum eſt.*

114 Pindari locus adnotatur.

115 *Juvenum in Senatu admitti, cujus fama ſenile decus meretur, conſonum valdè eſt.*

116 Caſſiodori verba memorabilia.

117 *Juvenibus quare Senatus vetebatur?*

118 *Juvenes, cùm à Principe non compenſantur, & doctiores ſint ſenibus, læduntur ob injuſtitiam.*

119 Valerii Maximi locus.

120 *Sententia lata à minore viginti quinque, ac à majore decem & octo annis, tenet.*

121 *Conſulum officium conſilium eſt.*

122 *Juvenes, ſi ſunt in ſapientia excellentes, non debent à Senatu repelli.*

123 *Juvenes plures in florenti ætate rem legalem mirificè peregerunt.*

124 *Princeps tenetur compenſare juvenes doctos, licèt minores viginti annorum.*

125 *Juvenes prædìti doctrina abſque ulla diſtinctione ad Magiſtratum regendum olim admittebantur ſimul cum ſenibus, apud Romanos.*

Ju-

126 *Juvenis excellens in ſcientia præferri debet ſenioribus.*
127 *Stipendium non pro titulo, atque pro meritis aſſignandum eſt.*
128 *Magiſtratus geri licèt difficillimum ſit: tamen hominum fidentia multa, non ſe impotentem exiſtimat.*
129 *Princeps an teneatur compenſare merita Literatorum?*
130 Socratis optimum reſponſum.
131 *Compenſatio ſpreta gignit, ut Reſpublica non gubernetur ab excellentibus in ſcientia, ſed ab indoctis.*
132 *Compenſatione meritorum vigente, floruit in gubernatione Reſpublica Romana.*
133 *Juſtitiæ recto ordine à Principibus pravis dejecto, Majeſtas Romana periit.*
134 *Principes ſunt cauſa perniciei Reipublicæ, quia ad moderandam Rempublicam illiteratos admittunt.*
135 *Princeps an teneatur compenſare pauperes Magiſtratus?*
136 *Principes, ſi ob paupertatem nō compenſent benemeritos, an injuſtitiam faciant?*
137 *Pauperes hodie non repelluntur à Senatu ob rationem avaritiæ, quia ſalarium conſtitutum habent.*
138 *Pauperes nonſolùm, verùm etiā divites uruntur fame auri.*
139 Virgilii locus vulgatus.
140 *Pecunia creſcente, creſcit ejus amor.*
141 *Divites ſunt magis avari, quàm pauperes.*
142 *Vitia omnia tempore ſeneſcunt præter avaritiam,* ſecundùm D. Auguſtinum.
143 *Avaritia ſemper, & ubique, & in omnes dominatur.*
144 Ovidii carmina recenſentur.
145 *Pauperes à Magiſtratu arcendi ob avaritiam, ineptum quidem eſſet.*
146 *Princeps tenetur pauperum benemerentium compenſare merita.*
147 *Reipublicæ adminiſtratio ob avaritiam æquè periclitatur, tam ſcilicet in pauperibus, quàm in divitibus.*
148 *Honor an pecunia comparetur?*
149 *Pecunia dat omnia.*
150 *Juſtitia adhuc noſtris temporibus ab avaritia fugatur.*
151 *Divites quandò honore afficiuntur, Virtus, & vires deſpiciūtur.*
152 *Aurum, neque argentum eſt honorandum,* ſecundùm Pherecydem.
153 *Honores comparans pratio, dignus non eſt eis.*
154 *Reipublicæ munera quum diſtribuuntur, non cenſus, nec vis, nec quævis alia corporea res: ſed animus, ejuſque ſapientia attendi debet.*
155 Martialis lepida carmina referuntur.
156 *Reipublicæ ſtatus quidèm evertitur, cùm illiterati præeunt ſapientibus.*
157 *Invidia inter pares, & impares eſt,* ſecundùm Ciceronem.
158 *Virtute ambire oportet præmia, non favitoribus,* ſecundùm Plautum.
159 *Dignitates merito acquiſitæ honorant acquiſitorem; prætio autem emptæ dedecorant illum.*
160 Bobadillæ verba extolluntur.
161 *Dignitas, ſeu Toga pecunia parta, quia venalis fit, contemnitur.*
162 *Dignitas, quæ venditur, vilis eſt,* ſecundùm Bobadillam, cujus

verba afferuntur.

163 *Emptio, & venditio de jure Gentium proficiſcitur.*

164 *Prætium habentia vilia ſunt*, juxta Quintilianum.

165 Senecæ locus adducitur.

166 *Juſtitiam ementes, neceſſariò vendunt eam.*

167 Alexandri Severi Imperatoris verba.

168 *Dignitates ementes, potius ſibi dedecus emunt.*

169 *Juſtitiæ, Reipublicæque adminiſtratio periclitatur, cùm Judices, Magiſtratuſve non æſtimantur.*

170 Senecæ celeberrimus locus.

171 *Ementes Togam, licèt afficiãtur honoribus; tamen non ipſi, ſed res empta, ſcilicet Toga honoratur.*

172 Dignitas *non meritis obtenta dedecus, non decus affert.*

173 Verba Boëtii referuntur.

174 *Forma ſola diſtinguit illiteratos à beſtiis.*

175 *Honorem alienum uſurpare, turpiſſimum eſt.*

176 Apulei verba.

177 Verba Appulei referuntur.

178 *Munera an elargienda filiis, cõtemplatione parentum?*

179 *Filiis ratione parentum amiſſorũ an à Republica aliquod emolumentum dandum ſit?*

180 *Filii, qui in bello operam dabãt, à publico alendi, erudiendive ſunt*, ſecũdùm Solonem; & cõmemorantur verba Diogenis Laertii.

181 *Filii mortuorũ causâ Reipublicæ apud Romanos præmia habebant.*

182 *Filiis mortuis ob Rempublicam, parentes præmia obtinebant apud Athenienſes.*

183 Onaſandri error detegitur.

184 *Præmia propriæ virtuti, an paternæ tribuenda: dum ingenium homines facit eximios?*

185 Plutarchi reſponſum.

186 *Muneribus in diſtribuendis mẽs ejus, qui dat reſpicienda: non autem donatarii.*

187 *Militaris res ibi extinguitur, ubi non merito, non virtute, ſed favore merita extolluntur.*

188 *Militẽ ignavũ, licèt ſtrenui Ducis filiũ, ad paternos honores, ad exercitus regendos dari, cauſâ ſui patris, nefas eſt.*

189 *Dotes animi ad filios non tranſeunt.*

190 Juvenalis verſus.

191 *Filiis jure noſtro Hiſpano, qua ratione munera interdicũtur cauſâ parentum?*

192 *Princeps illiteratos intuitu majorum, vel cauſa pecuniæ, vel quovis alio modo ad dignitates abſque propriis meritis tollendo, quid agat?*

193 *Magiſtratum gerere non poſſunt homines indocti, cum nec ſemetipſos, nec alios cognoſcant.*

194 Platonis verba referuntur.

195 *Principes, ſi ad juſtitiam adminiſtrandam non viros digniores eligant, proculdubio peccant.*

196 *Princeps eligendo Judices dignos, prætermiſſis dignioribus, etſi in foro fori validè eligat, in foro tamen poli peccat.*

197 *Inhabilis ille, qui cum talis ſit, ad aliquod munus habilem ſe eſſe oſtendit, peccat.*

198 *Rempublicã ſapientioribus poſtpoſitis, ſi liceret per minus idoneos gubernari, equidem eſſet præferenda ejus utilitas.*

199 Apulei verba.

200 Do-

200 *Doctrina excellentes adhuc poteſtate excellere debent.*

201 *Rex cum propter Regnum inſtitutus ſit, & non è contra, ideò debet uti ſupremus* Princeps, *bonũ, & ſalutare tribuere, aliter peccat.*

202 *Princeps cum totis viribus ad eligendos digniores juſtitiæ adminiſtratores nitatur, quamvis eos non habeat, peccare non videtur, cũ ſatisfecit ſuæ obligationi; ſi verò è contra, certè peccabit.*

203 *Princeps eligens* Judices *non dignos, exiſtimando eos digniores eſſe, non peccat. Aſt ſi poſtea eos tamen cognovit, & non deponat illos abſque magno incommodo, herculè peccare videtur.*

204 *Princeps quomodo ſe in diſtributione munerum, ubi magis, & minus obſervandum eſt, ſe gerere debet.*

205 *Reſpublica terreſtris æquiparatur cæleſti in diſtributione munerum, ubi magis, & minus obſervandum eſt.*

206 Soti verba referuntur.

207 *Senatoribus in eligendis adhuc ſervari debet gradatio,* ſecundùm Plinium.

208 Bobadillæ verba aurea, ac menti tenenda, referuntur.

209 *Digniſſimus in electione non eſt omittendus, etſi dignus eligatur.*

210 *Princeps eligendo indoctos ob aliquam cauſam, ſecluſis literatis, peccat: cùm non agat id, quod ex officio agere debet.*

211 *Principem debitam remunerationem non præſtare meritiſſimis, & digniſſimis, fœdiſſimum auditu eſt.*

212 *Conſiliarii Principum peccant, ſi odio, pecunia, vel quavis alia cauſa præponunt* Principi *indoctos, relictis peritis, ad dignitates.*

213 *Principes tenentur eruditos præmiare; & nihil tam laudabile eſt* Principibus, *quàm doctos homines ad dignitates extollere.*

214 Verba Plinii in Panegyrico referuntur.

215 *Democritus oculos ſibi erui fecit.*

216 Carmina Claudiani afferũtur.

217 Laudatur ſummis encomiis celeberrimus Don Franciſcus Ramos del Manzano Hiſpanus.

218 *Princeps ſi ignaris munera conferat, doctis ea præripere injuſtè videtur.*

219 *Reſpublica valdè offenditur, cùm viri idonei non admittuntur ad ejus gubernationem.*

220 *Præmia virtutis apud Romanos emi pecunia non licebat,* teſte Valerio Maximo.

221 Martialis Epigrãma traditur.

222 *Magiſtratus ignorantia, maxima eſt Reipublicæ pernicies.*

223 *Dignitas data illiteratis, dicitur merum Principis donum. Quod non viget in Literatis.*

224 Caſſiodori locus adducitur.

225 Verba Boetii referuntur.

226 *Dignitates obtinere excellentius eſt ex merito, quàm ex munere.*

227 *Dignitas, ad hoc ut exiſtimetur, debita reverentia, doctis tradi debet; nam data illiteratis equidem viteſcit.*

228 *Dignitas expoſtulata à duobus virtute, ac ſcientia æqualibus, quorum unus ſit dives, alter pauper, hic præferendus eſt: & ſic pauperi danda.*

229 *Rempublicam melius tuetur mediocritas, quàm opulentia.*

230 *Dignitas expoſtulata à duobus, quo-*

quorum unus in lucem libros edidit, alter non: cui danda eſt?
231 *Scriptores omnibus viis doctis præferendi; nam eorum ſemen ſcientiæ in perpetuum clareſcit, ad utilitatem publicam.*
232 Verba Azevedi referuntur.
233 Salluſtius Scriptores laudat.
234 *Debitores ſcribentibus ſumus.*
235 *Lex eſt domina, animaveUrbis.*
236 *Sapientia eorum, qui eam ad poſteros non mandant, an ſapientia dici poſſit, dubitatur?*
237 Verba Senecæ referuntur.
238 *Scientia Scriptorum æterna dicitur, & quare?*
239 *Scriptores digni ſunt laude, cum floridos ſapientiæ fructus, veritatiſque viam cunctis patentem faciant.*
240 *Gloria duplici ex cauſa Authoribus venit.*
241 *Gloria quænam ſit Scriptorum, & quænam eorum, qui ad poſteritatem non ſcripſerunt?*
242 *Scientia eorum, qui non ſcripſerunt, & ipſimet uno fato decedunt.*
243 *Verbo quod funditur, difficilius germinat.*
244 Ariſtotelis locus.
245 *Scriptores, tamquam faces præcedentes, cæteros homines manu ducunt.*
246 Verba Divi Hieronymi.
247 Carmina Horatii.
248 *Scriptorum ſemen perpetuò papyris manet, quod cum diffundatur, germinat.*
249 Referuntur verba Lucæ de Penna.
250 Ovidii elegantiſſima, pulchraque elegia refertur, ubi deſcribitur Scriptorum immortalitas, ac laus.
251 *Sapientiæ longa vetuſtas nil officit*, ſecundùm Senecam.
252 Carmina Martialis.
253 *Princeps debet præferre Scriptorem ex duobus æqualiter benemeritis, & quare?*
254 *Scriptor ſcientiæ legalis debet præponi cuilibet alio Scriptori; & ſi æquales reſpectu aliarum circumſtantiarum ſint.*
255 Verba Juſtiniani noſtri in l.Benè à Zenone 3. in fin. C. de Quadrien. præſcript. referuntur.
256 *Apes imitatus eſt Author in hoc lucubrando opere.*
257 *Proteſtatio Authoris.*
258 *Deprecatio Authoris ad veniã.*
259 *Juvenibus errores parcẽdi ſunt;* Et laudatur P.Filamundus.
260 Theſaurorum Tractatum *Author promittit.*
261 Aquitanici verba recitantur.
262 Ovidii mirabilis, ac valde notandus locus pro Operis concluſione, ac abſolutione.

ARGUMENTUM.

Utrùm Princeps teneatur compẽſare Meritum cum præmio? Quid ſi concurrant duo Benemeriti, quorum unus libros compoſuit, alter verò nõ: quis eorum in hac Compenſatione præferatur? Improba-

batur corruptela vendendi, emēdique Magiſtratus. Immortalitas, utilitas, ac gloria Scriptorū oſtenditur.

QUÆSTIO XXV.

1 BOni Principis ſtudium, recompenſationem rectò cōferre propoſito, & bonæ indolis viros ad inſtituta meliora fructu impenſæ benignitatis accēdere, æqùum eſſe fuit faſſus Theodoricus Rex, Senatui Urbis Romæ ſcribens, teſte Caſſiodoro *lib.* 2. *Variar. cap.* 16. Nutriunt enim præmiorum exempla virtutes: nec quiſquam eſt, qui non ad morum ſummā nitatur aſcendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur. Athletam Populis palma deſignat eſſe victorem. Sudores bellicos Civica corona teſtatur. Expectant etiam equi præmia ſua, & tanta juſtitiæ vis eſt, ut nec illis tardiùs detur laboris præmium, qui ſentire non poterant denegatum, ut idem Caſſiodorus dixit dicto *lib.* 2. *cap.* 28. Hinc eſt, ut lubeat laborem amplexari, ſi ipſum ſectetur præmium, quo leniatur aſperitas. Si-
2 quidèm quàm ſuave, gratumque ſit ſpe mercedis, ac præmii ſubire labores, ſatis apertè profectò oſtēdit Heliodorus *lib.* 6. Quia ut præcinuit Ovidius *lib.* 6. *Faſtor.*

Dulcis erat mercede labor.

Laboris lenitur aſperitas, quum labor, præmiũque æquâ trutinâ penſitantur, ut affatur Minutius:

Cum labor, & præmium æquali
lance cohærent,
Tunc labor eſt dulcis.

Quò reſpiciens celeberrimus Hiſpanus noſter Don Frācīſcus Quevedus Eques Ordinis Divi Jacobi, Vir perpete commendatione dignus, laborare certitudine condigni præmii, fortunatum eſſe fuit ratus, dulciſſimâ ejus bucinâ hoc modo lepidè canens in *Euterp. muſ.* 7. hiſce verbis. 3

Dichoſo aquel, que trabaxa
Con infalible certeza
De que quanto mas ſe canſa,
Mas à èl deſcanſo ſe acerca.

Siquidèm quicquid humana ſollicitudo perquirit, ac quærit, tanquam ſcopum collimat in mercedem. Hæc unica laborantibus nobis meta proponitur, ad hanc per ęquoris vortices, ſummis periculis navigamus, & ad hanc per cædes, ac funera in præliis nanciſcendam angimur. 4
Nec aliò tendunt hominum labores, & quæ in pace, ac bello moliuntur, quod naturali rationi conſonum, juſtitiæ conſentaneum, ac congruum cernitur, cum quilibet labor condignum præmium peroptet *cap. Abundanti* 7. *quæſt.* 1. *cap. Charitatem* 2. *q.* 2. 5
Et eam in ipſa communi appellatione habet cum mercede labor affinitatem, & eorum nomina interdum promiſcuè uſurpētur, cum & labores meos mihi diffiteri paſſim dicatur, qui meorum mihi laborum abnuit impartiri mercedem; tanquam ſi conſequens ſit, laboranti elargiri mercedem. Pulcherrima terra- 6

7 rarũ Orbis collaberetur Reſpublica: niſi ejus in mercede nixarentur fulcimina. Ex opificiorum varietate ſæpiſſimè ſuæ ipſa felicitatis fundamina fluunt, & in laboribus ſingulorum in diverſa tendentibus acquieſcunt. Hic impendit operam agrorum culturæ, ille mænibus ſtruendis operam navat, ſalutem hic inconſtantiæ ventorum exponit, alius anxiè terreſtre,ac ſalebroſum peragrat iter. Quis enim ad
8 hæc ſubeunda incommoda accingeretur mortalis: niſi propoſita illum merces alliceret,atque invitaret ad præmium? Nulli equidem coloni tellurem ararent; niſi locupletem meſſem æſtas polliceretur agricolæ.
9 Vites infrondes ſterileſcerent, & nullo amputatæ ferro, vini ſpem omnem eluderent:niſi vindemiam uberem autumnus ſpõderet, & nobis laboris fructus alliciat,cujus ſpe pericula omnia ſuſcipere neutiquam renuimus: Quod perpendes hoc modo modulatur Manilius *lib.1.Aſtronom.*

10 *Sed cum longa dies acuit mortalia corda,*
Et labor ingenium, miſeris dedit,& ſua quemque
Advigilare ſibi juſſit Fortuna præmendo;
Seducta in varias certarunt pectora curas:
Et quæcumque ſagax tentando reperit uſus,
In commune bonum commentum læta dedere.
Tunc & lingua ſuas accepit barbara leges:
Et fera diverſis exercita frugibus arva:
Et vagus in cæcum penetravit navita pontum;
Fecit & ignotis itiner commercia terris.

Serperet denique inter mortales omnes conſuetudo Scytharum peragrandi ſylvas,& luſtra: niſi ad moliendas ædes pecuniæ merces ſolicitaret Fabros. Virtus eadem, quam ſui ipſius pretium Poëta commendat, & quæ latè nitens ſecura fortunæ,nec alitur alieno pretio, nec plauſu vulgi clareſcere avet. Ipſa, ut rurſus repetam, virtus, cujus deſiderium humanis altius pectoribus inſervit natura, reperet paſſim contempta, niſi ad ejus amplexum,præmii, ac mercedis cupido urgeret; quoniam,ſemoto laboris fructu, quis virtutem amplecti conabitur? ut ſciſcitatur Juvenalis *Satyr.* 10. 11 12

Quis enim virtutem amplectitur ipſam, 13
Præmia ſi tollas?

Quocirca Cicero pro Rabir. nec Rempublicam, nec domum ſuſtineri poſſe fatetur, ſi in ea, nec 14 rectè factis præmia extent, nec facinori ſupplicia pendantur. Ideoque Democritum gemino profectò Numini in rerum univerſi moderaminis, præmio, & ſupplicio locum feciſſe narrat Plinius *lib.2.cap.7.* Hinc eſt, ut apud Priſcos Romanos tot, tantaque præmiorum genera profiluiſſe legamus, nempe coronas 15 Obſidionales, Civicas, Ovales, Caſtrenſes, Campales, & Murales. Collatam in Papyriũ Prætextam; traditam ſedendi cum purpura facultatem Catoni. Omitto tacitus alia ejuſdem rationis

nis innumera, quæ cum noſtri temporis Rempublicam æmulentur, eorum recordatione neutiquam indigemus. Et unigenitum Dei Filiũ, quem ad nos erudiendos caligantis ignorantiæ nocte ſuffuſos miſeratio traxit in terras, noſtræque exuviis morta-
16 litatis veſtivit, pluries mercedem laborantibus impẽdendam præſtituiſſe, dignumque eſſe operarium mercede ſua affirmaſſe apparet ex Divo Luca *cap.* 10. ibi: *Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua*. Et repetit Divus Paulus *lib.* 1. *ad Corinth. cap.* 3. ibi: *Unuſquiſque autem propriam mercedem accipiet ſecundùm laborem ſuum.*

17 Quocircà Cyrus in oratione ad ducentos à ſe electos affatus fuit, quod nemo ſtrenuus in bellis unquam concupivit ſolius laudis gratiâ; ſed & commodi quoque ſui causâ. Quare ſtrenui ſunt & honore, & præmiis afficiendi, teſte Lamberto Danæo in *Sylva aphoriſm. polit. ex lib.* 1.
18 *Xenoph.* Cum honor, præmiumque, virtutis, laboriſque uberrimum alimentum cenſeatur à Valerio Maximo *lib.* 2. *cap.* 4. Quadecauſa eximiâ præfulcitus ratione Seneca *lib.* 1. *de Tranquillit.* ajebat: *Et ubi ſine*
19 *præmio labor eſt, torquet illos irritum decus*. Quoniam canente Claudiano de *Laud. Sthilicon.*

Egregia invitant prẽmia mores.

20 Siquidem ad præclarè agẽdum, nihil magis, quàm honoris, gloriæque cupiditas impellit: ſin autem præmia tolluntur, in Civibus langueſcit induſtria, labor-
21 ve, oppetit animorum vis, ac prurigo, quam etiam in iis, qui obſcuris ſunt parentibus orti, propoſita merces adſolet excitare Ariſtot. *lib.* 2. *Polit. cap.* 3. Ægyd. *de Regimin. Princip. lib.* 3. *part.* 1. *cap.*
13. *in fin.* Et legibus virtuti præ- 22
mia pollicita indicat Cicer. *lib.* 3. *de Natur. Deor.* ibi: *Lege præmia poſita ſunt virtutibus, quod Rempublicam ſervare ſummopere decet.*
Quippe in benè morigeratâ Re- 23
publicâ, rebus præclarè geſtis laus, & prẽmium tribuendũ eſt, teſte Lamberto Danæo in *Sylva aphoriſm. politic. ex Platone Menexen.* Virtus aſſequendi præmiũ, ſpe tantùm ſuffulta ex ipſis alimenta capeſſit.

Cum illa quidem multoties 24
incaſſum mercede ſolùm nitatur. Credula ſpes alit vitam, credens cras melius futurum eſſe: fovetque aratores, & committit cultis agris ſemen, quod terra largâ cum uſurâ reſtituat, ut cecinit Tibull. *lib.* 2. *Elegia* 7.

Spes fovet, & melius cras fore ſemper ait.
Spes alit agricolas, ſpes ſulcis credit aratris
Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

Quapropter optimè præmium, 25
quod ob rectè quid factum largitur, à præda nuncupatum ex Marco Terentio Varrone *lib.* 4. *de Lingu. latin.* Tradidit Gregorius Tholoſanus, Vir quidèm omnigenâ eruditione præclarus, *Syntagmat. juris univerſ. lib.* 27. *cap.* 2. *num.* 2.

Hac enim ſpe nanciſcendi 26
condignum præmium, innixi literarum cultores, labore perpete anguntur, quem an Princeps remu-

muneratione compēſare debeat, hacce in theſi avidè ſciſcitatur? Cui namque rogitationi negativè reſponſum iri videtur; nimirum Principem benemeritos, eorumque labores, ac vigilias, præmio nuſquam compenſare teneri. Hoc ſanè placitum fovet Juriſconſultus Modeſtinus in *l. 1.ff.de Compenſat.* Quò debiti, &
27 crediti contributionem, compēſationem eſſe definit, ſcilicet ut ad hoc ut compēſatio recipiatur
28 ex utraque parte compenſare cupientium ad invicem debet eſſe debitum, & creditum, ut quoque exhauritur ex Text. in *§.In bonæ fidei. & §.Compenſationes. Inſtitut.de Act.* Sed Princeps erga benemeritos nullâ actione tenetur ad eorum labores compenſandum præmio. Ergo compenſatio non datur.
29 Secunda hujus opinamenti ratio depromitur ex Text. in *l. Ad Rempublicam* 8.*ff.de Munerib. & honorib.* Ubi Ulpianus minores vigintiquinque annis à Reipublicæ moderamine arcendos eſſe docet, per hæc verba: *Ad Rēpublicam adminiſtrandam ante vigeſimum quintum annum, vel ad munera, quæ non patrimonii ſunt, vel ad honores, admitti minores non oportet. Minores denique, nec Decuriones creantur, nec creati ſuffragium in Curia ferunt.* Huic legi ſummoperè opitulatur de jure noſtro Hiſpano *l.5. tit.4. par-*
30 *tid.3.* Ubi Judex major viginti annis debet eſſe, ut evincitur ex illis verbis: *Mayor de veynte años debe ſer aquel, aquien otorgaren poderio de juzgar los pleytos.* Idem ferè *in lib.2.tit.3.Ordinament.*Præſtitutum reperitur. Et in *l.2. & 3. lib.3.tit.9. Recopilat.* Rex Ferdinandus Catholicus munera ju- 31
ſtitiæ adminiſtrationem habentia, minoribus viginti ſex annorum deneganda ſancivit. Ex his equidèm ſequitur, Principem hujuſmodi meritorum compenſationem facere nequaquā teneri. Quippe ſi teneretur obligatio 32
compenſandi eſſet perpetua, & abſolutè procederet; ſed ſi eveniret, ut juvenis minor vigintiquinque annis inveniatur, qui 33
ſummâ imbutus doctrinâ, ſenioribus in eruditione præcelleret; Princeps huic ratione compenſationis meriti, munera juxta ſapiētiam elargiri nequiret, quia per jus tam commune, quàm municipale id interdicitur Principi. Ergo meritò compenſationem illam facere non tenetur. Quod per jura juvenes à Senatu arceantur juſtè cautum videtur, cum ſatis pernicioſum Reipubli- 34
cæ ſit, juvenes ejus præponere moderamini, ut evincitur ex Cicerone in *Manil.* ibi: *Quid tam* 35
præter conſuetudinem, quam homini adoleſcenti, cujus à Senatore gradu ætas longè abeſſet, Imperium, atque exercitum dari? Et fatentur Rodriguez in *tom.3.Quæſt.Regul.* 34.*art.*2. Azeved.in *l.6.tit.3. num.* 10.*in fin.lib.3. Recopilat.* Conrrad. in *Templ.Judic.lib.*1.*cap.*2.*num.*13. Corſet.*de Poteſt.Reg.part.*5. *quæſt.* 86. Narbona *de Ætat. Anno. vigeſimo quæſt.*3.*num.*18. Rebuff. *de Pacific.poſſeſſ.limit.*4. Ramirez de Prado in *Notis ad Aphoriſm. Cokier.lib.*3. *cap.*5. Quod equidèm noſcimus ex internicionibus, 36
quas Roma experta fuit, juvenibus

nibus imperantibus, ut refert Cicer.in Caton. Major. dicens: *Maximas Reſpublicas per adoleſcentes labefactas eſſe, & Romanam Rempublicam tria evertiſſe, ſcilicet amorem privati commodi, occultum odium, & juvenile conſiliũ.* Temeritas eſt florẽtis ætatis, prudẽtia ſenectutis. Ut hæc carmina oſtẽdũt, quæ ad propoſitũ afferũt Chaſſan.*Cathal.glor.mũd. p.10.cõſiderat.29.* & Simon.*Abuſ. legal.de Sene obſtinat.abuſ.4.n.11.*

Roma vetus, veteres cum te rexere Quirites
Non bonus immunis, nec malus ullus erat
Defunctis patribus: ſucceſſit prava juventus,
Conſilio cujus: præcipitata ruis.

37 Et docet Divus Auguſtinus *ad Fratres in Herem.ſermon.*14.ibi: *Regnum Romanorum tandiu perſeveravit, quamdiu ſapientes regere permiſerunt; ſed dum juvenes inexpertes elegerunt, tanquam juſtitiam ignorantes, acceptores perſonarum facti ſunt, & juſtitiam perdentes, dominium Orbis terrarũ amiſerũt.*

38 Quapropter lege Lycurgi Lacædemonibus Principibus octo & viginti ſenes præponebantur, ut ipſos conſulerent, prout refert Plutarchus in *Lycurg.* Quod poſtea Senatus appellitatus fuit, ut auguratur Ramirez de Prado ubi ſupra, & Eruditiſſimus Petra
39 in *Rit.*288.*n* 90. Aſt liceat mihi aſſerere nõ à legibus Lycurgi, ſed Romuli nuncupatũ fuiſſe Senatum, dum centum ex ſenioribus elegit, quorum Conſilio omnia ageret, quos Senatores nominavit propter ſenectutem, ut expreſsè tradit Eutropius *lib.1.Hiſtor.Roman.cap.1.* Id ipſum placitum comprobatur ex Vellejo Patercul.*lib.1.Hiſtor.Roman.cap.1.* Quó obloquens de Romulo ait: *Hic centum homines electos, appellatoſque patres, inſtar habuit conſilii publici*. Quoniam corona dignitatis ſenectus eſt, ut habetur Proverb. *cap.16.* Ideoque perpe- 40
ram Ramirez Senatus etymon à Lycurgi temporibus repetit, cum præter hujus fallacitatis monumenta, à Romulo ortum ſplendeſcat ex Tito Livio *lib.1. Hiſtor.cap.9.* ibi: *Centum creat Senatores.* & ibi Douſatius in *Not. num.11.& 12.* Nec optimè regi poteſt Reſpublica, cujus regimi- 41
nis habenas juventuti exhibentur, cum prudentiâ, experientiâque careat, quia ab ultimis annis obvenire dixit Ovidius

.... *Seris venit uſus ab annis.*

Et tradidit Averroes *lib.3.tract.1.* ibi: *Reipublicæ gubernacula* 42
Senioribus deberi, qui præter quod ſcientias ſpeculativas adepti ſunt, obtinent præterea experimentum longo tempore acquiſitum. Et Heraclides in Politicis narrat, le- 43
gem eſſe quandam apud Chalcidenſes, nè quis annos natus infra quinquaginta, vel Magiſtratum gereret, vel legationem obiret. Quapropter Plato *lib.6.de Legib.* Senatorem quinquagenarium eſſe voluit, ibi: *Cuſtos legum non pluſquàm annos viginti hinc babeat Magiſtratum, nec pauciores natus quinquaginta eum gerat.* Siquidem, ut ait Ariſtotelis *lib.*
7.Politicor. cap.16. Mens, & in- 44
tellectus, pleriſque maximè viget circa quinquageſimum an-

num. Et in eamdem ivit ſenten-
tiam Philoſtratus *lib.5. de Vit.*
Aollonii cap.9. Ubi poſtquam di-
xit, Claudium quinquageſimo
ætatis anno imperium adeptum
fuiſſe, addidit: *Quo tempore in ho-*
minibus vigere maximè ſolet inge-
45 *nium*. Quod ſanè Romulus no-
vit; dum poſt Urbem condi-
tam, ſtatum Reipublicæ impo-
nens, conſilium nuſquam juve-
nibus præſtitit, ſed eos ad ſubita
bella ſervavit, ut atteſtatur An-
næus Flor. *lib.1. Epitom. cap 1.* ibi:
Auctis brevi viribus, hunc Rex ſa-
pientiſſimus ſtatum Reipublicæ im-
poſuit: juventus diviſa per tribus,
in equis, & armis ad ſubita bella
46 *excubaret*. Ac poſtea connectit,
cõſilium ſenibus exibuiſſe, quòd
ob ætatem à ſenectute, Sena-
tus fuit nuncupatus, ut ipſe-
met Florus addidit, ibi: *Conſi-*
lium Reipublicæ penes ſenes eſſet,
qui ex auctoritate Patres, ob ætatem
Senatus vocabantur. Unde ut Le-
47 giſlatores Veteres, Neoterici
æmularentur benè à Senibus
Rempublicam moderari ſunt ra-
ti; ſecus veró à juvenibus, ad-
versùs quos nè Magiſtratum ca-
peſſerent lata fuit lex Pompeja,
de qua loquens Plinius *lib.10. E-*
48 *piſtolar.* ait: *Cautum eſt enim, Do-*
mine, Pompeja lege, quæ Bithiniis
data eſt, ne quis capiat Magiſtra-
tum, neve ſit in Senatu minor an-
norum triginta. Quoniam experi-
49 mentis, exemplis, conſiliiſque,
ſenium univerſum Orbem ſer-
vari, ac regi neminem mentis
compotem diffitebitur. Licèt
plura in contrarium congerat
eruditus Ageta in *Apolog. adverſ.*
Senes. Nam præceptum Chilo-
nis Lacædemonii eſt: *Honoran-*
dam ſenectutem, prout refert Dio-
gen. Laërt. *de Vitis Philoſoph. lib.1.*
in Chilon. Lacædemon. Et latè
oſtendit Plinius *lib.8. epiſtol. 14.*
ad Ariſtonem. Quippe licèt ali- 50
qua juvenum afferat exempla:
attamen hinc regula abſolutè
neutiquam eſt deſumenda. Cum
hoc ordine naturæ turbato con-
tingat, cùm adoleſcentium
præcocem ſapientiam, ſignum
intempeſtivæ mortis eſſe auſpi-
catur eruditiſſimus Narbona, *de*
Ætate Anno vigeſimo. quæſt.1. Et
puerorum ſapientiam, non tan- 51
tùm parvi pendebant Priſci, ſed
quoque odio habebant ex Pro-
verbiis: *Odi pueros præcoci ſapien-*
tia, ut ſectatur Zacchia *Quæſt.*
Medic. legal.3. tit.1. num.27. Ac
juvenum conſilia perſæpè infeli-
cia fuiſſe affluenter oſtendit Be-
yerlinck. *Theatr. vit. human. ver-*
bo. Juventus. Quibus inſpectis op-
timè Plato *lib. 3. de Republic.*
Dixit non juvenem, ſed ſenem 52
judicem bonum eſſe oportere,
tamquam qui non propria in
animo ſuo ea ſenſerit; ſed alie-
na in aliis animis longo tem-
pore noverit, atque idcirco ejuſ-
modi ſit malum, diſcernit ſcien-
tia potius, quàm propriâ expe-
rientiâ judicat. Idem fere habe-
tur apud Caſſiodor. *lib. de Anim.* 53
ibi: *Ætate maturi melius ſapere*
judicantur, quia ſeneſcentibus mem-
bris, & corporalibus ſenſibus emo-
litis proxima parte in conſilium trã-
ſeunt, ubi dum mens amplius occu-
patur, robuſtior virtute adunationis
efficitur. Hoc ipſum quoque ſcri-
bit Averroes in *lib. Platon. de Re-*
public. tract.1. hiſce verbis: *Reipu-*
bli-

Digitized by Google

blicæ gubernacula ſenioribus debentur, qui præter quod ſcientias ſpeculativas adepti ſunt, obtinent præterea experimentum longo tempore acquiſitum. Aſt rationem, ob quam ſenes ad Magiſtratuum dignitates ſubſtinendas Juvenibus ſint aptiores, exponit aper-
54 tiùs Claudius *lib. 1. de Offic. judicis.* ibi: *Quamquam in deligendo Judice nullius rei æquè ſit habenda ratio, atque ſapientiæ, & integritatis; convenire tamen videtur, ut natu grandes ei muneri præficiantur; nam & ſenibus plus adeſſe ex uſu rerum prudentia ſolet, & affectus ſunt moderatores: tum etiam relucet quidam in ſenibus vultus obſervantiæ maturitatis, quod illi plurimum apud populum authoritates*
55 *conciliat*. Unde neſcio quâ freti ratione, antiqui Romani, ſenes ſexagenarios eximiâ ſævitiâ è Pōte in Tyberim dejiciebant, prout inutiles, ut ex Feſto Pompejo in *verbo Sexagenarius*. refert Ramirez de Prado in *Not. ad aphoriſm. Cokier. lib. 3. cap. 5.* Quorum immanitas ſummoperè eſt increpanda. Hoc etiam tetigit Ovidius *lib. 1. Faſtor.*

Pars putat, ut ferrent juvenes ſuffragia ſoli
Pontibus infirmos præcipitaſſe ſenes.

Sed hoc fabuloſum eſſe apertè oſtendit Varro. *lib. 2. Vit. Patr.* Quò ſexagenarios olim ab officiis publicis liberos, expeditoſque fuiſſe refert, & quia ad emittēda ſuffragia per anguſtū pontem incedebant, poſtea de ponte dejectos ſuſpicabantur ex his verbis noteſcit: *Ideo in proverbiū quidā putāt veniſſe, ſexagenarios de ponte dejici oportere, quod ſuffragium non ferant, quod per pontem ferebatur*. Quod etiam populare
dixit Nonius Marcellus *lib. 12.* 56
ibi: *Sexagenarios per pontē mittēdos malè dici Popularitas intellexit*. Sexagenarios nuſquam, prout inhabiles è ponte dejeciſſe Veteres, elicitur ex celeberrimo Ramos *ad LL. Juliam, & Papiam lib. 1. cap. 10. num. 4.* Sed quia ſexagenariis munerum vocatio præbebatur, ut noſcitur ex Seneca *lib. 1. controverſ. ultim.* quò ſcribit hæc verba: *Senator poſt ſexageſimum, & quietis annum in Curiam venire non cogitur, nec vetatur*. Quod
Romanas leges inſpexiſſe cre- 57
ditur ex iſtis verbis: *Majores annis ſexaginta otio redduntur; nam & prima vitæ tempora, & media patriæ, extrema nobis impertiri debemus*. Hoc ipſum eruitur ex Senec. *de Brevitat. vit. cap. ultim.* Ubi ſic inquit: *Lex à quinquageſimo anno militem non cogit, à ſexageſimo Senatorem non citat*.
His Scriptores Priſci aſsētiūtur, 58
qui ſexagenarios, depontanos, ſive quod in paræmiam abiit de pōte dejici oportere, atque Oſcorū lingua *Caſnares* appellitatos hariolātur; eò quia cū ad quinquageſimū illū ætatis annū perveniſſent, tum demum ab omnibus publicis negotiis liberi, atque otioſi nullo munere fungerentur; nec in comitiis ſuffra-
gium ferrent, quorum ad ſepta 59
per pontes erat ingreſſus, ut ex Varron. *lib. 2. de Vit. Popul. Roman.* Fatentur, atque inſequūtur Nonius *verbo Sexagenarius*. Dionyſius *lib. 1. Antiquitat. Roman.* Feſtus *verbo Depontani*. & *verbo* Se-

Sexagenarii. Cicer. in *Orat. pro*
Sext.Roſc. Ovidius *lib.5. Faſtor.*
Hûc alluſit Prudentius *lib. 3.*
contra Symmachum.

Præcipitet Scythica juvenis pietate victum
Votivo de ponte Patrem: ſic mos fuit olim.

Quod apertiùs exponit Macro-
bius *lib.1.Saturnal.cap.5.*inquiẽs:
60 *His ne tam doctis viris, quorum*
M.Cicero, & Varro imitatores ſe
gloriantur, adimere vis in verbo-
rum comitiis jus ſuffragãdi; & tan-
quam ſexagenarios majores de pon-
te dejicies? Quem locum emen-
dans eruditiſſimus Ramos.*lib.1.*
cap.10.num.4. in fin. pro *ſexagena-*
rios, *ſexagenariis* legendum arbi-
61 tratur. Aſt quidèm noſco pluri-
mas etiam Nationes ſexagena-
rios prout inutiles necaſſe, ut vi-
dere eſt apud Eraſmum in *Adag.*
Sardon.riſus. Cælium Rhodig.
lib.28.Antiq.lect.cap.31.in fin. Po-
lidor. Virgil.*de Rer.inventor.lib.3.*
cap.10. Bonfin.*de Reb.Ungar.lib.*
1.Decad.1. Et plurium Regionũ
congerit exempla Beyerlinck.
Theatr.Vitæ human. lit.C.I.R. &
62 *S.* Sed quare quondàm apud
Romanos, ſexagenarios de ponte
in Tyberim dejici diceba-
tur? conſule eruditiſſimum Solor-
zanum *En el derecho de las pla-*
ças Honorarias num. 265. Hinc
forſan Romano obtemperantes
Imperio Barbaros à Græcis nun-
cupari ſuſpicor Saavedra *Coron.*
Gothic.præfat.num.1. Nam Thales
Mileſius, ajebat, trium maximè
rerum causâ gratias ſe fortunæ
63 agere. Primò quòd homo, non
bellua: deinde, quòd vir non
mulier: Tertiò quòd Græcus na-
tus eſſet, non Barbarus, ut tra di-
dit Diogenes Laert.*lib.1.de Vitis*
Philoſoph.in Thalet.Mileſio.

Tertia compenſationis perpel- 64
lendæ ratio eruitur; eò quia com-
penſatio ipſa nil aliud eſt, quàm
ſolutio, ut adnotant Cujac.*lib.90.*
*Salv.Julian.*in *l.2.ff.de Compenſat.*
Bachov. ad Treutler. *vol.1.diſput.*
25.theſ.7.liter.B. Faber *lib.12.Con-*
ject.cap.9.num.9. Donell.in *l. Ejus*
quantitatis. C. de Solut. Beſold.
Delibat. jur. ex lib. 16. Pandectar.
tit.2. verſ. Compenſationem in fine.
Cum ferè innumeris à Me ſum-
mo labore congeſtis in *quæſt. 4.*
num.11.lib.1.tom.1. At Princeps
nihil literarum cultoribus, aliiſ-
ve benemeritis debet, quod nul-
lâ indiget probatione, cum ad
oculum pateat. Ergo compenſa-
tio debet depelli. Minor proba-
tur, quia vir tam de literis, quàm 65
de armis optimè meritus nullâ
potitur actione ad ſui laboris
condignam à Principe flagitan-
dam compenſationem: Quod
compertum eſt, cum ille jus con-
ferendi munera independenter
habeat, & pro arbitrio, cui libe-
bit præſtare poteſt; nec dignior, ſi
indigno conferatur, Principis
mentem, quare indignum eve-
hat, indagare debet; quia non
eſt noſtrûm inquirere, quem præ
cæteris extollat, & quas ob cau-
ſas. Quippe Principibus ſupre- 66
mum rerum arbitrium Dii tri-
buêre; nobis parendi decus remã-
ſit, juxta Cornelium Tacitum
lib. 6. Annal. cap.8. ibi: *Non*
eſt noſtrum æſtimare, quem ſupra
cæteros, & quibus de cauſis extol-
las. Tibi ſummum rerum judicium
Dii dedere; nobis obſequii gloria re-
licta eſt. Igitur ſi non tenetur di-
gnio-

gnioribus præmium tribuere, ſequitur nec eorum labores, præmiis condignis compenſare.

67 Quarta denique ratio, quare hoc in caſu compenſatio reſpuatur, eſt; quod quoties meritorum cumulus meditatur in paupere, qui quamvis cæteris omnibus in eruditione anteeat, doctrinæ ſuæ, ac laboris compenſationem aſſequi nequit. Igitur Princeps ipſius vigilias compenſare præmio non poteſt; quoniam hujuſmodi compenſationem operari ei interdicitur. Conſequens hoc mihi probandum eſt; cum id à

68 vetuſtis ſeculis obtinuiſſe innoteſcat ex Ovid. *lib.3. Amor. Eleg.8.*

Curia pauperibus clauſa eſt; dat cenſus honores

Inde gravis Judicis, inde ſeverus Eques.

69 Nam paupertatē ignominioſam retur Senec. *de Conſolat. ad Albin.* dum dixit: *Paupertas tolerabilis eſt, ſi ignominia ei abſit.* Qua de cauſa paupertatem homines ridiculos facere ſcripſit Juvenal. *Satyr.3.*

Nihil habet infelix paupertas durius in ſe,

Quàm quod ridiculos homines facit.

70 Sed ut ſtrictius ad rei, ſeu difficultatis, conſequentiſve probationem pergam, Principem pauperibus, licèt de Republicâ literariâ optimè meritis, meritorum compenſationem perhibere nequire eluceſcit ex Textu in *l. Reſcripto 6. ff. de Munerib. & honorib.* Ubi Ulpianus ait, paupe-

71 res Magiſtratuum munus ſubire nequaquam poſſe per hęc verba: *Cæterum ſi ita quidam tenues, & exhauſti ſunt, ut non modo publicis honoribus pares non ſint, ſed etiam vix de ſuo victum ſuſtinere poſſint: et minus utile, & nequaquam honeſtū eſt talibus mandari Magiſtratum.* Et poſtea immediatè ſubdidit ad 72 Magiſtratus munera ſubeunda, divites pauperibus præferendos, ibi: *Præſertim cum ſint, qui convenienter rei, & ſuæ fortunæ, & ſplēdori publico poſſint creari.* Huic enim Ulpiani reſponſo ſuffragantur Text. in *l. Honor 14. §. de Honoribus. ff. eod.* Text. in *l. Ad ſubeūda 46. C. de Decurionib. lib.10.* Hiſque de jure noſtro Hiſpano aſpirant *l.2. tit.9. & l.6. tit.18. partid.2.* ibi: *E non deve ſer muy pobre.*

Rationem, quare pauperibus 73 quondàm Magiſtratus denegabantur, ſcitu facillimam noſco, nempe nè laborantes inopiâ ad avaritiā tenderēt, ut apertiſſimè expreſſit Rex Alphōſus, cognomēto Sapiēs in *d. l.6.* Ubi poſtquā dixit ne pauperes eſſent, hujus rationem aſſerens ſubdidit: *Porque non aya cobdicia de querer enriquezer.* Hanc eandem ſectantur Ramirez de Prado in *Not. ad Aphoriſm Cokier. lib.3. cap 1.* Eruditiſſimus Velaſcus *de Privileg. pauper. part.1. quæſt.6. num.6.* Et meditatur Saavedra, Vir rerum politicarum ſummâ peritiâ ornatus, *Empreſ. politic.53.* Quapropter Carthaginenſes, Senatores lo- 74 cupletiores eligere, nè cupiditate potiti, quæſtum juſtitiæ facerent, refert Ariſtotel. *lib.2. Politic. cap.2.* Quia arbitrabātur impoſſibile eſſe eū, qui premeretur egeſtate, rectè, ſinceriterque Magiſtratum gerere poſſe, aut quietem optare tradidit Cæl. Rhodigin. *lib.20. Lect. antiquar. cap.25.*

Quip-

75 Quippe interdum homines ne-
ceſſitate coacti, quod aliàs nuſ-
quam committerent, patrant.
76 Quocircà habemus *Proverb.cap.*
30.*verſicul.*8. Deprecationem ju-
ſti, ſcilicet: *Mendicitatem, & di-
vitias ne dederis mihi, tribue tan-
tùm victui meo neceſſaria, nè fortè
ſatiatus illiciar ad negandum, &
dicam. Quis eſt Dominus? aut ege-
ſtate compulſus furer.* Unde id for-
ſan meditans Martial.*lib.*11.*Epi-
gramm.*88.dixit:

O quantum cogit egeſtas!

Quam ſceleri proclivem eſſe te-
ſtatur Silius Italic.*lib.*3.

Sceleri proclivis egeſtas.

Ulpianus in dicta *l.Reſcripto.* à
Magiſtratibus pauperes repellē-
77 dos auſpicatur, ex quo majeſta-
tem muneris dedecet, ut à quo
nullum decus capeſſit dignitas
ipſa geratur, ac ab omnibus, quē
venerari tenemur, contemnatur,
78 quia ut docemur ex Eccleſiaſtic.
*cap.*9. *Sapientia pauperis contem-
pta eſt, & verba ejus non ſunt au-
79 dita*. Cum egenus Magiſtratus
ſplendorem nequeat ſuſtinere,
& perſæpè facultatibus, victuive
potius, quàm publicis negotiis
incumbat, quod increpat Plin.
*lib.*7.*Epiſtol.* ibi: *Oportet privatis
utilitatibus, publicas mortalibus
æternas anteferre, multoque dili-
gentius muneri ſuo conſulere, quàm
facultatibus.*

80 His omnibus, atque ſimilibus,
quæ ad arcendam compenſatio-
nem meritorum, hactenus effu-
di, parùm, vel nihilum obluctā-
tibus: Contraria ſententiā inſe-
quenda eſt; nimirum Principem
ad compenſandum Literatorum
merita condigno præmio teneri,
aliàs peccare ex Divo Thoma
in *Opuſcul. ad Ducíſſam Brabant.*
Sylveſtro in *Summ. verbo Domi-
nium. & verb. Dominus. quæſt.*4.
Flores de Mena *lib.*1. *variar.
quæſt.*8.*§.*1.*num.*1. Hanc eandē
pluribus in locis ſectatur ſenten- 81
tiam, cultiſſimus, atque eloquen-
tiſſimus, latinitatis ſplendor,
Don Hieronymus Altamiranus
juvenis, ſelectā ornatus eruditio-
ne, ſi juvenis exiſtimandus eſt,
qui ſenili maturitate ævi moni-
menta tanto ſtudio devolvit: ita-
ut ſenectutis canitiem, divino
quodam nexu, virori juvenili
componens, nihil de ætate trahe-
re cernitur, niſi quemdam vivi-
dum mentis florem; Juvenis lō-
giori dignus ætate, & ad majora
ſi vixiſſet, aſcenſurus: Ideoque ei
convenit, quod de Julio Avito
affatur Plinius *lib.*5.*Epiſtol.*9. ibi:
*Jam quod in flore primo tantæ indo-
lis juvenis extinctus eſt, ſumma con-
ſequuturus, ſi virtutes ejus maturuiſ-
ſent.* Is, inquā, pro hac ſētētia pu-
gnat in ſuo *tract. de Filiis official.
qui in bell. mor. cap.*6. *§.*2.*n* 43.*&
n.*54.*& in l.*3.*cap.*3.*n.*15.*cap.*25.*n.*9

Hujus concluſionis ratio eſt, 82
quia Princeps, ſi merita Litera-
torum præmiis nuſquam com-
penſet, videtur quodammodo
juſtitiam diſtributivam lædere,
ac violare, & hanc ob rem ad re-
ſtitutionem tenetur, ut volunt
Hurtad.*de Juſtit.& jur. diſputat.*
2.*diffic.*12.Navarra.*lib.*2. *de Reſti-
tut.cap.*2.*num.*179.*& lib.*1. *cap.* 1.
*num.*15.Salon.2.2.*quæſt.*62. *artic.*
2.*contr.*25.*concluſ.*7. Vazquez. *de
Reſtitut.cap.*1.*dub.unic.num.*6. Ex
quibus & præcipuè ex Navarra
addidit Altamiranus *de Filiis of-
fi-*

Digitized by Google

ficial. in *l. 3. cap. 25. num.* 9. Quod
cum juſtitia diſtributiva poſſit
reſtitutionem inducere, ut ur-
gentes Navarræ rationes viden-
tur oſtendere; præſertim quod
compenſatio iniquæ diſtributio-
83 nis fieri nequit niſi per ejuſdem
generis ſupplementum. Ex quo
ipſe Altamiranus infert, inju-
ſtam diſtributionem ligare ad
compenſandum; prout trãſgreſ-
ſio juſtitiæ commutativæ obli-
gat, ac ligat. Idcirco rectè
84 concludit, quod cum reſtitutio-
nis obligatio non extet niſi dum
quoddam ſtrictè debitum injuſtè
abnegatur; apertè depromitur
jus contra Principem, actioque
ad præmia, quæ diſtributricis ju-
ſtitiæ ratione, Princeps tenetur
impendere, cujus ſcilicet viola-
tæ ratione reſtituere adſtringe-
tur. Maximè quia compenſare
merita, nil aliud eſt, quàm anti-
85 dorali obligationi reſpondere;
ſed obligatio antidoralis ſtricti-
ùs, ac validiùs Principem ligat,
quàm privatum ſecundùm Ca-
bed. *deciſ.* 36 *n.* 11 *part.* 2. Capyc.
Latr. *conſult.* 38. *num.* 29. Ægi-
dium in *l. Ex hoc jure ff. de Juſtit.*
86 *& jur. part. 1. cap. 10. nu.* 68. Hinc
eſt ut ſũmoperè extollatur Phi-
lippus II. Hiſpaniarum Rex qui
florenti Hiſpaniæ in elargiendis
dignitatibus accuratiſſimam, cir-
ca promotorũ merita, providẽ-
tiam impenderet, ut ex Gutier-
rez & Lugo refert Altamiranus
de Filiis official. qui in bell. mor. in
l. 1. cap. 6. num. 55.

Quamquam benè de Repu-
blica meritis Regias largitiones
erogare decentiſſimum ſit, in-
gentemque gloriæ ſegetem Prin-
cipi pariat: ille ad id præſtandum
nullâ vincitur lege, ſiquidèm
obligatio antidoralis ex qua
Princeps tenetur, eſt actionis
infæcunda Bartol. in *l. Ex hoc ju-
re ff. de Juſtit. & jur.* Coſtant. *ad
tit. Codic. de filiis official. qui in bell.
mor. num.* 40. Igitur juris vi præ- 87
mia expeti nequeunt, imo ne-
dum naturalis obligationis vin-
culum generaliter intercedit, ſed
quandoque ſolùm, teſte Altami-
rano *cap. 26. n. 6. l. 3.* Quum ultra
ea, quæ muneris tui ratione de-
bebas, quidquã præſtitiſti, quid-
quid ſupererogas illigabit, quid-
quid datur, quod poſſet omitti
juxta Div. Thom. 2. 2. *quæſt.* 106.
art. 6. Staibanum. Juniorem *Re-
ſolut.* 69. *n.* 14. Ripam. in *l. Si un-
quam. q. 14. n. 30. C. de Revoc. do-
nat.* Capycium Latr. *conſult.* 38. *n.*
13. Annam. *conſil.* 93. *num.* 17. *lib.*
2. Galeotam *Reſponſ. fiſcal.* 23. *nu.*
27. Magerum *de Advocat. cap.*
14. *num.* 348. Solorzanum *lib. 2. de
Jur. Indiar. cap. 10. num.* 56. Ca-
ſtrum *de Annon. civil. notab.* 11.
num. 14. Et quàm glorioſum ſit
Principi, merita recompenſare, 88
ſatis apertè ſublimi, ac cultiſſimo
plectro eruditè oſtendit Altami-
ranus *de Filiis official. qui in bell.
mor.* in *l. 3. cap. 26. & 27.*

Et quomodo Princeps in eli- 89
gendis Senatoribus ſe habere de-
beat, apparet luculenter ex ver-
bis Sineſii in *lib. ad Arcad. Impe-
rat. de Regn. ben. adminiſtrand.* Ubi
hocce modo Principem horta-
tur. Diſtribuat igitur Principa-
tum Præſidibus, quàm fieri po-
teſt, juſtiſſimis, & optimis. Lon-
gè enim facilius cognoſcet pau-
cos, quàm multos, & citius pau-
corum delicta, aut benefacta
ani-

animadvertet. Ex optimis ita-
90 que, non ex his, quibus ampla
res eſt, ut nunc fit, legantur ii,
quibus Magiſtratus manden-
tur. Nam nec iis Medicis com-
mittimus corpus, qui divi-
tiis affluunt, ſed illis, qui ar-
tis ſuæ peritiſſimi habentur: hac
ſane ratione multo magis is, qui
Magiſtratum geret, legendus
eſt, non locuples, ſed gubernan-
di peritus; ſiquidem per eum
plura, vel mediocris, vel dete-
rioris ſtatus aleam ſubire de-
beant. Quid enim, ſi quis, ex eo,
quod vir nequam eſſet opes con-
geſſit, dignum ne eſt, amabò,
hinc Magiſtratum committere?
An potius homini pauperi? illi
91 quidem, ſed probo tamen & ju-
ſto, quem ideo quod juſtus eſt,
pauperem eſſe non pudeat? ille
enim, qui opibus circumfluit,
Magiſtratu pecuniâ comparato,
neſciet profectò juſtitiam colere
atque jus ſuum unicuique tri-
92 buere. Nam qui Magiſtratum
emit, hunc meo judicio, in juſti-
tiam odium capiet, nec is pecu-
niam pro nihilo ducet, ſed jus
pretio potius, quàm æquitate de-
ſcribet. Non enim credibile eſt,
hunc torvis oculis aurum intui-
turum; verùm illud reverebitur,
ac amplectetur, ut cui acceptũ
referat, quod parte divitiarum
impenſâ Rempublicam compa-
raverit, & quod, ut res aliæ ſo-
lent, ita Civitatum gubernatio-
nem mercedi conduxerit. Videt
enim ſe opera divitiarum in Ma-
giſtratum veniſſe, videt ſe ſuſci-
pi, cum ab alia multitudine,
tum etiam ab omnibus juſtis, &
agentibus. Tu autem fac efficias,
ut virtus in admiratione om-
nium ſit, ac plurimi fiat, quam-
vis homo pauper ea ſit præditus.
Non te latent ullius viri pru-
dentia, ac cæteræ omnes animi 93
virtutes, etiam ſi vili tegatur ve-
ſte, ſed in medium producito
hunc, & mandes virtutem uti
publicet ſuam, quam non decet
in obſcuro eſſe, ſed in luce, &
ſplendore. Non enim te præte-
rire debet, in præſentia quidèm
illos prædicaturum, at qui ad
omnem immortalitatem prædi-
cetur, eum te fore, quia beati re-
gni ſpecimen poſteris præbueris.
Quod ſi ita feceris, prope diem
cernes fore ut nonnullas earum
divitiarum, quas tanto cum la-
bore quæſierunt, pudeat, non-
nullos verò voluntaria pauper-
tate gloriari, atque ideò in con-
trarium opiniones de divitiis re-
cident, quod paraſſe divitias pro-
bro, paupertati verò ſtuduiſſe,
laudi ſit futurum. Hactenus Si-
neſius.

Nobis ſummoperè opitula- 94
tur hoc, quod hujuſmodi com-
penſatio, quæ fit, daturque in
meritorum remunerationem,
haud ex liberalitate poteſt dici
procedere. Quippe hoc ipſo,
quod eſt compenſatio, præſup-
ponitur jam obligatio. Et Prin-
ceps naturali ſanè ratione bene-
meritos remunerare debet, ex 95
legis naturæ nexu, cum quod in
remunerationem largitur, ne-
quaquam à mera liberalitate
proficiſcatur, quia tunc dicere-
tur donatio; ſed à naturali vin-
culo, quo benemerenti ſatisface-
re tenemur, ut optimè docet do-
ctiſſimus Marchio D. Lælius
Bo-

Boſcolus à Conſiliis Sereniſſimi Ducis Parmæ, ejuſque intimus à
96 Secretis, Clariſſimus Juriſconſultus, doctrinâ legalis noſtræ Philoſophiæ, humanarumque literarum ſtudiis æquè egregius, maturitate, ac fælicitate conſilii conſpicuus; cujus ſcientiam cum non ſolùm exprimere, verùm nec verbis deſignare valeam: nè venerabundū Virum, potius, quàm debitis longè encomiis afficiam, frigidis elogiis offendam, abſtineo, quia juxta ſententiam Phavorini Philoſophi, turpiùs eſt frigidè laudare, quàm acerbiùs vituperare, teſte Aulo Gellio *lib. 19. Noct. Attic. cap. 3.* ibi: *Turpiùs*
97 *eſſe dicebat Phavorinus Philoſophus, exiguè, atque frigidè laudari, quàm inſectanter, & graviter vituperari*. Et Phavorini hujuſce rei rationem afferens, ſubdit hæc verba idem Gellius: *Quoniam qui maledicit, & vituperat, quantò id acerbius facit, tam maxima mole pro iniquo, & inimico ducitur: & plerumque propterea fidem non capit. Sed qui infæcundè, atque jejunè laudat, deſtitui à cauſa videtur, & amicus quidèm creditur ejus, quem laudare vult, ſed nihil poſſe reperire, quod jure laudet.* Nobis ut rurſus dicam (nè me, optima benemerentem ratio laudandi longius arripiat) ſuffragatur laudatus Boſcolus in Conſultatione pro Provincia Friniani, quam uniùs tantùm diei curriculo, ut ipſe in initio fatetur, eleganter exaravit, eamque intuemur in doctiſſimi, ac celebris Juriſconſulti Aloyſii Manſi *tom. 5. conſult. 392. num. 30.* Qui pluries Boſculum laudat in *Conſult. præced.* 391. præcipuè in *princip.* ubi ait: *Adeo ſolida ſunt juris fundamenta, quæ jura muniunt Provinciæ Friniani in Conſultatione potiſſimum excellentiſſimi J.C. doctiſſimique viri; D. Lælii Boſcoli relata, ut expugnari non valuerint ab his, quæ in contrarium, quamvis doctiſſimè per Excellentiſſimum D. Dionyſium Attolini digniſſimum modo Regii Prætorem obiiciuntur. Unde quoque, & omne meum ſtudium inane prorſus evadet*. Et per totam eam Cōſultationem eum 98
ſummoperè laudat, quod glorioſum eſt, à laudato viro laudari.

Nec quoties Princeps hanc 99
remunerationem, ſeu recompenſationem facit benemerenti, nihil ei gratis elargiri videtur; ſed quodammodò illius merita compenſando, videtur ſuæ naturali obligationi ſatis ire. Et quamvis Princeps ad remunerandum, vel recompenſandum nullo vinculo juris in foro, nec actione alligetur; quoniā ex æquitate, & decentia Principis obligatio procedit, juxta Divum Thomam 2.2. *quæſt. 106. artic. 4. ad 1. & quæſt. 107. art. 5. ad 1.* Quamquam ea, 100
quæ ex æquitate, ac decentia naſcūtur, in foro, & jure exigi poſſe argumentetur eruditiſſimus, atque eloquentiſſimus Altamiranus *de Fil. official. qui in bell. moriunt. in l. 3. cap. 25. num. 2.* Aſt quamquam id verùm non ſit, & Princeps ex naturali obligatione teneatur: nihilominus aſſeverandum eſt, quod ſi adeſt in Principe antidoralis obligatio, recompēſando merita nihil gratis elargitur; ſed ſolvit id, quod debet, ut poteſt apertè depromi ex Divo Thoma 2.2. *quæſt. 106. art. 6. in* cor-

101 *corpor.* ibi: *Recompenſatio gratiæ reſpicit beneficium ſecundùm voluntatem benefacientis. In quo quidèm præcipuè hoc commendabile videtur, quod gratis beneficium contulit, ad quod non tenebatur: & ideò qui beneficium accepit, ad hoc obligatur ex debito honeſtatis, ut ſimilitèr aliquid gratis impendat: non autem videtur gratis aliquid impendere, niſi excedat quantitatem beneficii, quia quamdiu recompenſat minus, vel æquale, non videtur facere gratis, ſed reddere quod accepit: & ideò gratiæ compenſatio ſemper tendit, ut pro ſuo poſſe aliquid majus retribuat.*

102 Hoc ipſum ferè depromitur, ac ex Pauſaniæ, & Themiſtoclis exemplo elicimus, cum obnoxium ſit Reipublicæ, ac Principibus non compenſare virtutem benemerentis cum juſto, ac debito præmio, ut expreſsè docet Lambert. Danæus in *Sylva Aphoriſm. politic. ex lib.* 1. *Hiſtor. Thucydid.* ibi: *Magnis viris poſt res præclarè geſtas ferè tyrannidis, aut alios dominandi cupido obrepit. Saltem cupiditas amplioris cujuſdam ſplendoris, & rei conſequendæ. Ergo niſi illorum virtus compenſetur juſto præmio ab iis, quibus benefecerunt, & donetur, conſilia cum hoſtibus ſæpè capiunt, Reipublicæ cui benefecerint, noxia.* Ideo-
103 que quoties Princeps benemerito dignitatem confert, non donum præbere, ſed meriti compenſationem atteſtatur Solorzanus, Vir profundiſſimâ imbutus eruditione, ac Hiſpaniæ noſtræ decus, *en el Derecho de las Plazas Honorarias. num.* 57.

Hâc noſtrâ verâ cõcluſionẽ probat Theodoricus Gothorũ Rex, apud Caſſiodorum *lib.* 2. *Variar. cap.* 28. Ubi meritum cum præmio compenſandum jubet: his verbis in terminis noſtræ compenſationis: *Tribuenda eſt juſtis laboribus compenſatio præmiorum.* Nam ut ſcribit Natalis Comes *lib.* 15. *Hiſtor.* Præclaris Virtutibus præclara præmia conveniũt, quibus in conferẽdis decet Principes eſſe magnificos. Princeps hujuſce compenſationem aſpernans injuſtitiam facit, quia juſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas jus ſuum unicuique tribuendi Text. in *princip. Inſtitut. de Juſtit. & jur.* Ergo quoties 104
Princeps laborantis merita non compenſat, facit injuſtitiam, cum ei, quod abundè meretur, neutiquam elargiatur; Quod iniquum eſt, cùm ſecundùm Caſſiodorum nimis grave ſit, ut fructu laboris ſui fraudetur induſtrius. Hâc enim ſpretâ à Principe compen- 105
ſatione evenit, non ſolùm, ut illiterati æquè cum doctis præmia capeſſant, quod nihil in humanis rebus inæqualiùs opinatus fuit Xenophon *lib.* 2. *de Cyr. inſtit.* Dum dicit: *Nihil in rebus humanis inæqualiùs eſſe duco, quàm & fortem, & ignavum æqualibus præmiis ornari:* Verùm interdum obvenit, ignavos, inſcioſque optimis de literaria Republica meritis, præmiis, dignitatibuſque indecorè anteire.

Nec Princeps ſe excuſare 106
poteſt ignorantiâ, quia ad ejus munus ſpectat benemeritos ſcire, ac pernoſcere, ut eis meritis munerationes reſpondentes largiatur. Hâc ob cauſam quondàm apud Romanos erant Curioſi,

de

de quibus extat Rubrica *C.de Curioſis, & Stationariis. lib.*12.
107 Hi profectò Imperatorum juſſu in Provinciis degebant, ut quid præmio, vel ſupplicio dignum ageretur clam referrent Rævard. *lib.*4.*Variar.cap.*11. Turneb, *lib.* 2. *Adverſar. cap.*15. Et noſter Solorzanus, vir mirandâ imbutus doctrinâ, ac omnigenâ eruditione præclarus, *lib.*1.*de Jure Indiar. cap.*26. *num.*6. Guther. *de Offic. dom. Auguſt.lib.*3.*cap.*13.Juſt.Lipſ. *lib.Epiſtol. q.cap.*18. Qui namque Curioſi libros integros conficiebãt, quibus quale præmium, vel animadverſionẽ quiſque mereretur, ſcribebant. Idque poteſt elici ex Tertullian.*lib. de Fuga in perſecut.*ibi: *In matricibus Beneficiariorum, & Curioſorum*. Unde Rebuffus *ad Leg.Gallicas tit.de Mer-*
108 *cat.gloſſ.*14. Dixit, quod illi, ſcribebant eos, qui vel ſcientia, vel bello, aut alibi pulchrè, aut cum laude ſe geſſiſſent, eoſque Imperatori commemorabant, ut ex hoc præmiis dignis afficerentur. Et poſtea hæc verba ſubnectit: *Sed hodie ii, qui præclara geſſerunt facinora, contemnuntur, & quidem ſtolidi multoties evehũtur.* Quæ nũc quimus verba uſurpare. Et de plurimis Regibus, hunc librũ habentibus aſſuetâ eruditione agit Solorz.*lib.*2.*de Jur.Indiar.cap.*7.*n.*34.
109 Secunda opinionis contrariæ ratio nec magis equidèm reflat. Quippe ridiculum eſſet, omnes ſenes doctos, omneſque juvenes ignaros aſſerere; Siquidem Deus nuſquam juxta ætatem conſilia diſtribuit, ut alludit Lepidiſſimus Poëta noſter Don Auguſtinus Moreto *tom.*3. *Comœdiar. comed.*5. *la Confuſion de un Jardin. Jornad.*1.*fol.*151.

Hermana tus advertenzias
Eſtimo, ſinque me agravien,
Que los conſexos mas libres
No ofenden ſi de amor nacen.
Aunque menor es poſible,
Que aciertes, y puedo errarme,
Que los aciertos no corren
Al paſſo de las Edades.

Et de hac re ex Arumæo Kirchnero, & Beſoldo plura elegantiſſimè cõgerit doctiſſimus Petra ſuper *Ritu* 288.*num.*90. Nam dicta *l.Ad Rempublicam*, Quæ viginti & quinque annorum poſtulabat ætatem ad Reipublicæ moderamina capeſſenda, de jure vetuſtiori procedebat, cujus denique diſpoſitionem compeſcuit Imperator Conſtantinus in *l.*2. §.*Sed Senatores*. *C.de His, qui ven.ætat.impetr.* Et probare conatur Narbona *de Ætat Anno vigeſimo. quæſt.*3. *num.*15. & 16. Nec obnituntur Hiſpana noſtra jura, quæ hodie neutiquam obſervantur, ut ipſe Narbona *num* 19. teſtatur; præſertim cum dicta *l.*5. *tit.*4.*partid.*3. Judicem viginti annorum admittat, ut evincitur ex illis verbis ibi: *E ſi por ventura el Delegado, que fueſſe de edad de veynte años.* Quamobrem optimè Caſſiodorus *lib.*3.*var.cap.*5. dixit: *Tolle igitur cauſam, & nullã invenies ab honoribus capiendis ætatem excluſam.* Quod quidèm juvenes Senatores eſſe poſſint, velim, 110
ut intelligatur non de omnibus juvenibus; ſed coarctare debemus ad eos, qui eximiâ, præcocéque ſapientiâ prædití, per publica monumenta, ſuam ſapientiam Orbi univerſo commõſtrãt.

Quique ętatis florem ſimul cum mentis maturitate oſtendunt, juxta illud Caſſiodori *lib.8. Variar.cap.18.* ibi: *Juvenem te ſolus decor oſtendit ab ore primævo cana verbis manaverunt. Contendit flos ętatis, & maturitas mentis: ſed potius illa ſuperavit, quæ nos ad virtutum gradus, gloriamque perducit.* Hos namque ad dignitates Princeps extollere debet, qui juxta D.Bernard.in *Epiſtol.ad Theobal.* Quod deeſt ætati Virtute compenſant ibi: *Multoties videmus ju-*
111 *niorem ſuper ſenes intendere moribus dies, antiquorum tempora prævenire meritis, & quod deeſt ętati, virtutibus compenſare.* Quod etiam habetur Eccleſiaſt.*cap.42.* ibi: *Neque ætas juvenilis in Doctore deſpicienda, quem vita, & diſcretio commendat.* Quoniam interdum prævenit ætatem ingenium præcox, juxta illud Quintilian.*lib.1. cap.3. Illud ingenium velut præcox genus non temerè unquam pervenit ad frugem.* Decet
112 Principis majeſtatem, hujuſmodi ingenia excelſa juvenum, in Reipublicæ muneribus exercere, ut facilè depromitur ex Cornel.Tacit. *lib.4.Hiſtor.*ibi: *Ingenium illuſtre altioribus ſtudiis juvenis admodum dedit, ut plerique ut nomine magnifico ſegne otium veleret; ſed quo firmior adversùs fortuita Rempublicam capeſſeret.* Quippe ut dicit Muſon. in *lib.de Exercitat.* Qui vir bonus eſt futurus, non præcepta ſolùm ad virtutem pertingentia edidiciſſe debet, verum exercitari quoque, ſecundùm ipſa diligenter, & anxiè. Nec quondàm apud Romanos Magiſtratus juvenibus eruditis denegabantur: aſt ad eos pergere poterant, teſte Cornelio Tacito *Lib.11. Annal. Virtutis ad præmium fuerat, cunctiſque Civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin prima juventa Conſulatum, ac Dictaturas iniret.* Iniquum eſ-
ſet, ut juvenis, qui ſummis vi- 113
giliis citiùs ad eruditionem pervenit, nequiret ad dignitatem attingere, & ei obluctarentur anni, quos brevi curriculo temporis ſuperavit. Hũc certè dignitate digniſſimũ cenſuit Caſſiod. *lib.3. Variar.5.* ubi ait: *Canique honoris infulis, adultam cingere dignus ceſariem, quiſquis meritorum laude; ætatis præjudicium ſuperarit.* Quippe ut cecinit Pindarus *ode 4.Olymp.*

. . . . . . *annos præveniens* 114
labor,
Conſpergit interdum virentem
Canicie celeri juventam.

Cum juſtum ſit, ut in Senatu 115
recipiatur juvenis, cujus virtus, famaque venerationem caniciei debitam longè meretur, ut benè Solorzanus *Derecho de las Plazas honorar. num.319.*
Comprobans id ex Caſſiodo- 116
ro *lib.9. Variar. Epiſtol.7.* ibi: *Quid ſi maturitatis, quid prudentiæ in ordinis ipſius examinatione cognoſcis, cujus primæva germina mox cum adoleverint Patres vocantur. Adoleſcentia illic incboat à maturitate conſilii: tractant juvenes cum modeſtia ſenium, ubi mirum pondus in flore permittitur, quod vix alibi cana ætate generatur.*

Nec hæc ipſa ratio, ſcilicet 117
juventutis, obniti debet, ad hoc, ut

ut nè compenſatio meritorum in ipſis contingentium fiat. Primò, quia ideo Senatus juvenibus vetabatur; quoniam veteres legum conditores, illam ætatem parùm aptam ad jus dicendum ſuſpicabantur; eò quia præſumitur imbellis eorum ſcientia, ac judicium. Hæc ſanè fuit ratio interdicendi Senatum.
118 Ergo à contrario ſenſu, ſi juvenes debitâ doctrinâ polleant, Princeps debet ipſorum merita, peritiamque compenſare, aliàs faceret injuſtitiam. Quoniam
119 ut dixit Valer. Maxim. *lib.* 3. *Eum bonori non intempeſtivum videri, qui jam virtute maturus eſt.* Et fortaſsè de iis obloqui voluit Ulpianus in *l. Quidam* 57. *ff. de Re judicat.* Ubi aſſerit, ſenten-
120 tiam latam à minore viginti quinque annorum, ac majore decem, & octo tenere. Jure quoque veteri juvenes viginti annorum conſilium præbebant, dum Cõſulum munere fungebantur.
121 Siquidèm officium Conſulis eſt conſilium dare Text. in *l. Unica ff. de Offic. Conſul.* At quamvis de jure perpetuum eſſet, juventutem à Senatu repellere, hoc ut ſuperius effudi, non debet obſepere, nec comprehendere eos, qui excellentes in arte inveniũ-
122 tur; quibus plura, quæ aliàs neutiquam concederentur, indulgentur, ut obtigit Zenocrati Philoſopho, cui teſtimonium reddenti ob ejus excellentiam juramentum remiſerunt, quod Judicibus nunquam remiſerant, teſte Valer. *lib.* 2. *de Majeſtat.* Nam hi ob nimiam ſapientiam ad munera publica, quamquam Senatoria recipi debent, ut veteribus ſeculis obtinuit, ut depromimus ex mirabili loco Alex. ab Alex. *lib.* 4. *Dier. Genial. cap.* 11. ibi: *Ac niſi exacto quarto, & vigeſimo ætatis anno in Senatũ quẽpiam admitti nõ liceret, præter admodũ paucos, quibus ob egregiã virtutis indolẽ hoc à Senatu indultum fuit.* Et hujus rei exẽpla cõgerunt doctus 123
Ageta in *Apolog. contra Senes.* & clariſſimus Bovadill. *lib.* 1. *Politic. cap.* 7. Nimirum juvenum, qui florentis ætatis tempore rem legalem mirificè peregerunt. Et Bobadilla ubi ſupra *num.* 22. *ad fin.* Teſtatur repetiſſe Textum in *l. Qui Romæ, §. Augerius. ff. de Verbor. obligat.* Decimoſeptimo ætatis ſuæ anno, & decimo octavo in celeberrimo Salmanticenſi Athæneo Textum in *cap. Naviganti. de Uſuris.* Et Ego quoque (haud id ob jactantiã memoro) vigeſimotertio ętatis anno compoſui tres Tomos mei Tractatus de Compenſationibus, eiſque (ut gratias Divino Numini referam) ultimam manum impoſui. Qui profectò efficiuntur muneribus digni, quia hi, ut dixit Valerius Maximus *lib.* 9. *cap.* 12. *in Proæm. Annorum numerum, operum multitudine ſuperãt.* Unde affirmandum eſt, Principem 124
merita juvenis, etiam viginti annorum compenſare condigno præmio teneri, ſi ille publicis teſtimoniis meritorum, ſcientiæque teſtem Orbem univerſum faciat, ut doctrina omnibus manifeſtè liqueat, ac conſtet, quo in caſu ſeniori non adeò idoneo præponendus eſt. Et olim apud Romanos mos viguit, ut juve- 125
nes

nes prædíti doctrinâ abſque ulla diſtinctione ſimul cũ ſenibus ad Magiſtratum vocarentur regẽdum, teſte Cornel. Tac. in *Hiſtor. Apud Majores*, inquit, *id primum fuerat, cunctiſque Civium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere Magiſtratus, ac ne ætas quidem diſtinguebatur, cum primum inventum conſulatum ac dictaturam inirent.*

Ad quod præfulciẽdum, ac roborandum mirificè cõfert Chaſſaneus *Cathal.glor.mund.part.*10. *conſider*.30. Referens, Doctorẽ
126 in ſcientia excellentem, licèt juniorem, antiquiori præferri. Idcirco etiam ſi ſit ſcholaris excellens doctrinâ, Doctorem in ſufficientia præcedere debet,
127 quia non pro titulo dignitatis, ſed pro meritis ſtipendia aſſignari debent, ut idem Chaſſaneus ubi ſupra docet. Et licèt
128 regendi ars, ac Magiſtratus gerere difficillimum ſit: attamen adeò hominum increbreſcit fidentia, ut omnes artes neſcire fateantur, Magiſtratum gerere, ac gubernare nemini abnegatum eſſe arbitrantur, ut refert Æneas Sylvius *lib. Hiſtor. Bohem. cap.* 6. *Agrum colere, gregem paſcere, navim regere, texere, ſuere, ædificare multi ſe ignorare fatentur: Magiſtratum in Urbibus regere, & ſe Regem gerere, Gentibus, ac Nationibus imperare, quod eſt difficillimum, nemo ſibi à natura negatum dicit*. Quæ verba ad propoſitum refert Bobadilla *lib.*1.*Politic.cap.*7.*num.*1.*lit.V.*

129 Minus obnititur tertia compẽſationis rejiciẽdę ratio. Quippe falſum eſt, Principem haudquaquam teneri ad compenſanda merita Literatorum. Nam ſi eſt verum ad optimè Rempublicam moderandam devinci; conſequens eſt; ut ad præmiandum merita teneatur; quoniam Princeps compenſationem meritorum differre non debet, ut eâ obtentâ, alii ad labores ſuſcipiendos invitentur, ut dicebat Rex Italiæ Theodoricus, teſtante ejus à Secretis intimo Caſſiodoro *lib.*11 *Variar. cap.*21. ibi: *Differri non patimur merita fidelium: ut ad ſtudia bonorum actuũ provocemus vota cunctorum. Demus igitur, quæ ſunt juſta laboribus, ut provectu priorum, invitemus corda ſequentium.* Aliàs benemeritos lædit, qui licèt de Principe queri nequeant. Cæterum in Miniſtrorum electione conſiderant, quæ palam eis exhibentur, cui ex ipſo dignitates, quibus maxima benè faciendi, aut mali inferendi poteſtas confertur, ut patet ex Cornel. Tacit. *lib.*6.*Annal.* ibi: *Spectamus porrò, quæ coram habentur, cui ex te opes, honores, quis plurima juvandi, nocendive potentia.* Quapropter interrogatus Socrates quænam Civitas optimè guber- 130
nari poſſit? reſpondit, quæ bonos invitat præmiis, teſte Beyerlink. *Theatr.vit.human. verb.Præmium.* Si enim hæc à Principe negligatur compenſatio, & munera ad illiteratos deferat, præ- 131
ter injuſtitiam digniori factam compenſatione meritorum contemptâ, eximiã Reipublicæ injuriã infert, dum eam regendam imperitis perhibuit, ex quo pernicies, perditioque Rebuſpu- 132
blicis comminatur, ut obtigit

Rei-

Digitized by Google

Reipublicæ Romanæ,quæ dum
merita, præmiis compenſabantur,
dignitateſque dignioribus
literatis, ac doctis elargiebantur,
ſummoperè floruit: ac mundi
ferè domina effecta fuit; at
poſtquam rectum ordinem juſtitiæ
diſtributivæ pravi Princi
133 pes perturbarunt, ejus majeſtas,
ac ſplendor deperiit, ut refert
Policrat. *lib.*4. ibi: *Romanos
Imperatores, ac Duces, dum eorum
Reſpublica viguit, non memini
fuiſſe illiteratos: & neſcio quomodo
contingit, ex quo in Principibus virtus
literarum defecit, armatæ militiæ
infirmata eſt manus, & ipſius
principatus eſt quaſi præciſa radix.*
134 Hujus denique perniciei cauſa
ſunt Principes, quia illiteratos
homines ad moderandam
Rempublicam anteferunt, in
maximum Literatorum præjudicium.
135 Quarta, & poſtrema ratio,
quare Princeps compēſationem
facere non debeat eſt, quoties
merita in pauperis perſona contingunt.
Siquidèm cum hi muneris
majeſtatem ſuſtinere non
valeant, à Senatu arcendi ſunt,
cum Reipublicæ intereſt,ut eligantur
locupletiores, cum inopes
vix muneri tuendo ſufficere
queant, ut atteſtatur Gaill.*lib.*2.
*obſervat.*52.*num.*6. Brunneman.
in *l.Reſcripto 6. num.*1. *ff.de Muneribus,
& honorib.* Mundius in
*tractat.de Munerib.cap.*1. *num.*40.
At quamvis hæc ratio quicquid
ponderis præſeferre videatur: attamen
ſi rectitudinis perlibretur
trutinā,futilis namque appa-
136 rebit.Quippe ſi Princeps omittat
compēſationem meritorum
ob paupertatem, injuſtitiam patrat,
quia diſpoſitio Text. in dicta
*l.Reſcripto. ff.de Munerib. &
honorib.* Cum cæteris omnibus
concordantibus, de jure antiquiori
loquuntur,antequam Judicibus,
ac Magiſtratibus conſtitutum
eſſet ſalarium,ut interpretatus
fuit Velaſc. *de Privileg.
pauper.part.*1.*quæſt.*6.*num.*94. At
cum hodiè cuivis judicādi mu- 137
nere fungenti ſit præſtitutum ſalarium,
ceſſat ratio avaritiæ,quare
pauperes à Senatu repellebātur.
Ideoque nihil refragatur,
quominus Princeps pauperum
merita, digno præmio compenſet.
Et licèt in dicta *l.Reſcripto.*
Non exprimatur cauſa avaritiæ,
tamen facilè hanc fuiſſe dignoſcitur,
eaque motus in *l.*6. *tit.*18.
*part.*2. Rex Alphonſus,egenis judicādi
munus vetuit. Aſt quàm
fallax hæc ratio ſit commoſtratum
eo. Miror quidèm cur Legumlatores
pauperes tantùm,
& non divites à Magiſtratibus
expellebant? Demiror porro, ut
viri cæteris vivendi normam
perhibentes, in re adeò cognita
facilè pererraverint: dum ineptè
pauperes tantùm avaros rebantur.
Utinam inopes ſolùm 138
auri ſiti flagrarent! Sed in domibus
divitum potiùs opinor
commorari, quia fames auri
omnium pectoribus imperat;
non verò ad pauperum pectora
coarctatur, quod novit Virgil.
*lib.*3 *Æneid* Exclamans.

.... quid non mortalia 139
pectora cogis
Auri ſacra fames?

Eſt enim auri cupiditas,morbus
quidam, qui homines ferè omnes

nes infeſtat, eoque eximiam mortalium partem laborare canit Horat. *lib.2. Sermon. ſatyr.3.* Obloquens de avaritia.

Maxima pars hominum morbo
jactatur eodem.

140 Forſan cẽſerunt divites, fortunâ uberrimâ, contentos nequaquam plus appetentes in avaritiam haud urgere? incaſsùm quoniam, ut teſtatur Senec. *de Benefic.lib.2.* Majora cupimus, quo majora venerunt, multoque incitatior eſt avaritia in magnorum opũ congeſtu collocata. Et ſic ut flammæ infinitè acrior vis eſt, quó ex majori incendio emicuit: ita ambitio non patitur, quemquam in ea menſura bonorum conquieſcere. Idem aſſerit Venuſin.*lib.1.Satyr.1.*

At magna pars hominum decepta cupidine falſa
Nil ſatis eſt, inquit.

141 Et quandoquidem evenit, ut pauperes laxiori laborent cupiditate, quàm locupletes, quorum nummi, pecuniæ cupiditatem augeſcunt, juxta vulgatum illud Juvenal. *Satyr.14.*

Creſcit amor nummi, quantùm
ipſa pecunia creſcit,
Et minus hanc optat, qui non
habet.

Quippe ut præcinuit Horat. *lib. 3.ode 16.*

Creſcentem ſequitur cura pecuniam,
Majorumque fames.

Adeò auri cupiditas, hominum tam ſenum, divitum, quàm pauperum, vel juvenum animis inhæreſcit, ut Divus Auguſtinus *ſermon. 48.* Omnia in homine ſeneſcere vitia, ſolam avaritiam redivivere atteſtentur. 142
Nullam profectò ætatem rejicit, cum etiam ad urnam ſenectutem comitetur. Vivit nam- 143
que avaritia in univerſos, potitur juvenibus, ac ardentiori ſiti in ſenibus flagrat, ut increpat, ac objurgat Divus Auguſtinus in *Sermon. de Tempor.* 246. ibi: *Non nè in ſenibus avaritia ad acquirendum tantò ferventius inardeſcit, quantò citius relicturus eſt, quod acquirit? mirabilis ſanè dementia; gravioribus enim ſe ſarcinis onerare feſtinat, cum jam pervenerit, quò tendebat.* Quadecauſa miratur, ac invehit in ſenium cupiditatem Cicero *de Senectut. num.65.* ibi: *Avaritia verò ſenilis quod ſibi velit non intelligo: poteſt enim eſſe quidquam abſurdius, quàm quò minus viæ reſtat, eo plus Viatici quærere?* Cupiditatem, ſitientem æmulari conjectò, qui dum undis recreatur, magis ſitiens ſitim ipſam exhaurit. Quò alluſit dulcis Ovidius *lib.1.Faſtor.*

Creverunt & opes, & opum 144
furioſa cupido,
Et cum poſſideant plurima, plura petunt;
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab unda
Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Hoc ipſum pluribus monumentis, ornare nuſquam licere cenſui, cum in re adeò ſcita conſulendum ſit brevitati. Unde ex jactis ineptam cauſam arcen- 145
di pauperes ab officiis publicis fuiſſe noſcitur, cum in divitibus, ac cæteris omnibus militaret. Ideoque ex cauſa paupertatis 146
nemo à muneribus perpellitur,
& ſic

Digitized by Google

& ſic Princeps, ipſi pauperi optimè de literis merito debet porro cõpenſare, dignâ remuneratione, merita, nihil reſtante paupertatis ratione, in paupere à Legumlatoribus meditatâ; quia tam pauperi, quàm diviti ineſt avaritia, quæ animis omnium dominari, ardentiùſque augeri canit Claudian. in *Rufin. lib.* 1. *carmin.* 3.

Nec Tarteſſiacis illum ſatiarit arenis
Tempeſtas pretioſa Tagi, non ſtagna rubentis
Aurea Pactoli: totumque exhauſerit Hermum
Ardebit majore ſiti:

147 Quamobrem æquè in utriſque ob avaritiam adminiſtratio Reipublicæ periclitatur. Quocirca cum olim Servius Sulpicius Galba, & Lucius Aurelius Cotta Conſules in Senatu contenderent, uter adversùs Viriatum in Hiſpaniam mitteretur: ac eximia inter Conſcriptos Patres eſſet orta contentio; & cum Scipionem Æmilianum percuntarentur: utrum eorum digniorem reretur, reſpondit: *Neutrum mihi mitti placet, quia alter nihil habet; alteri nihil eſt ſatis*, ut refert Valerius Maximus *lib.*6. *cap.*4. *de Scipion. Æmilian.* Æquè malam licentis Imperii Magiſtram judicans inopiam, atque avaritiam; Quo dicto, ut neuter in Provinciam mitteretur, obtinuit. Quippe ut ſubnectit Ambroſ. de Morales *Hiſtor. Hiſpan. lib.*7. *cap.* 49. Lucius Aurelius Cotta inopiâ, Servius Sulpicius Galba avaritiâ laborabat, meminit quoque Saavedra *Empreſ. politic.* 53.

Id, quod ex Sulmonenſi retulimus, neutiquam obeſt, nempe Curiam pauperibus quondàm occluſam fuiſſe. Nam dum cecinit:

Curia pauperibus clauſa eſt; dat cenſus honores.

Haudquaquam ſic præſtitutum fuiſſe aſſerit, ſed queritur, ac edolet, quia pauperibus, quantumvis ſapientibus in Curiam, conſulendi gratiâ, accedere non licebat, quòd honores pecuniâ comparabantur, quod quidèm increpat, ut rectè interpretatur Criſpin. Helvet. in *Not. ad eund. Ovid. lib.* 3. *Amor. eleg.*8. *fol. mihi* 374. *verſic. Curia.* Et hocce modo intellectum iri noſcitur ex eodem Ovid. *lib.*1. *Faſtor.* Quò honores pretio aſſequi, pauperemque ubique proteri eximiâ quærimoniâ lamentatur. 148 149

In pretio pretium nunc eſt; dat cenſus honores:
Cenſus amicitias: pauper ubique jacet.

Itaut tempus, quo nunc ſumus imitetur illud Ferronii *lib.*9. *de Geſt. Gallor.* Ubi munera pecuniis emi, ac inſciis hominibus tribui, queritur hoc modo: *Nihil magis eo tempore fuit venale, quàm hæc nova Magiſtratuum deſignatio: quę facta eſt majori ex parte ex adoleſcentibus, aut locupletibus, in quibus deſignandis non mores, non eruditio, non anteactæ vitæ dignitas quærere-tur.* Iiſdẽ ferè verbis queritur Divus Gregorius *lib.*7. *Epiſtol.* 110. Quod per hoc aliud agitur, inquit, niſi ut nulla de actu probatio, nulla ſollicitudo de moribus, nulla ſit de vita diſcuſſio, ſed ille

ille ſolummodò dignus, qui pretium ſuffecerit,extimatur.Et eodem *lib.7. Epiſtol.*114. ſubdidit: *Ubi non merita, ſed pecuniæ ſuffragantur,reſtat,ut nihil ſibi pravitas, nihil ſibi defendat induſtria: ſed totum auri profanus amor obtineat.*

150 Utinam noſtris ævis idem objurgandum non eſſet! Quibus virtus Aſtræa fugata,pavidè per Urbem contempta repit, ubique colluſtrat,ſed à nemine agnoſcitur,expetit Curiam ingredi, at hoſtiis præcluſis, repagulis auri revertitur, ac erubeſcens expes, flebilis abit; quoniam, ut dixit Plat.*de Republic.lib.*8. Cum cæteris ad propoſitum congeſtis à doctiſſimo, eruditiſſimoque politico noſtro Bobadilla *lib.*1.*Politic.*

151 *cap* 11. Quando in Civitate divitiæ, ac divites honorantur, virtus probique viri diſpiciuntur, quod delirium ſeculi noſtri opinatur Bernius *Arcan.Mortalitat.*

152 *ſymbol.*41.Eſtque adversùs preceptum Philoſophi Pherecydis, qui ſolitus erat dicere, ac hortari Lacædemones: *Neque aurum, neque argentum honorandum.* Ut ex Theopompo in mirabilibus, refert Diogenes Laërt. *de Vitis Philoſophor.in vita Pherecydis lib.*1. Hinc fit, quod quoties meritorum compenſatio non fit, ſed merito pecunia præit, dignitates indignis tribuantur, cum dignus cenſeri nequeat qui pretio comparat honores. Hoc in ſummum

153 Reipublicæ detrimentum admittitur. Nam ut ex Platone refert Lambertus Danęus in *Sylva aphoriſm.politic.* In tribuendis

154 Reipublicæ muneribus, unius maximè virtutis, non cenſus, nõ generis, non virium, cæterarumque rerum externarum ratio habenda; aliàs lęditur virtus,ac viris doctis deſeritur,cum præmiis injuſtè fraudentur, quia gratis pœnitet eſſe probum, ut cecinit Ovidius *lib.2.de Pont.epiſtol.*3.

Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint
Non movet, & gratis pœnitet eſſe probum.

Idipſũ Juſtus Fabius à Cornelio Tacito ſciſcitatur,ut ipſe Tacit. in *Orat.*cõfitetur. Ideo flebili tubâ Bilbilitanus edolet, nullos temporibus ejus fuiſſe egregios Poëtas, quòd à nemine vigiliarum ſuarum mercedem capeſſerent *lib.*8.*Epigramm.*56.

Temporibus noſtris ætas cum cedat avorum, 155
Crevit & major cum Duce Roma ſuo
Ingenium ſacri miraris abeſſe Maronis,
Nec quemquam tanta bella ſonare tubâ.
Sint Mecœnates, non deerunt Flacce Marones:

Sin autem merita minimè compenſationem ex remuneratione conſequantur; ſi præponatur pecunia;ſi indocti, illitera- 156
tique ſapientibus anteant, quare non everſurus omnis Reipublicæ ſtatus? ex quo ſuboritur, ac provenit magnum inconveniẽs, de quo edolet eruditiſſimus Solorzanus *en el Derecho de las Plaças honorarias. num.*69. Et orto graviori malo, Reſpublica ex ineptorum exaltatione elangueſcit. Quod adeò Claudiani tempore crebuit,ut obtuẽs Imperiũ ruens,ex eo,quod immeriti ad digni-

gnitatum cacumina pertingerêt, ampliùs nuſquam lamentabatur in *Rufin.lib.1.carm.3.*

.... jam non ad culmina rerum
Injuſtos creviſſe queror. Tolluntur in altum,
Ut lapſu graviore ruant.

157 Qua ex re juſtè dolendum opinor; quoniam ſecundùm Ciceronem *lib.2.de Orat. Invidêt homines maximè paribus, aut inferioribus, cum ſe relictos ſentiunt, illos autem dolent evolaſſe.* Qui pro năſciſcendo munere aurum effundit, dignitate, quam appetit, ſe indignum fatetur: dum inſcitiæ, qua potitur pecuniam panſam ineptè opitulari auſpicatur. Si-
158 quidèm ut affatur Mercurius apud Plautum in *Amphitr. in Prolog.*

Virtute ambire oportet, non favitoribus.
Sat habet favitorum ſemper, qui rectè facit.

Ementibus, munera exhibere, inhoneſtum dixit Salluſtius *de Republic.ordinand.* ibi: *Judices à paucis probari, Regium eſt; ex pecuniâ legi inhoneſtum.* Et licèt di-
159 gnitates honorabilem, colendumque, cui provenerint reddant, ut refert Boët. *lib.3.de Cõſolat.Philoſoph.proſ.4.* Tamen quũ conferuntur ementi, ejus potiùs nequitiam illuſtrare adſolent. Et
160 hanc ob cauſam dignitas empta pecuniâ, omnium æſtimatione ſordeſcit, ſac parvipenditur, quod notat Bobadilla *lib.1. cap.14.num.26.* ibi: *Y eſtas coſas envilecen, y manchan los oficios, porque como San Gregorio, y Quintiliano dixeron por la mayor parte ſe reducen à precio, y à dinero ſon viles, y ſe reſpetan poco.* Quo fit, ait Boetius ubi ſupra, *ut indignemur eas ſæpè nequiſſimis hominibus contigiſſe.* Hiſque convenit conviciũ illud Catulli *Carmin.53.*

Quid eſt Catulle, quid moraris emori?
Sella in Curuli Struma Nonius ſedet.

Siquidem indignos repente ad dignitatum culmina pergere lugemus, quò alluſit Satyricus de indignis, ac ignorãtibus illicò ad dignitat[illegible] aſcẽdẽtibus, loquẽs:

Eſtas Mataduras
Cubren con Garnachas;
Oy ſe ve en la ſilla
El que ayer fuè Albarda.

Toga pecuniâ parta contemni- 161
tur, quia quomodo, quod virtutis præmium eſſe debuerat colere quimus, ſi jam venale factum intuemur? Quapropter ſcitè Cicer.*lib.2. Officior.*ait: *Nam quis denuo veneretur quod venditur, aut quis non vile putet, quod emitur?* 162
Et in terminis noſter eruditiſſimus Velaſc.*de Privileg.paup.part.1. quæſt.6:* & Bobadilla *lib.2. Politic. cap.11. num.10.in fine,* ibi: *El que compra de neceſſidad à de vender.* Et *lib.1.cap.14.num.26.* Illum locum aſciſcit Divo Gregorio *lib.7. epiſtol.113.* Confert nimiopere ad rem Quintilian.*lib.12. cap.7.*ibi: *Pleraque ſanè hoc ipſo* 163
videri poſſũt vilia, quòd pretium habent. Hoc ipsũ apertè elicitur ex Claudian.in *Eutrop.lib.2.carm.20.*

Patricius conſul maculat, quos 164
vendit honores.
Plus maculat, quos ipſe gerit.

Quẽ etiam ferè turpem morem objurgat Seneca *epiſtol.116.* his ver-

verbis: *Hæc ipſa res, quæ tot Magiſtratus, & Judices facit, pecunia ex quo in honore eſſe cœpit, verus honor rerum cecidit, mercatoreſque, & venales invicem facti non quale quid ſit quicquid, ſed quanti.* Et *lib.* 1. *de*
165 *Beneficit.* ait: *Provincias ſpoliari, & nummarium Tribunal audita, ut in licitatione alteri addici, nimirum quando quæ emeris, vendere Gētium jus eſt.* Id ſanè obtingit, quoties munera veneunt. Nam emens juſtitiam vendit. Quò reſpiciens Imperator Alexander Severus, dixit neceſſarium eſſe, ut qui
166 emit vendat, nec ſine rubore puniri poſſe eum, qui quod emit vendit, dum ait: *Ego non patiar venditores poteſtatum, quos ſi patiar damnare non poſſim, erubeſco enim damnare illum hominem, qui emit, & vendit.* Teſte Ruginello *de Senatoribus.* §. 1. *gloſſ.* 3. *cap.* 12. *num.* 152. Cujacio *Expoſit. in Novell. conſtit.* Juſtin. *Novell.* 8. *de Præſidib.* Addente vice verſâ æquum eſſe, ut qui non emit, nec vendat, & qui pro honore nihil dedit, nihil etiam accipiat.

167 Alexander enim optimâ niſus ratione, ſe Magiſtratus, dignitateſque vendere nolle aſſerebat; quoniam ementes neceſſarium eſſe ad pecunias recuperandas vendere juſtitiam, teſte Lampridio in *Vita Alexandr.* Quod etiam docet Angelicus Doctor in *Opuſcul. ad Duciſſ. Brabant.* hiſce verbis: *Cum officium ſub mercede venale diſponitur, nihil niſi ad recuperandum, & reburſandum pretium attenditur.* Idque timens Juſtinianus vetuit dignitates vēdi, ſed gratis conferri debere: Nihilo ſuffragiorum nomine dato; aliàs omnia mala ſequuntur: ait enim Juſtinianus *Novell.* 8. *Ut Judic. ſine quoq. ſuffrag. fiant. collat.* 2. *tit.* 2. *An certè non omnibus manifeſtum eſt; quoniam qui aurum dat, & ita adminiſtrationem emit; non dat hoc ſolum quantum occaſione adinventum eſt ſuffragiorum; ſed & aliud extrinſecus addit, amplius occaſione commodi adminiſtrationem aut dantibus, aut recipientibus.* Prohibuit enim poſt plurium dierum cogitationem, expetito uxoris conſilio, dignitates vendere ad hoc, ut mala, quibus ejus vexabatur Imperium, divelleret. Siquidèm quando officia publica venundantur, ementes omnia vendunt, & hinc homines ſcientes pecuniâ evadere immanes plurima crimina patrāt, ut dicit Juſtinianus in dicta *Novell.* 8. *Ut Judic. ſine quoq. ſuffrag. in fine. Quis enim ſine periculo non furatur, quis non latrocinabitur ſine reatu ad adminiſtratorem reſpiciens? Illum namque videns omnia auro vēdentem, & præſumens, quia quicquid egerit illicitum hoc pecunias dando redimet. Hinc homicidium, & adulterium, & invaſiones, & vulnera, & raptus virginum, & commerciorum confuſio, & contemptus legum, & judicium omnibus tuæ venalia propoſita eſſe putantibus tamquam aliquod optimorum mancipiorum. Sed neque ſufficimus conſiderare, & exponere quanta ex furto Provincialium judicum fiunt peſſima, nullo eos præſumentes cum fiducia redarguunt, cum illi repente ſe emiſſe ſingula pronuncient.* Conſonat *cap. Principatus* 1. *quæſt.* 1. Quippe ut inferiùs aſſeram, qui munus mercatus eſt, proximus eſt,

eſt, ut juſtitiam venundetur, ac ejus quæſtus perperã faciat. Hûc ſpectat illud convicium Satyrici noſtri loquentis de iis Miniſtris, qui Magiſtratus emunt:

Y con avara codizia
Juzga en el Pleyto mas ſerio,
Que pues comprò el Miniſterio,
Podrà vender la Juſtizia.

Hanc fœdiſſimam Magiſtratuũ venditionem leges, & jura, prout pernicioſam Reipublicæ damnant, ac prohibent, ut atteſtantur Azorius *lib.*8. *Inſtitut. moral. part.*3. *cap.*7. *quæſt.*3. Maſtrillus *lib.*1. *de Magiſtratib. cap.*20. *nu.*33. Hinc multa conſurgunt incommoda. Siquidèm qui hæc munera emunt, ſunt indocti, ac illiterati, quibus mediante pretio, dignitas perperam traditur, ut benè Maſtrillus ubi ſupra, & *n.*34. aſſeverat, omnem ſtudiorum, ac virtutum rationem tolli, ex quo officia habentur pecuniâ, & pleroſque rerum imperitos, ac ignorantes (Nam ſi eſſent docti dignitatem emere erubeſcerent) aut opulentiores, licèt vecordes, Senatores fieri. Subnectens, quod emptores hujuſmodi ut extorquant pretium, quod pro dignitate dederũt, & aliquod amplius lucrentur, multa furta, ac crimina patrant; quia, ut dixit eruditus Tholoſanus *lib.* 36. *Syntagmat. jur. cap.*29. *num.*1. Qui illicitè cupiditate, pecuniâve Magiſtratus nanciſcitur, vix eſt, ut is poſtea non nundinetur illicitè, & ejuſdem Magiſtratus fœdiſſimã non exerceat mercaturam. Siquidem ubi nummati ingreſſi ſunt Tribunalia, & ubi ii noſcunt nũmi lucrum, & negotiationem admiſſi ſunt, ſtatim diffugit integritas judicii, ut idem Tholoſanus *num.*16. ſubdidit. Et hinc fit, ut ab omnibus vendere Magiſtratus acriter improbetur, ut videre eſt apud Divum Thomam in *Opuſcul. ad Duciſ. Brabant.* Solorzanum *tractat. de las Plazas honorarias.* Panormitanum, Innocentium, Joannem Andream, & alios in *cap.* 1. & 2. *Ne Prælat. vic. ſuas.* Sotum *lib.*3. *de Juſtit. & jur. quæſt.*6. Valentiam in 2.2. *Divi Thom. quæſt.*7. *diſput.*5. *princip.*2. *quæſt.*5. *verſic. Tertio dico.* Tholoſanum *lib.*2. *de Republic. cap.* 6. Maſtrillum *lib.*1. *de Magiſtrat. cap.*20. *num.*27. Bobadillam *lib.* 1. *Politic. cap.* 14. Cajetanum in *verb. Officiorum ſecularium venalitas.* Quò affirmat officiorum vẽditionem ob tot, tantaque mala eſſe periculoſam, & è Republica exterminandam. Nam quoties Magiſtratus ſunt in Republica venales, neceſſariò inde ſequitur, ut qui emit vendere habeat juſtitiam, & quando juſtitia venditur, quid boni in Republica eſſe poteſt? ut lamentatur Maſtrillus *num.*37. *in fin.*

Roma, quæ univerſo dominabatur Orbi, quum munera publica, ſecundùm meritum largiebantur: poſtquam officia venalia facta cæperunt eſſe, ſubacta fuit, & interiit. Hûc reſpicit vulgatum effatum illud, Vendere Magiſtratũ eſſe ſignũ ruẽtis Imperii. Et cum olim in Gallia Magiſtratus venales fierent, ut Regis repleretur Ærarium, edolens Tholoſanus *lib.*36. *cap.*29. *num.*16. dixit: *Et vereor nè ea parte, qua putant ærarium Principis in-*

intumeſcere, lapſus ſit totius Reipublicæ Gallicanæ ſtatus. Id ipsũ meditãs acriter, queritur Satyricus:

En vil Almoneda
Sus Pueſtos rematan
En ſugetos cortos
Porque mas ſe alargan;
Unas ſobre otras
Las futuras danzan
Comprantes, que imitan
La danza de Eſpadas.

Hæc verba loqui vidẽtur de noſtri temporis *Futuris*, quę nõ futurâ, ſed præsẽti pecunia cõparãtur. Ideo Jugurtha poſtquam Romã egreſſus eſt, fertur ſæpè Tacitus eò reſpiciens poſtremo dixiſſe: *Urbem venalem, & maturè perituram, ſi emptorem invenerit.* Teſte Salluſtio *de Bell. Jugurthin.* Ubi Daniel Criſpinus in notis teſtatur, Jugurtham haud poſſe magis contemnere Romam, plus eſt eam venalem nuncupare, quàm ſceleſtiſſimam, aut perditiſſimam dicere. Nec majus eſſe poteſt hominum depravatorum, & perditorum indicium, quàm juſtitiam, & æquitatem omnia ſimul auro rependere, & væ Reipublicæ illi, in qua ea peſtis graſſatur. Rurſus Salluſtius *de Republic. ordinand. ad Cæſar.* ait: *Verùm hæc, & omnia mala pariter cum honore pecuniæ deſinent, ſi neque Magiſtratus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt.*

Hanc ob cauſam Imperator Anaſtaſius ſuſtulit venationes, & Magiſtratus, qui erant venales gratis contulit. Idipſum Martianum Auguſtum feciſſe fertur, qui cum à toto exercitu crearetur Imperator, nemini per pecuniam Magiſtratum conferẽdum eſſe decrevit, teſte Theodoro *Anagnos* in *Collect.* Qui ut habeat officium, fundit pecuniam, jam habet animum malè faciendi, & indebitè lucrandi, ut ex Baldo, Bartolo, Angelo, Joanne de Platea, Rebuffo, & Paride de Puteo, aſſeverat Maſtrillus *lib. 1. cap. 20. num. 38. de Magiſtratib.* Tandem Nero Imperator, omniumque iniquitatum compendium, cum optimè ſpei juvenis eſſet, Curiã ingreſſus, egregia multa ſe eſſe facturum promiſit, & inter alia nihil in Penatibus ſuis venale, aut ambitioſum eſſe permiſſurũ. Ergo perterreat Princeps, contremiſcãt Principum Conſiliarii, hortantes Principem poſſe vẽdere officia habẽntia annexam juſtitiæ adminiſtrationem. Nam omnes mortale peccatũ committunt, ac tenentur ad rẽſtitutionẽ dãnorũ, quæ inde ſubditis contingunt ob imperitiam, ac avaritiã ementium. Undè optimè Tholoſanus *lib. 36. cap. 29. num. 18. in fine.* dicit: *Videant qui contrectant ex hoc quæſtu* (ſcilicet ex venditione Magiſtratuum) *pecunias, num ſit digna aliqua commutatio nũmaria cum detrimento animæ?* Quod enim vendentes Magiſtratus committant peccatum ex communi Theologorum Schola tradunt Ponte *de Poteſtat. Proreg. tit. de Elect. Official. §. 5. num. 7.* & ex eo Maſtrillus *de Magiſtrat. lib. 2. cap. 1. num. 72.* Ubi venundantes aſſerit ad reſtitutionem omnium damnorum teneri. Quod extenditur, ut non ſolùm vendentes, ac munerum publicorum fœdiſſimi mercatores læthalis peccati labe maculentur: verùm quoque mortaliter peccant, qui Magiſtratus emunt, qui cum ſint indocti ſe immiſcent negotiis ſibi

bi ignotis, teſtante Ruginello *de Senatoribus*. §.1. *gloſſ*.3. *cap*.18. *num*.255. Subnectente hujus peccati cauſam eſſe, qui inhabilem, ob pecuniam indignè Magiſtratus infulis ornant. Quod juri naturæ obluctatur. Quippe præter obligationem juſtitiæ diſtributivæ, adeſt quoque naturalis æquitas ſuadens, ut quiſquis ſuorum laborum dignam compenſationem accipiat, ut ſcribit Caſſiodorus *de Formula Tribunatus Provinciarum lib*.7. *Variar. cap*.30. *in princip*. his verbis: *Æquitati convenit, ut unuſquiſque ad fructum militię emenſo tempore debeat pervenire, & laboris recipiat præmium pro compenſatione meritorum.* Confert Senec. *de Benefic. lib*.1. *cap*.9. ubi hocce modo obloquitur: *Provincias ſpoliari, & nummarium Tribunal, audita utrinque licitatione alteri addici non mirum, quando quæ emeris, vendere Gētium jus eſt.* Vide Saavedram *Empreſ. politic*. 53. Hanc ob cauſam hi propriis
168 expenſis dedecus ſibi comparant; quia à nemine, prout indigni reverentiâ afficiuntur. Nam ut pulchrè ait Boetius *lib*.3. *de Conſolat. Philoſoph. Proſ*.4. *Non enim poſſumus ob honores reverentia dignos judicare, quos ipſis honoribus judicamus indignos.* Ex cujus ſanè
169 contemptu, juſtitiam, adminiſtrationemque Reipublicæ periclitari ex plurium authoritate commōſtrat Solorzanus *Derecho de las Plaças honorarias num*.179. Et quamquam togâ tumeſcentes incedant, eiſque adulatorum genuflexio ſubſternatur, juxta illud Senecæ *Epiſtol*.29. ibi: *Si te*
170 *videro celebrem ſecundis vocibus vulgi, ſi intrante te, clamor, plauſus, atque Pantomimica ornamenta obſtrepuerint; ſi tota Civitate te fœminæ laudaverint; quidni ego tui miſerear, cum ſciam, quæ via ad turpiſſimum hunc adulationis favorem ferat.* Non ipſis; ſed Religioni, ut obtigit vecordi Aſino, Iſidis Simulacrū geſtāti, quod cū omnes obviam ei occedentes adorarēt, elatus Aſellus credens ſe eſſe Deum; audivit hance Agaſonis percutientis vocem: *Non es Deus, Aſelle, ſed fers Deum*, ut fabrè effingit Alciat. *Emblem*.7.

Iſidis effigiem tardus geſtabat Aſellus
Pando veneranda dorſo habens myſteria.
Obvius ergo Deam, quiſquis reverenter adorat,
Piaſque genibus concipit flexis preces;
Aſt Aſinus tantum præſtare credit honorem
Sibi, & intumeſcit admodum ſuperbiens:
Donec cum flagris compeſcens dixit Agaſo:
Non es Deus tu (aſelle) ſed Deum vehis.

Hoc ipſum accidit viris illis, 171
qui perperam pecuniâ, ſeu illicitis quibuslibet mediis dignitates nanciſcuntur, quibus haud veneratio perhibetur, ſed muneri, ac dignitati. Hi juſtè dignitatibus ſpoliari deberent, quia eas idoneis, quibus debebantur eripuêre. Hûc afferendus eſt Lacæmoniorum mos, qui in Senatu centum, ac quadraginta Sellas, totidemque Judices habebant. Incumbebant Sellæ Leonibus, qui uno pede Sellam fulciebant, & altero Simiam projiciebant.

Id-

Idcirco Lemma ſubſcriptum fuit: *Cede: Leo hic ſedebit*. Oſtendebãt per hoc Lacædemones viros indoctos, illiteratos, ac inſcios ſuper dignitatum Candelabris conſtituendos non eſſe; ſed à Leonibus, ideſt ab hominibus doctis literis, ac virtute præditis occupari, ut eſt apud *Epitom. variar. hiſt.*

Quorum hominũ generi cõnectẽdi ſunt, quibus intuitu uxoris dignitas indignè obvenit, qui tãquam nuſquam propriâ fulciti virtute, aptitudinem ad nanciſcendum munus, quod per ſeipſos haudquaquam merentur, ab uxoribus perperam mutuari auſpicantur. Hujuſmodi homini-
172 bus, dignitas hocce modo adepta, magis dedecoris, quàm decoris affert. Eiſque adſcribẽdum illud Boëtii *lib. 3. de Conſolat. Philoſoph. proſ. 4. Vides ne quantùm malis dedecus adjiciant dignitates?* Dignitas literato collata refulget, indocto æſtimatione gentium vileſcit, ut atteſtatur idem Boetius *de Conſolat. Philoſoph lib. 2. proſ. 6* ibi: *Et ſi quando, quod per*
173 *rarum eſt, probis honores deferantur, quid in eis aliud, quàm probitas utentium placet? ita ſit, ut non virtutibus ea dignitate, ſed ex virtute dignitatibus honor decedat.* Quid conferunt proprii, qui ſpe parentum, uxorum, alteriuſve favore tantùm confiſi ſecorditer ipſam dignitatem adipiſcuntur? quam ob eorum imperitiam nequaquam merentur. Hos lepidè Cicero, Pecora Arcadia, favore Magnatum, vel pecuniæ ad Senatoriam dignitatem, abſque merito evecta, appellavit: nec perpe-
ram cũ indocti, ac illiterati ſolâ, 174
formâ à beſtiis ſecernantur, ut ex Strobæo fatetur Angelis *de Virtut. Chriſtian. Judic. cap. 5. num. 3. in fin.* Quamobrem rectè alienæ inhærere famæ miſerabile dixit Juvenal. *Satyr.* 8.

Miſerum eſt alienæ incumbere famæ.

Quoniam ut ajebat Boetius *de Conſolat. Philoſoph. lib. 3. Splendidum te, ſi tuam non habes, aliena prædicatio non efficit.* Turpiſſimũ eſt alienis veſtibus indui. Qua- 175
propter Hippias laudatur ab Apulejo *Florid.* 9. Quia nihil comparaverat ex iis, quæ habebat 176
ſecum ibi: *Omnia ſecum, quę habebat, nihil eorum emerat; ſed ſuis ſibi manibus confecerat, & indumenta, quibus indutus, & calciamenta, quibus erat inductus.* Quò enim propria poſcitur virtus, ad quid majorum laus afferenda? ad quid aliena ſibi inmeritò aſciſcere? quoniam ut canit Ovidius *lib. 13. Metamorph.*

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco, &c.

At omnia, quæ ad hanc rem 177
conferunt mirabiliter expoſuit Apulejus *de Deo Socrat. ad fin.* ibi: *Similiter igitur, & in hominibus contemplandis noli illa aliena æſtimare, ſed ipſum hominem penitus conſidera: ipſum ut meum Socratem pauperem ſpecta. Aliena autem voco, quæ parentes pepererunt, & quæ fortuna largita eſt, quorum nihil laudibus Socratis mei admiſceo: nullam generoſitatem, nullam proſapiam, aliena ſunt.* Et paulò inferiùs ſubdidit: *At enim bonis artibus doctus, & apprimè eſt eru-*

di-

ditus, & quantùm licet homini, ſapiens, & boni conſultus? tandem aliquando ipſum virum laudas. Hoc enim nec à patre hæreditarium eſt, nec caſu pendulum, nec à ſuffragio anniculum, nec à corpore caducum, nec ab ætate mutabile. Ex quibus
178 infertur, filiis contemplatione parentum munera neutiquam elargienda: niſi pro terminis habilibus, ut fuſo calamo exaravit eruditiſſimus Altamiranus in *Commentar. ad titul. Codic. de Filiis Official. milit. qui in bell. moriuntur. lib.* 12. Quippe perniciosum eſſet juris ignarum patris intuitu ad
179 Senatoriam dignitatem evehere. Verum enim eſt filiis in ſolatium amiſſorum parentum à Republica aliquod emolumentum deberi; quia utilitas perſonarum bonarum debet ſucceſſione renovari, nè defectu ſervientium patiatur aliquod res ſuſpenſa diſpēdium, teſte Caſſiodoro *lib. 1. Variar. cap. 36.* At non ut in eorum munera ſubrogentur, cum for-
180 ſan ad ea perfungenda inepti cenſeantur. Quò reſpiciens Solon filios eorum, qui in bello oppetebant ex publico alendos, erudiendoſque præſtituit, teſte Diogene Laertio *lib. 1. de Vit. Philoſ. in Solon. Salamin.* ibi: *Solùm verò eos, qui in prœliis occubuiſſent, præmiis eſſe illuſtrandos, quorum filios publico nutriendos, erudiendoſque præcepit*. Et oſtendit Caſſiodorus *lib. 2. Variar. cap. 17. & lib. 9. cap. 22.* Et fortiter in bello pro patriâ morientibus honores, & pręmia eorum liberis in exequiis occiſorum donanda apparet apud Lambert. Danæum in *Sylva Aphoriſm. politicor. ex Thucydid. lib. 2.*

Hoc ipſum eruitur favore filiorum, qui patres in bello amiſerunt ex Alex. ab Alex. *Dier. genial. fol.* 104. Quò affatus fuit: 181
Romanis verò traditur uſus, ut quorum parentes Reipublicæ cauſa occubuiſſent liberi præmia ferrent, quæ illis deberentur. Hæc eadem 182
pietas erga filios, quorum pro Republica occubuêre patres, viguit apud Athenienſes, qui filiis mortuorum, haud munera in ſolatium amiſſorum parentum largiebantur; ſed eos publicè alebant, teſte Lamberto Danæo in *Sylva aphoriſm. politic. ex Tucydid. lib. 2.*

Quapropter detegitur gravis 183
error Onoſādri in *Stratagem. cap. 1.* ibi: *Quid præclarè à majoribus geſtum eſt inſpicere; nec quid ipſimet eligendi præſtare poterunt expendere.* Quamobrem eum objurgant Tapia *de Triplic. bon. lib. 3.* Ammirat. *lib. 17. diſſertat. diſcur. 3.* Præmium non paternæ; ſed virtuti propriæ tribuendũ eſt, cum 184
nec opes, nec illuſtre nomen parentum, ſed candor, & ingenium eximios, optimèque meritos homines faciat, ut Maximo reſcripſit Ovidius *lib. 1. Epiſtol. 9. de Pont.*

Si modo nec cenſus, nec clarum nomen avorum
Sed probitas magna ingeniumque facit.

Hũc reſpiciens adoleſcēti pater- 185
num flagitanti ſtipendiũ Plutarchus in *Apboriſm* reſpondit: *Ego mi adoleſcens mercedem, & munera dare propriæ, non paternæ virtutis cauſa dignis ſoleo*. Idipſum Antigonum Regem dixiſſe nimirum *Propriæ virtuti, non paternæ do mercedem, & præmium.* Memorat

Angelis *de Virtut. Chriſtian. Judic.cap.6.num.2.* Et ut proſequitur Senec.*de Benefic.lib.5. cap.19.*
186 *Mens ſpectanda eſt dantis: beneficium ei dedit, cui datum voluit. Si in patris honorem fecit, pater accepit beneficium.* Non poteſt Reipublicæ moderari cauſas, niſi quem immenſa cauſarum notitia laxavit: nec regere pugnam ignorans quid ferrũ ſapiat. Et ideò Xe-
187 nophon dixit, quod ibi periit rei militaris ſtudium, ubi non illius periti homines, ſed cujuſvis vocationis homines ex favore, non ex virtute exercitui, vel militibus præficiuntur, ut refert Lambert.Danæus in *Sylva aphoriſm.politic. ex lib.8. Xenophont. de Cyr.* Quod noſtris temporibus exprimitur. In quibus Duces aſpicimus, qui nunquam Tubarum ſonum audiverũt: itaut pro hujuſce veritatis authoramento, liceat mihi pulcherrima verba Plinii *lib.2.Epiſtol.*7. referre, qui in ſimili queritans ait: *Heri à Senatu Hiſtricio Principe authore Spurinnæ triumphalis ſtatua decreta eſt: non itaut multis, qui nunquam in acie ſteterunt, nunquã caſtra viderunt, nunquã denique tubarũ ſonũ, niſi in ſpectaculis audierũt.* Ut contingit aliquibus Ducibus, ac Officialibus militaribus noſtri teterrimi ævi, qui abſque optatis belli experimentis ad cæteros regendos præponũtur, cum ipſi ſe regere neutiquam valeant. Et hanc ob cauſam res bellicas, militareſque exitus adverſos experimur. Siquidèm nobis obvenit, quod olim Athenieñſibus accidebat, apud quos cũ imperiti Duces eligerentur, Antiſthenes eis conſulebat aſinos, ut equos deſignare, quod cũ illi à ratione alienum dicerent: *At*, inquit, *apud vos Duces ſunt, qui nihil didicerunt*, ut refert Diogenes Laert.*de Vitis Philoſophor. lib.6. in Antiſthen.* Nam juxta Senec.*Epiſtol.*13.*Non poteſt Athleta magnos ſpiritus ad certamen afferre, qui numquam ſugillatus eſt.* Quippe turpiſſimum eſſet, ignavum, timidumque 188
filium ſtrenui Ducis ad paterna munera, exercituſque moderandos extolli, ſolùm recordatione parentis. Et abſurdum eſſet vecordem filium literati viri, doctum evadere poſſe; & ideo eum togâ digniori debitâ inſignire, cum dotes animi neutiquam 189
generationi ſubſint. Quapropter ſcitè jura ſolâ ſanguinis præſumptione munera renuunt conferre, ut Imperatores Severus, & Antoninus præſtituêre in *l.1. ff. de Munerib. & honorib. non continuand.* ibi: *Sicut honores, & munera cum pater, & filius Decuriones ſunt, in eadem domo continuari non oportet, &c.* Quò alludens Juvenal.*Satyr.*8.

Stemmata quid faciunt? quid prodeſt Pontice longo 190
Sanguine cenſeri, pictoſque oſtendere vultus
Majorum?

Hanc peſſimam corruptelam increpat Satyricus his verbis:

La Milita ciencia
Es ya hereditaria,
Y Abuelos infunden
Ciencia de Embaxadas.

Ratio interdicendi munera fi- 191
liis recordatione parentum perbellè exprimitur de Jure noſtro Hiſ-

Hiſpano in *l.7.tit.2.lib.7 ordinam.* ibi : *Porque pueſto, que ſe preſuma, que la perſona , que tiene la Alcaydia , ò el oficio publico , es digno , y babil para exercer , no ſe ſigue por eſo , que lo ſera el fixo, ò el bermano:ca la eſcritura , e la eſperiencia nos face ciertos , que muchos fueron buenos , y tuvieron fixos malos , y muchos fueron amigos de Dios, que ſus bermanos fueron aborrecidos del , y ſeria muy errado penſamiento, penſar queel Don, y gracia de governarſe dirige de padre en*
192 *fixo* . Unde cum hoc exploratum ſit, ſi Princeps illiteratos intuitu majorum , vel causâ pecuniæ, ſeu favoris , ſpretis viris doctis, ac benemeritis , ad dignitates extollat , nullis eorum meritis exiſtentibus ; nil aliud facit , quàm literarum ignarum Bibliothecæ.Præfectum conſtituere, ut dixit Brocenſis ad Alciat. *emblem.7.* Afferens illud Ariſtophanis in Ranis.

Ita per Jovem ſum aſinus vehens myſteria
Verum iſtam non jam ſuſtinebo diutius.

Summa porrò eſt laus Regnantis ad dignitatem homines doctos promovere, quæ nec divitiis, nec Natalibus tribuenda eſt, ut utrũque firmat Caſſiodorus *lib.5.Variar.cap.4.* his verbis : *Certum eſt P.C. prudentibus viris veſtrum florere conſilium. Sed & boc probatur egregium , quod vobis permiſcetur dignitas literarum . Omnes enim , quos ad quæſturæ culmen evebimus, doctiſſimos æſtimamus e-quales legũ interpretes , & conſilii noſtri decet eſſe participes. Dignitas, quæ nec divitiis, nec ſolis natalibus invenitur, ſed tantum eam cum doctrina conjuncta poteſt impetrare prudentia .* Quibus verbis Theodoricus hortatur ſe dignitates doctis tribuere, non natalibus , nec pecuniis , nec inſciis.

Siquidèm imperiti , & inexperti , cum nec ipſos , nec quos moderantur ſatis cognoſcant , quomodò rectè unquam Magiſtratum gerere poterunt ? quod in legibus condendis ſuis monſtravit, oſtenditque Plato *de Legib. Dialog.6. in princip.* per hæc 193
verba : *Audi jam nemini dubium* 194
eſt , quin cùm magna res legum latio ſit , ſi quis Civitati per leges benè paratæ non idoneos Magiſtratus conſtituat , quamvis leges benè poſitæ ſint; tamen non modo id nihil proderit , riſumque movebit ; verùm etiam calamitates maximas civitatibus pariet ; nam ſi rudes, & inexperti mittuntur, cùm nec ſeipſos, nec eos , quos moderantur ſatis cognoſcant, nec adhuc eruditi ſint , quomodo rectè unquam Magiſtratum gerere poterunt ? quomodo leges executioni tradent, ſi eorum ignari conſilium prudens exquirere non aſtringuntur ? quomodo leges exequentur? Quem profectò Platonis locum ſcitè commemorat noſter Matienzus *lib.4.Recopilat. tit.10. l.5.gloſſ.1.num.2.in fin.* Ubi id ad Principis aures perveniri deprecatur, ac optat . Hoc enim Principes abſque labe peccati face- 195
re poſſe abnegandum, cum Princeps ad adminiſtrandam juſtitiam digniores eligere , ac quærere teneatur. Siquidèm Princeps tenetur uti omni diligentia , ut digniorem ſeligere queat. Nam quamquam electio de minus 196
di-

digno, digniori prætermiſſo, va-
lida ſit in foro conſcientiæ, juxta
diſpoſitionem Text. in *cap. Cum*
nobis olim. de Elect. & in cap. Cum
dilectus eod. titul. Ut quoque do-
cuerunt Divus Thomas 2.2. *q.* 63
& quodlibet. 8. *artic.* 6. Aragon. *de*
Reſtitut. quæſt. 62. *artic.* 3. *column.* 2.
Covarruv. in *cap. Peccatum.* §. 7.
num. 3. Tamen Princeps certè
peccat præferendo minus di-
gnum digniori, teſte Ruginell.
de Senatorib. §. 1. *gloſſ.* 3. *cap.* 21.
197 *num.* 291. Sicuti quoque peccat
ille, qui cum ſit inhabilis impari
ſe ſubjicit muneri, ac oneri Di-
vus Thomas 2.2. *quæſt.* 130. *art.* 1.
Archidiaconus in *cap.* 1. *in fin. di-*
ſtinct. 48. Nevizanus in *Sylva nu-*
ptiarum lib. 5. *num.* 54. Benedictus
in *cap. Raynutius. verbo Et uxorem*
nomine Adelaſiam. num 590. *de te-*
198 *ſtamentis.* Nam ſi poſtpoſitis ſa-
pientioribus, minus idoneos eli-
gere liceret, fruſtra per dignio-
res Reipublicæ conſultum eſſet;
quoniam utilitas publica præfe-
renda eſt, ac congruit æquita-
ti, ac juſtitiæ, ut minus idonei à
muneribus repellantur, quod
antea ſcripſit Apulejus *de Habi-*
tud. doctrin. Platonis Philoſoph. ibi:
199 *Ad hoc bonus quiſque natura, &*
honoribus, & officiis preferatur.
Peſſimi cives luce careant dignita-
tis. Si vilis juſtus in deferendo hono-
re, ac ſervando modus eſt ei, qui eſt
ſuffragator bonorum, & malorum
ſubjugator: ut ſemper in Civitate
emineant, quæ ſunt omnibus profu-
tura, jaceant, & ſubjecta ſint cum
ſuis authoribus vitia. Quippe,
ut ſcripſit Divus Auguſtinus in
200 *lib. Sermon.* Ordinata eſt à Deo
concorda, & clara juſtitia, & qui
excellunt ratione, excellant etiã
poteſtate.

Rex enim propter Regnum, 201
& non Regnum propter Regem
fuit inſtitutus, idcirco cum in
foro interiori cauſa ſuprema ſit
Deus, qui animum Principis
movet, & quid juſtum, & quid
bonum, quid ſalutare conſcien-
tiæ illius, haud debet ab ipſo bo-
nò diſcedere, alioquin graviter
peccat, & ipſi Deo rationem
reddere teneri affatur Ruginel-
lus *de Senatorib.* §. 1. *gloſ.* 3. *cap.* 21
num. 282. Et plurima ad propoſi-
tum affert Tholoſanus *lib.* 36.
Syntagm. jur. cap. 29. Sin autem
Princeps totis viribus ad do- 202
ctiores eligendos utatur, non
peccat; Secus verò ſi omittit, quæ
poteſt, & debet ſervare, quia
Deum tentare videtur, Divus
Thomas 2.2. *quæſt.* 63. *artic.* 4. *ad*
1. *& quæſt.* 93. *artic.* 1. *& artic.* 3.
ad 2. Videlicet ſi indignos, im- 203
peritos, minuſque idoneos præ-
ficiat, credens eos tales eſſe, aut
poſtquam ſciverit eos haudqua-
quam deponat, cum poſſit abſ-
que vitæ periculo, & Reipubli-
cæ detrimento, tunc certè gra-
viter peccat, & tenetur ad dam-
norum reſtitutionem, ut tradũt
Navarrus in *Manual. cap.* 25. *num.*
7. *in fin. & in cap. Si quando. de*
Reſcriptis. exception. 16. *num.* 3. *&* 4.
Guillelmus in *cap. Raynutius. ver-*
bo. Et nomine Adelaſiam. num. 99.
de Teſtament. Sotus *lib.* 4. *Sentent.*
diſtinction. 15. *lib.* 4. Siquidem in
hac diſtributione munerum 204
Princeps ita ſe gerere debet: ne
propter eam arguatur, juxta il-
lud Eccleſiaſtes ibi: *Malum ſe*
ſub Cœlo vidiſſe quaſi per errorem,

eggrediens à facie Principis, poſitum ſtultum in dignitate ſublimi. Et cum Princeps aſſimiletur Deo, qui ſicut cæleſtibus orbibus ſuperioribus intelligentias majoris virtutis aſſidere præcepit: ita cœleſtis turbaretur ordo, ſi minoris virtutis Cœlo ſuperiori præeſ-
205 ſet. Hoc etiam modo hæc terreſtris perturbaretur Reſpublica, ſi juſtitiæ exercendæ, ſpretis dignioribus, minus idonei præferrentur. Unde Principes, vel omnes alii, qui jure nominandi potiuntur, tenentur digniores
206 eligere in concurſu, eoſque præponere, alioquin graviter peccant, ut atteſtantur Sotus *de Juſtit. & jur. lib.3. quæſt. 6. artic.2. concluſ.9.* Summa Angelica in *verbo. Acceptio perſonæ num.6.* Sylveſter in *verbo Electio 1. num.18.* Cajet. *Summ. in verbo Acceptio perſonarum.* Covarruv. in *dict. Reg. Peccatum. part.2.§.1. num.5. & §. 7. num.1. & 2.* Qui Canoniſtas citat Gabriel. in *4. diſtinct.15. quæſt. 7. art.3. dub.2.* Div. Thom. *2.2. q.63 art.2.* ubi P. de Aragon. *de Reſtit. quæſt.63. pag. mihi 212. in lit. B. & ſeq.* ibidem & Bañez *pag.192.* & Navarr. *part.2. lib.5. conſil.21.* Et firmatur ex Sac. Conc. Trid. dum ait: *Eos, qui ad promotionem præficiendorum jus à Sede Apoſtolica habent, peccare, niſi quos digniores judicaverint, Eccleſiis præfici cura-*
207 *verint.* Hoc ipſum obſervandū eſſe in eligendis Senatoribus, refert Plinius in *Panegyric. ad Trajan.* ibi: *Eadem Cæſar, quæ Senatus probat, improbatque. Tertio Cōſules fecit, quos vos elegeratis, & fecit hoc ordine, quo electi à vobis erant; nimirum primo loco deſcriptū per Regios Conſiliarios diligens, ut plurimum; quamvis etiam aliquando ſuffragatoris alicujus precibus ſecundo, aut tertio loco nominatum ſecernit, aut ex non nominatis. Si verò eos notos haberet, vel habere poſſet, magis dignum eligere teneretur.* Et ut magis eluceſcat obli- 208
gatio, qua Princeps tenetur in eligendis Miniſtris, pulcherrima verba Politici Bobadillæ *lib. 1. cap.11.* referre libet. Ait enim prædictus Author dicto *cap. n.9.* hoc modo: *En eſte paſſo otro myſterio moviò el coraçon del Rey, que es regido por la mano de Dios. Entiendo yo, y creo es aſſi, que para eſtablecer la dicha ley, tuvo por ſanta intencion el memorable Rey, conocer, y dar à entender a las gentes, que una coſa tân ſanta, e importante, como es la adminiſtracion de la juſticia, no ſe deve dar à trueque de privanças, no en ferias de ſervicios, no por precio de dineros, ni en gratificacion de parenteſco; ni finalmente en deſcuento, y deſcargo de amiſtad. Veys pues como coſa tan neceſſaria al bien comun, no deve ſer duda à trueque de lo temporal, que es bez del mundo. O quan alta intencion, y quan inviolable ley en ſentido aſſi eſpiritual! ſin duda afirmo, que à eſtar los Principes, y Preſidentes del Conſejo en ſola eſta tan ſanta intencion para proveer los Magiſtrados, el Eſpiritu Santo encamina ia la obra por eſta via à Angelicos fines; y los aſſi proveydos uſarián ſus oficios como devrian, en ſervicio de Dios, y de ſu Rey, y en bien, y utilidad de ſu Republica. Por amor de Dios, que no ſe dexe de penſar en ello, que de profanar de todo punto eſtos negocios, viene Dios à ſer*

à ſe indignar, y dexar de la mano la cauſa, aunque es ſuya, y con auſencia de ſu favor ſe ciegan los miſerables Juezes, y caen ellos, y ſus Republicas en tantas calamidades, y lo que proveen, va accoſtado, y flaco, y debilitado, aun para caer, ſi la vara, que toman por tercero pie para ſoſtenerſe (en que ſe repreſenta la potencia humana) no ſuſtentaſſe un poco la verguenza, y temor en los ſubditos, y aun toda via no baſta ſegun por experiencia ſe vee: y lo que mas es de doler, que todas las fuerzas, males, y daños, que ſe cauſan en la Republica por la imperícia, ò mala intencion de tal Corregidor, ſon à cargo del que inconſideradamente por las cauſas arriba dichas le proveyo al tal oficio, como en otra parte diximos, y eſtos ſon los pecados agenos, porquè David rogava à Dios le perdonaſſe. Y ſolo eſto devria baſtar, paraque los oficios de juſticia ſe proveyeſſen por los meritos de la perſona, y no por favor, ni privãza; como lo dexò proveydo bien el Rey Don Enrrique el IV. y lo ſiguieron los Invictiſſimos, y de glorioſa memoria Reyes nueſtros Don Fernando, y Doña Iſabel, en una ley del Ordenamiento digna de que nũca ſe cayeſſe de la memoria para la proviſion de ſemejantes oficios, aunque indignamente dexada de recopilar: y porque aya mas memoria de ſu moralidad, dize lo que es à nueſtro propoſito deſta manera: Porque naturalmente con la eſperanza del galardon deſpiertan los hõbres trabajar de ſer buenos, y virtuoſos, e los diſcretos conocen, que los oficios de honrra ſe han de dar à los que fueren hallados buenos, e virtuoſos, e no por ſer fijos de los Oficiales, à Alcaldes, todos ſe esforzaran à exercitarſe en las virtudes, e bondad para alcanzar el premio de la honrra: e ſi conozen, que por eſta via lo han de alcanzar ligeramẽte ſe bolveran à ſeguir los vicios: è mayormente quando vieren, que por tales maneras los malos, e inhabiles, e defectuoſos ayan los honores, y dignidades, &c.

209 Quocirca optimè cultiſſimus Altamiranus *de Filiis Official. qui in bell. mor. l. 1. cap. 6. num. 43.* Acceptiorem vocat ſententiam, eam, quæ tuetur generatim non licere, ſalvâ conſcientiâ, meritiſſimum electione præterire; quãquam dignus fuerit promotus, qui tamen repulſum neutiquam æquet, pro cujus opinionis authoritate congerit Molinam *de Primogen. Hiſpan. lib. 2. cap. 5. num. 66.* Menchacam *Controverſ. illuſtr. lib. 1. cap. 43. num. 12.* Turrianum *2. 2. diſput. 23. dub. 1. num. 6.* Fontanellam *deciſ. 212. num. 11.* Gutierrez *lib. 2. Canon. quæſt. cap. 11. num. 42.* Galeotam *Reſponſ. fiſcal. 12. cap. 3. n. 59.* cum reliquis congeſtis à Diana *1. tom. tractat. 15. part. 2. reſolut. 63. verſic. Dico ſecundo.* Quamquam meritiſſimum amovere, & dignos admovere poſſe Collatorem, ſectetur Burgos de Paz in *Proœm. leg. Tauri. num. 155.* Cajetan. in *Summ. verbo Electio Officialis.* Vazquez *de Benefic. cap. 2. §. 3. dub. 13. num. 97.* Ledeſma *Summ. tom. 2. tract. 7. concluſ. 16. diffic. 5.* Lugo *de Juſtit. & jur. diſput. 34. ſect. 2.* Et quamvis Principis voluntati omnis munerum diſtributio ſubjaceat: attamen Princeps Catholicus voluntatem ſuã de ratione metiri tenetur; & ad

Ma-

Magiſtratus obeundos debet digniores aſſumere, qui ab univerſis plaudantur: Ut hæc omnia, ad Regum omnium exemplum rectè præſtituit Theodoricus Italiæ Rex apud Caſſiodorum *lib.* 1. *Variar. cap.* 12. ibi: *Pompa meritorum eſt regale judicium, quia neſcimus iſta, niſi dignis impendere. Et quamquam poteſtati noſtræ, Deo favente, ſubjaceat omne, quod volumus, voluntatem tamen noſtram de ratione metimur: ut illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt approbare. Hinc eſt, quod te literati dogmatis ſtudia laudabiliter exequentem, pridem ad Quæſturæ culmen elegimus, ut honeſti laboris tui fieret præmium dignitas literarum.* Nec Princeps poteſt Magiſtratus vendere, nec venales efficere; ſiquidem, quæ jure naturæ, vel Civili, ſeu gentium, & magis divino commercio hominum eximuntur vendi non poſſunt Text. in *l. Si emptione.* §. *Omnium. ff. de Contrab. empt.* Text. in *l. Inter ſtipulantem.* §. *Sacram. ff. de Verbor. obligat.* Ut ſunt res ſacræ. Aſt nihil magis ſacrum, quàm juſtitia invenitur. Et hanc ob rem, qui juſtitiæ jura pertractant, Sacerdotes nuncupantur Text. in *l.* 1. *ff. de Juſtit. & jur.* Ideoque impunè à Principe vendi non poteſt, ut latè probat Tholoſanus *lib.* 36. *cap.* 29. *num.* 18. & *nu.* 20. Vendere enim id, quod eſt meriti præmium, adverſatur juſtitiæ diſtributivæ. Et ſi vẽdere Habitus Militares ſit peccatum mortale, ut ex Azorio *lib.* 13. *Inſtitut. moral. cap.* 6. *quæſt.* 3. Conſtantio in *l.* 1. *num.* 12. *C. de Filiis Official.* Arauxo *tom.* 1. *Eccleſiaſt. diſput. tract.* 1. *quæſt.* 6. Martinez *Diſcurſ. Theologic. diſcurſ.* 10. §. 1. *num.* 77. teſtatur eloquentiſſimus Ramos *ad Leges Juliam, & Papiam lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 3. *in fin.* Quibus adſtruendus eſt Mendus *de Ordinib. milit. diſquiſit.* 1. *q.* 14. Ergo à fortiori Princeps committet mortale peccatũ, vẽdendo officia publica habentia annexã juſtitiæ adminiſtrationẽ. Quamobcauſam Tholoſanus ubi ſupra perlaudat Carolum V. Regem Galliæ, quia vetuit officia, qualiacumque eſſent ad exercitium juſtitiæ pertinentia, vendi. Et Carolum VIII. jubentem Judices jurare debere in officii capiendi poſſeſſione, ſe ejus muneris habendi causâ cuipiam ſe non largitos, nec promiſiſſe; adiectâ pœnâ, ut ſi convicti fuiſſent id feciſſe, vacantia haberentur officia, & impetrari poſſent à Principe.

Nec militat id, quod *num.* 65. retulimus, nempe Principem ad compenſandum meritum benemerentis nequaquam teneri. Siquidem Princeps non ſolũm tenetur, ac eſt debitor benemeriti: verùm etiam eſt præmiorum depoſitarius, ut extemplò ea, præmii creditoribus elargiatur, ut utrumque complectitur Theodoricus teſte Caſſiodoro *lib.* 1. *Variar. cap.* 42. ibi: *Remuneratio meritorum, juſtum dominantis prodiit imperium, apud quem perire neſcit, quod quempiam laboraſſe contigerit. Nam ſi inopinata tribuimus, quemadmodum negare poſſumus, quod debemus? In tutum apud nos omnes reponit devotio, quod meretur, & duplum fructum metit, qui nobis ſe in aliquo paruiſſe cognoſcit.* Quam-

210 Quamobrem quotieſcumque
inexpertos evehit, tum pecuniæ
favore, tum alias ob cauſas, do-
ctis ac Literatis contemptis, pec-
cat: quoniam nō agit id, ad quod
ex officio tenetur. Cum fœdiſſi-
211 mum ſit, Principem debitâ re-
muneratione privare merentem,
ei debitum eripiendo præmium,
quod alteri pecunias elargienti
largitur: Quod etiam apud Gen-
tiles Philoſophos vetitum eſſe,
noſcitur ex præcepto Peryandri
Corinthii dicentis: *Nihil pecunia-
rum gratia agendum*, teſte Dioge-
ne Laërtio *lib.1. de Vitis Philoſop.
in vita Peryand Corinth.* Idem-
212 que crimen patrant Principis
Conſiliarii, qui pecuniâ, odio,
vindicta, vel aliqua alia cauſa
virorum eruditorum obliviſcun-
tur; & ignaros, parumque ido-
neos Principi ad dignitates præ-
ferunt, & anteponunt; cujus
equidem injuſtitiæ rationem, in
poſtrema ævorum die, tam Prin-
ceps, quàm Conſiliarii, cæteri-
que id conſulentes, rectiſſimo
Judici reddent, ut tradit Rugi-
nellus *de Senatoribus. §. 1. gloſſ. 3.
cap. 21. num. 279.* Nam Conſilia-
213 rii, ac Principes ipſi invitamen-
tis artes orbatas præmio ſuſcita-
re tenentur, ac debent. Nil ma-
gis in Principe gloria dignius, ac
laudabilius, quàm eruditos, litera-
toſque fovere, ac favere eis præ-
miis, & bonis artibus decus amiſ-
ſum reſtituere; quapropter juſtè
laudatur Trajanus Imperator à
214 Plinio in Panegyrico: *Mede-
ris erroribus, ſed implorantibus, om-
nibuſque, quos bonos facis hanc ad-
ſtruis laudem, ne coegiſſe videaris.
